W. W. BLAKE.
Aven Balderas No. 631
MEXICO

GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

[illegible]

[illegible] . 0 . 0

[illegible] . 0 . 0 [illegible]

146 . 0 . 0 .

[illegible]

29106
March 1942
L.C. Harper

DIALECTICA resolutio cum textu

ARISTOTELIS EDITA PER
REVERENDVM PATREM
ALPHONSVM AVERA CRVCE
Auguſtinianum. Artium atq̄ſacrę Theo
logię magiſtrum in achademia Me
xicana in noua Hiſpa-
nia cathedræ pri
mæ in Theo
logia
moderatorem. ab eodē autore
nūc ✠ 2° edita et in aliq̄bꝰ
locis addita.

MEXICI

Excudebat Ioannes paulus Briſſenſis.

Anno. 1554.

IOANNES PAVLVS BRISSENSIS TYPOGRAPHVS LECTORI. .S.

MILLE SCHOLASTICORVM VOCIBVS, (imovero & recte ſencientiũ) vbiqꝫ eſt vrgẽtiſsime expetitũ, vt florida ſcientiarum ſcientia, ac diſciplinarum diſciplina, ex perplexiſsima inſtituendi ſerie, qua illam dialecticorum, q̃ plurimi, dum adoleſcentię auiditati nimium indulgent obnubilarunt: in graphicam, & conſentaneam formam, iam tãdem logo (vt aiunt) poſt liminio rediret. Tot nanqꝫ erant ſophiſmatum nodi, tot elenchorum incurſus, tot ſphingica argumenta: vt nec Theſeo laberintij per ſcrutatori: nec Alexandro nodorum ſolutori, nec Apollini ipſi delphico rerum omnium pręſcio, additus pateret, aut via. Longum eſſet in pręſentiarum repetere, quos anfractus, quos impetus, quas vices: dialectica perpeſſa ſit. Quemadmodũ a natura proficiſcatur, arte iuuetur: exercitamẽto qꝫ & labore perficiatur. Vt Chriſippus inceperit, breuiarit Plato, in ſuccintũ qꝫ epithome atqꝫ cõpendium Ariſtotelles redegerit: breuius Petrus Hiſpanus. Poſt quem ita ſe ſe ingeſsit hic cauillorum abuſus: vt ex decentiſsima & pulcherrima, turpis prorſus & puerorum nęnijs per uia: noſtra dialectica effecta ſit: dederunt vltimo operã doctiſsimorum pleriqꝫ, quo illam ſuo ſplendori reſtituerent, quibus quidem Horatianum illud: non ineptè opponi poſsit, quod in arte poetica teſtatur. Breuis eſſe laboro, obſcurus fio. Sectantẽ leuia, nerui defficiunt animi qꝫ. Qui rem vnam prodigaliter pſequitur, Delphinum ſiluis depingit, fluctibus aprum. Alij nanqꝫ tanta breuitate vſi ſunt, vt reciderint turpius. Alij ea prolixitate: vt dum ea adducunt quæ irrident, & ea rurſus quę ſequũtur, ſcriptum & intergo necdum finitum Oreſtem compoſuerint. Vnus eſt noſter Alphonſus, qui inter dialecticos omnes medium in quo recti ſumma conſiſtit, beatiſsime eſt conſequtus. Non aliter, q̃ inter philoſophos omnes, omnium princeps ipſe ſtagirita Ariſtotelles: aũt inter colores Cyaneus. Hunc igitur lector candidiſsime amplectere, noſtrosqꝫ labores (quando tuæ vtilitati incumbimus) auide excipe, & humaniter foue. Mexici ex noſtra calcographica officina idibus Iulij.

Anno. 1554.

FRATER IOANNES DELA PENNA AVGVSTINIANVS in ſui magiſtri dialecticam ad lectorem hoc ſcripſit epigramma,

Lectori rupes opus & commendat amico,
Carmina torrentis tradit legenda ſui.

Si tantus literę eſt animus: Sophię qꝫ cupido:
Scire qꝫ natura appetis ipſe tibi.
Vdis perficitur nil at ſudoribus abſqꝫ:
Vincendi cauſa improbus ipſe labor.
Cuncta tibi poterunt fieri perproſpera tamen:
Carpere tu poteris magna qꝫ nempe dona:
Diſcere ſi curas Alphonſus quę tibi confert.
Hoc cuius nomen fama per alta tulit:
Nam ſua per laudes debent pręcedenre ramos.
Hęc animum paſcunt: tenta qꝫ iure valent.
Hęc hominẽ doctum: qꝫ archanos dant tibi ſenſus.
Hęc qꝫ tibi pręſtant limina tuta vię.
His ſine nil altum & pulcrum mens deniqꝫ tãgit.
His ſine dum finem quęrit aberrat via.
Hęc doctos qꝫ ſuę virtutis munere pingunt:
Sed facti virtus eſt facientis honor.
Accipias opto collata qꝫ munera lector:
Concedit laudem hanc tibi Apollo vale.

FRANCISCVS CERVANTES SALAZARVS TOLETANVS BONARVM ARTIVM CANDIDATVS, ET IN CAELEBRI NOVAE HISPANIAE ACADEMIA MEXICANA RHETORICE PROFFESSOR CANDIDO LECTORI.

.S.

TRIA SVNT, ET EA QVIDEM POTISSIMA candide lector, quæ digna lectione & vt nocturna, diurnaꝗ manu verſentur, in lucem prodeuntia opera reddunt. Materiæ vtilitas, tradendi modus, & ſcriptoris autoritas. Quæ omnia ſi in vniuerſum conſideres, lecto duntaxat operis titulo, haud me profecto quo cætera percurras, indigebis ſuasſore. Nam inuitat primum, quę de dialectica eſt materia. Allicit deinde intra modum conſiſtens orationis ductus. Incendit præterea autoris nomen, multis ab hinc annis, orbi vtriꝗ nouo .ſ. & veteri plurimis ſingularis doctrinæ ſuæ documentis editis celeberrimum. Hęc eadem tamẽ paulo latius, ex me autoris diſcipulo (velo etenim quæ penicilo vtcunꝗ poſſum contegere nolo) audire libuerit: non dubito, quin ſponte currentem, accutiſsimis calcaribus citem & vrgeam. Nam ſi artium, quibus humana vita fæliciter & beate traducitur, tria genera ſunt: vt alię ad cognoſcendas rerum naturas, quæ a Gręcis phiſicę, a latinis naturales dicuntur, alię ad mores componẽdos, quas Gręci Ethicas, nos morales dicimus: aliæ ad orationem & dicendi regulas pertineant, quas Gręce logicas, & Latine rationales vocamus. Et in omni oratiõe, quę digna ſit legi, vt emendata, vt elegãs, vt probabilis ſit exigitur: ac probabilitas, quæ pręcipua eſt in quouis ſermone pars (nam ſola non perſuadet modo ſed conuincit) iudicio & inuentione, duabus in q̃s diuiditur, Dialecticę partibus continetur. Quis erit modo non deſipiat, qui ſi facere fidem cupiat, non omnes de Dialectica libros euoluat, & veluti poſt lõgam peregrinationem, nõ in eo quieſcat, in quo vno, ſine obſcuritate delectet breuitas, placeat ſine cõfuſione ordo, doceat ſine dificultate oratio detineat ſine faſtidio pręceptorũ traditio, & in ſumma, in quo vtile ſic permixtum ſit dulci: vt omne tollatur punctũ. Ad quam & materiæ vtilitatẽ, & procedẽdi formã, quę duo, rarius quam fax aurea contingunt, (nã hic piſcis non eſt omnium) ſi autoris clarum nomen acceſſerit: non erit quid vel auidiſsimus deſidedaret vel Momo mordatior, qui cum Venerẽ non poſſet, ſandalium eius culpauit: carpere aut reprehendere queat. Quid mihi voluerim niſi prorſus torpes, & cęcus es, vidiſti. Nunc quod tuũ eſt penſum, nã ego meũ abſolui, Dialectica hęc, q̃ velut renata omni cõmodo & laude referta in mediũ prodeunt: lege, diſce, & tere. Qua vna re, & tibi abunde conſules, & autori, neꝗ melius neꝗ copioſius vnꝗ gratiã referes. Quẽ religiõe monachũ, inſtituto Auguſtinianum, proffeſsione Theologum, vita integrũ omni doctrina eximium, & quod mirabere, nã ſcientia inflat, modeſtia ſingularẽ: prolixiori epiſtola, vt ipſum impenſius diligeres, tibi commendarem. Niſi vererer, quod re ipſa comperies, id fruſtra laudari aut parum efferri, quod ſuo ſe teſtimonio commendet. Bene vale Mexici Idibus Iulij Anno partę ſalutis. 1554.

INCLITÆ SCHOLÆ MEXICANÆ APVD NOVAM HISPANIAM EFFLORENTI FRATER ILLDEPHONSVS AVERA CRVCE.S.ET INCREMENTVM.

✠

CVM SÆPE MECVM PRÆMEDITArer rector magnifice,doctores clariſsimi, magiſtriꝙ grauiſsimi,cui reſolutionem dialecticam, quam in vtilitatem eorum quibus breui ad veram ſapientiam, & ſcientiarum reginam Theologiam peruenire in animo eſt,dicarem,ſponte ſeſe obtulit veſtrum hoc auſpicatiſsimum Colegium, & Schola: ex vobis veluti ex viuis quadratiſꝙ lapidibus nuper erecta. Cum ꝙ in eodem albo ſimus aſcripti,in idemꝙ digniſsimum ſodalitium admiſsi: quam promptus ſim in veſtrum quoꝙ obſequium, & communis ac floridę Achademiæ emolumentum:ne ingratitudinis nota inurar, opere teſtari & oſtendere: conſentaneum duxi,atꝙ decorum. Quapropter doctores ornatiſsimi,hanc noſtrã opellam in Ariſtotelica dialectica,quam olim inter legẽdũ abſoluimus:vobis libentiſsime offerimus. Habeat poſthac veſtrum hoc bonarum literarum vberrimum gymnaſsium,fęliciſsimis auſpitijs inchoatũ, librorum ſuppellectilem:vt adoleſcentulorum pullulantia ingenia,ſeſe poſsint exercere:& velut in agone contendendo, citiſsime ad illam maturiſsimam Theologiæ frugem peruenire.Sũt quidem(nec infitior)qui magna de Dialectica hac,quam etiam magnam vocant tradidere:prolixe tamen, & quæ ſine temporis iactura:(qua nulla maior) perdiſci facile queant. Vel quia ſuperflua multa:vel ꝗa nimiũ difficilia ac ſupra iuuenũ captũ:ꝓponũtur. Nos tñ,(ſicut in ſummulis tradẽdis)conſilium hoc ſumus ſequti:vt quę vtilia,quę neceſſaria,in prędicabilibus,prędicamentis & poſterioribus ſunt in vnum congeſſerimus. Accipite ergo viri excellentiſsimi,hoc quamuis exiguum munus,quod ſi ex animo penſetis:non argento non auro huic noſtro indico, erit ęquiparandum. Excipite (inquam)meum hoc ardentiſsimum deſiderium,bona ſtudia iuuandi,ſuperflua omnia abſcindendo:& prouirili facultatis candori conſulendo. Et quidem nõ adductione nouorum,ſed granorum ex ſpinis & tribulis collectiõe,viam alias difficilem:peruiam prorſus ac apertam oſtendimus. Quod inſtitutum,& ſi alij non contemnendi autores,ante nos conati ac exorſi fuerint: argumentorum exercitamentum,ac Ariſtotelica expoſitio: in ſuis lucubrationibus a nonnullis deſiderabatur. Quod ſi hic noſter conatus vobis arriſſerit,calcaria ad phiſica pariter & Theologica, compendiaria via tradenda:addita ſencietis. Valete Mexici idibus Iulij Anno a partu virgineo.

1554.

TRACTATVS PRÆ dicabilium incipit.

CVM PRIMA INTEllectus operatio ſit ſimplicium apræhenſio: in hac ſcienria rationis,(quæ Dialectica eſt). Primo de ſimplicibus vocibus agẽdum erit. Quem ordinẽ & Ariſ. ſeruauit. Et primo de illis quinq́ predicabilibus, ſeu quinq́ vocibus, quę a porphyrio ſunt traditę. Et primo loco, occurrit vniuerſale, quia iſtæ quinq́ voces, vniuerſalia quædam dicta ſunt. Verum ante omnia oportet de noſtra Dialectica, monſtrare, & quod ſcientia ſit, & ſuum ſubiectum habeat.

Quid ſit ſciẽtia. ¶ Conuenit primo conſiderare, ſcientiam: eſſe habitum concluſionis, productum ab intellectu, per diſcurſum ſyllogiſticum. Vt eſt aſſenſus huius, omnis conſequentia, eſt illatiua conſequentis, ex antecedenti: in iſta ſcientia. Hic per habitum intelligo: quãdam **Quid habit⁹** qualitatem exiſtentem in potentia, inclinantem eam: & diſponentem, ad producẽdum ſimiles actus, ex quibus genitus eſt. Non tamen intelligitur, quod ſcientia ſit habitus vnus numero, vel vnius tantum concluſionis: ſed dicitur habitus vnus, ſicut & ſcientia vna: per aggregationem, & ordinem: quem habet habitus diuerſarum concluſionũ, ad aliquod vnũ ſubiectum,

1. Cõcluſio. ¶ Dialectica eſt proprie ſcientia. Patet, autoritate oĩum ſic loquentiũ. **1. Ratio.** Et ratione ſic, vbi eſt aggregatio plurium habituum, plurium concluſionum, quę concluſiones, per ſyllogiſmum demonſtratiuum demonſtrãtur, ad vnum primum ſubiectum ordinem habentiũ: ibi eſt ſcientia vera. Sed in iſta dialectica id euenit: nã dialecticus multos habet aſſenſus cõcluſionũ, probatos & cauſatos, ꝑ demonſtrationem, vt conſtat. **2. Ratio.** Secundo ſic, vbi eſt inuenire diffinitionem quid rei, & diffinita, & proprias paſsiones, ibi & demõſtrationis materia erit, (Vt dicemus) infra in libris poſteriorum. Sed in hac ſcientia eſt huiuſmodi, ergo.

2. Cõcluſio. ¶ Secunda cõcluſio, dialectica nõ ſolum eſt ſcientia, ſed eſt vna ſpecialis. Patet, quoniã vnius ſubiecti, vna eſt ſcientia, (vt Ariſ. ait. 1. de anima. tex. co. 38.) ſecãtur ſciẽtiæ, quemadmodum & res de quibus ſunt. Et. 1. poſte. tex. co. 42. Sed dialectica vnum habet ſubiectum, cui tribuit ea de quibus conſiderat: puta ſyllogiſmum, vel ens rationis, vel argumentationem: ergo eſt vna, per aggregationem. Et eo ſpecialis dicitur: quia ſpeciale, & proprium ſubiectum habet. Nã ſicut ab vnitate ſubiecti, vnitas, ſic ab ſpeciali ſubiecto, ſpecialis ſcientia. Et ſi aliquando dialectica videtur eſſe communis ſcientia, quia ea & rethoricus, & quilibet alius vtitur: diffiniendo, & diuidendo hoc erit: vt vtens Nam vt docens, ipſa ſpecialis eſt, & ex ſuis principiis: ſuas probat concluſiones. **Dialectica vt docẽs ſpecialis ſcientia eſt.** Nam vt vtens, ideſt vt in aliis ſcientiis: vtimur ſuis pręceptis vt diffiniendo in phiſica & diuidendo in methaphiſica: eſſet ſcientia communis. Et ſic etiam vocatur, ad omniũ methodorum principia, viam habens. Et ſic quarto Metaphi. Ariſto. enumerat inter ſcientias communes. Qua propter dialecticus artifex generalis nuncupatur. Et ſecundum hanc rationem, modus ſciendi interdũ vocatur, ſine quo alię ſcientiæ nequeunt attingi. Et vocatur ars, vt dicit collectionem multorum principiorum: ad vnum finem. Quod & de ſcientia dicitur,

¶ Tcitia cõcluſio, ſubiectum dialecticę, (vt ex Ariſto, elicitur. 4. Methaphi. tex. co. 3. & 5. a. S. Tho.) **3. Cõcluſio.** Eſt ens rationis, vt eſt ly ens cõmune ad oĩa entia ratiõis. **1. Ratio.** Nam illud eſt ſubiectum in logica, per quod ipſa diſtinguitur ab aliis realibus, & ſermocionalibus ſciẽtiis: ſed ens rationis eſt hoc, per quod dialectica ab aliis diſtinguitur, ergo. Maior eſt Ariſ. & minor. Nam quia ens rationis eſt de quo logica tractat, diſtinguitur ipſa ab aliis ſciẽtiis realibus, & quia ens rationis eſt tanq́ quid derelictum ex operatione intellectus: dialectica diſtinguitur ab aliis ſermocionalibus ſcientiis.

2. Ratio. ¶ Secundo ſic, ſicut ſe habet obiectum ad potẽtiã, ſic ſubiectum ad ſciẽtiam: ſed ideo aliquid dicitur eſſe obiectum potentię, quia omnia quę ad potentiam pertinent, ſub ratione illius conſiderãtur, vt in viſiua potentia, color, ergo: ſic & in ſubiecto ſcientiæ, ſed omnia q̃ in dialectica tractãtur, ſecundũ

ꝯ tho.p.p.q.1.ar.7

hanc conſiderationem entis rationis tractantur, ergo illud erit ſubiectum eius. Hæc ꝓbatio elicitur ex dictis. ſ. Tho. 1. p. q. 1. ar. 7 Et ſic dicendum, quod ſubiectum dialectice neq; eſt argumentatio, neq; ſyllogiſmus: ſed ſolum ens rationis: nam logica eſt de diffinitione, & diuiſione: de quo non dicitur argumentatio, neq; ſyllogiſmus.

Subiectum: obiectũ materia circa quã idem re.

¶ Sed hic conſiderandum eſt, hæc tria, ſubiectum, obiectum, & materia circa quam, licet ſint idem ſecundum rem, differunt tamen ratione. Nam ſciẽtia reſpectu ſubiecti ſui, habet triplicem actum. Primo ſimplicẽ cognitionem, & ſecundum hanc conſiderationem: ſubiectum vocatur, materia, tanquam primum præſuppoſitum. Secundo habet actum diffinitiuũ ſubiecti, & tũc ſubiectum, vt reſpondens huic actui, vocatur obiectum. Quia ſicut ſe habet obiectum ad potentiam, ſic ſubiectum ad ſcientiam. Sed ratio continens obiectum potentiæ: in ratione obiecti: eſt illa, per quam omnia quę cognoſcuntur a potentia, habent attributionẽ, ergo ſic de ſubiecto ſcientię, & illa ratio diffinitiua, eſt: vt ſi coloris ſit diffinitio, reſpectu potentiæ viſiuę: cuius obiectum eſt color. Tertius actus, eſt demonſtratiuus, & ſic, ſubiectum reſpondens huic, vocatur ſubiectũ: quia ſubiicitur in concluſione, reſpectu paſſionis. Vt in hac, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis.

1. argumẽtũ

¶ Contra concluſionem principalem fit argumentum. Omnis ſcientia eſt qualitas realis, ſed dialectica eſt ſciẽtia, ergo qualitas realis: ergo non de ente rationis. Patet maior, nihil eſt ſcibile, niſi ſenſibile, & illud oportet ſit reale. Item ſubiectum ſcibile, opȝ ſit ens reale: quia cauſat realẽ qualitatem ideſt ſciẽtiam.

Solutio.

¶ Ad hoc reſpondetur concludẽdo ſcientiã eſſe qualitatẽ realẽ, ergo non habet pro obiecto ens rationis: nego conſeq̃ntiã, nam licet ſit ipſa ſciẽtia ens reale, & ſcientia realis, ex parte obiecti vocatur ſcientia rationalis.

2. argumẽtũ

¶ Contra primã cõcluſionẽ, ex Ariſto. fit argumentũ, probando non eſſe ſcientiã. Nam 4. metaphi. tex. co. 5. Ait dialectica eſt tentatrix, ſophiſtica, & apparens ſciẽtia, ſi ergo tẽtatrix, & apparẽs: non erit vere ſcientia.

Solutio.

¶ Reſpõdetur, Ariſto. non negare eam eſſe ſcientiam: ſed ſolum dicit eam non ſcientiã: circa id quod verſatur metaphiſica, & hoc eſt verum, nam dialectica comparata ſcientiis realibus: erit modus ſciendi, & non ſciẽtia, quia tunc, capitur vt vtens, & non vt docens Secundum tñ ſe conſiderata, non tentatrix eſt: ſed per propria ſua principia procedens, &c.

Opĩo Sco.

¶ Scotus tamen in ſua dialectica. Q. 2. dicit ſubiectum proprium dialecticę, eſſe ſyllogiſmum: quia eſt potiſsima de eo conſideratio. Albertus magnus, ſequtus Auicenam, & Algazel: tenet argumentationem eſſe ſubiectum in logica, quia id ſubiectum eſt, qđ docet id ad quod ordinatur talis ſcientia: ſed dialectica docet nos qualiter a notis, ad ignota ꝓcedendum, quod fit, ꝑ argumentionem — Albertus.

4. Cõcluſio

¶ 4. concluſio, ſubiectum huius libri prędicabilium, proprie vniuerſale eſt. Patet, quia id potiſsimum de quo tractatur in prędicabilibus, & omnia q̃ tractantur ordinem habent, & attributionem ad vniuerſale derelictum per operationem intellectus.

Uniuerſale quid eſt.

¶ Vniuerſale id eſt, quod de pluribus prędicatur vniuoce & diuiſim vt ly homo vniuerſale dicetur: ſiquidem de pluribus contentis ſub eo dicitur. Vt de Ioanne, & de Petro, nam Petrus eſt homo, & Ioannes eſt homo. Similiter animal eſt vniuerſale quodam, qa de plurib⁹ dicitur, eadem ratione. Vt de homine, & de equo. Et qa illa de quibus dicitur ſunt q̃dam contenta ſub illo: (& ſi contenta non eſſent, ſub illo, non de illis diceretur). Vniuerſale vocatur. Similiter & vocatur ꝑdicabile, nam ly homo, in quantum primo ſignificat naturam humanam, cõmunicatã pluribus indiuiduis in ſpecie humana: ideo vniuerſale, & non ſingulare eſt, ly homo & qa ꝑdicatur de omnibus illis, quibus illa talis natura communis ineſt: vocatur ꝑdicabile. Vt ſic, idem ſit vniuerſale, & ꝑdicabile, niſi qđ vniuerſale ſic dr̃, qa continet illã generalitatẽ & vniuerſalitatẽ rerũ cõtẽtarũ in eo: & ꝑdicabile eo ſit, qa de illis ꝑdicatur vere.

Quomodo vniuerſale ꝑ operationẽ intellect⁹ cõ ſiat.

¶ Iſtud vniuerſale de quo eſt mentio, ꝑ operationẽ intellect⁹ cauſatur. Nã intellect⁹ audita hac voce hõ, & ſignificatione cognita, format conceptũ, ſeu notitiam diſtinctã oĩum hõium. Et qa habet virtutẽ diſtinguẽdi, & ſeparãdi illa, q̃ in veritate ſeparata nõ ſunt, conſiderat vnam nãm cõem omnibus hominibus

hominib⁹,tanq̃ſi eſſet ſcorſum ſeparata ab omnibus indiuiduis,quam participant omnia indiuidua:& illā vocat ſpeciē. Et illa vocatur vniuerſale,& prędicabile. Et ſic dialectica q̃ proprie ſcientia eſt,& rationis ſciētia,habens pro obiecto ens rationis,conſiderat primo,& principaliter,& directe,de iſtis fabricatis per rationē vniuerſalibus. Et hæc vis intellectus,eo conſtat,quia quicquid in aliquo recipitur,ad modū recipientis recipitur. Cū ergo intellectus ſit potētia nō materialis,pōt hāc rē intelligere inmaterialiter.

¶ Cum ergo iſte porphyrii liber,de quinq; prędicabilibus ſit,genere,ſpecie.&c. Eſt,& de quinq; vniuerſalibus. Prędicabile n.cōſequitur ad vniuerſale,ſicut propria paſsio,ad ſuum ſubiectum. Sicut eo quod homo eſt,cōſequitur riſibilem eſſe: ſic eo quod vniuerſale eſt plura continens,conſequitur & prædicabile eſſe.

Prędicabile cōſeq̃tur ad vniuerſale.

QVAESTIO. SECVNDA
De indiuiduo.

SIcut vniuerſale id eſt,quod de pluribus vniuoce dicitur: ſic indiuiduū & ſingulare vocatur, quia de vno tantū dicitur. Vt Petrus,& Ioannes,in diuidua ſunt,quia Petrus nō eſt vniuerſale,nec prędicabile: cum nō dicatur de aliis. Et licet naturā in ſe habeat cōmunē,q̃ pluribus cōmunis eſt: & ideo vniuerſale,& prędicabile,ſed tamen cōſiderata natura, vt in ipſo Petro,vel Ioanne eſt: eſt indiuiduata:& ſingularizata per accidētia indiuiduātia. Et ſic,non habet rationē vniuerſalis,neq; prædicabilis,ſed indiuidui,& ſingularis: nec obſtat quod Petrus ſtet pro iſto,& illo Petro, Nā nō pdicatur de illo,nec eadē ratione de illo dicetur,ob id,ſemp retinet propriā rationem indiuidui,& ſingularis.

¶ Porphyrius indiuidui diffinitionē tradit ſic,eſt quod conſiſtit ex proprietatibus,quarū collectio: nunq̃ in alio erit eadē. Ac ſi diceret,indiuiduū ſic ſingulare eſt: vt ſua habeat accidentia indiuiduantia,q̃ in nullo alio reperiri poſsint ſimilia: vt Petrus,habet quidē ſua q̃dam propria accidētia, ratione quorum,in diuiduū eſt naturę humanę: vt talia in nullo poſsint ſimul iuncta inueniri. Nam licet q̃dam q̃ ſunt in vno, poſsint eſſe in alio omnia tñ non cōtingit. Per quod in diuiduū ab vniuerſale diſtinguitur,nam vniuerſale ſeu natura cōmunis,& illę proprietates quę conſequntur ipſam,in pluribus inueniūtur. Sicut natura humana,q̃ vniuerſale eſt,reperitur in omnibus ipſis indiuiduis. Et eodem modo participatur ab vno indiuiduo,& ab alio: & ſimiliter eſſe riſibilē,eſſe flebilē,eſſe diſciplinabilem:& Petro,& Paulo,& ęqualiter omnibus indiuiduis humanę naturæ. (Sicut latius infra).

Quid ſit indiuiduum.

¶ In diuidua ſunt in multiplici differentia, q̃dam quę ſunt determinate talia. Vt in hominibus: qñ impōitur hoc nomē Petrus, vel Ioannes. Quæ ſingularia ſunt,& indiuidua proprie. Sic & in angelis,ſunt & nomina ſingularia,ad ſignificādū in angelis propria indiuidua vt Gabriel, Raphael.&c. Et in demonibus: in aīalibus domeſticis,in fluuiis.

In diuidua ſ multiplic. differentia.

¶ Conſiderandū tamen venit,(vt dicit Titilmanus) quod huiusmodi ſingularia indiuidua,q̃ vere indiuidua ſunt, plerunq; ex vi ſuę originis,communia & vniuerſalia ſunt. Vt ly Adam,ſi reſpiciamus ad hebreę vocis ſignificationē.cōe nomē eſt, cum terrenum hominem ſignificat,& huius conditionis ſit omnis hō. Quod apoſtolus oſtendit dicens, Primus homo de terra terrenus. Vbi homo terrenus,vętus homo vocatur. Et quia omnes de terra nati,merito ly Adam,nō ſingulare: ſed vniuerſale dicendum foret. Sic & Abraam,ſecundum partium ſignificationē: gentium patrē ſignificat. Quia pater multarū gentiū conſtitutus eſt, quæ ſignificatio, cuilibet apoſtolorū poſſet cōpetere: qui patres multorū,ſecundū ſpiritum: (principes enim ſunt populorum) qui per Euangelium Chriſto nos genuerunt. Sic Petrus,dicitur a petra propter fidei firmitatē. At hoc pacto, Petri ſumus: qui in tali confeſsione radicati ſumus. Hęc ergo nomina,& ſimilia,ſingularia ſunt: verum ſi ad ſignificationis originē attendatur,iam vniuerſalia erunt.

1.Corin.15.

Gene.17.

1.Corin.4.

Math.16.

¶ Secūdo modo indiuiduum capitur pro illo,quod capitur cū pro nomine demonſtratiuo,quod ſingulare vagū dici ſolet. (Tunc enim contingit). Vt in hac,iſte homo currit. Vbi ſolū pro demōſtrato. Et aliqñ exprimitur terminus,cui pronomen additur: aliqñ ſubiicetur. Vel ad vituperiū. Vt qñ accuſabāt

 Chriſtum,

Chriſtum, apud Pilatum, hunc inuenimus, ſubuertentem gentem noſtram. &c.

¶ Verum conſiderandũ eſt, non omnia pronomina demonſtratiua hoc efficere poſſe ſingulare. Nã ſolum quæ ſunt primitiuę ſpeciei: ſed deriuata ab eis non faciunt, (vt cũ dico (veſtis mea, domus mea, veſtrum prædium, noſter amicus, &c. Iſta pronomina addita termino communi, non faciunt ſingulare vagum. Nã domus mea, & prędium meum: ſi plures habeo domos, & p̃dia multa, pro illis omnibus ſtat.

¶ Huic indiuiduo, & additur alius modus indiuiduĩ etiã vagi: quod refertur ad vnum ſingulare. Ob quod, ſic indiuidua vocari habent: nec tamen determinant ex impoſitione nominis, neq; ratione pronominis demõſtrantis. Vt aliquis homo, aliquis equus, (vt Ariſto in prędicamentis tradit) vocans primas ſubſtãtias: ideſt ſingulares. ~~Et quia licet res particulares ſignificent, ſed in vago, & cõfuſo, non indicando certũ ſuppoſitũ. Sicut qñ dicimus, Petrus, vel Ioãnes, ſingulare vagum dicẽdũ. Sicut cũ dicim⁹, iſte hõ, ille hõ vbi ſolũ pro demonſtrato, non nominando~~

QVAESTIO TERTIA
De prędicationibus.

QVia ergo de prędicabili, & vniuerſale, hic ſermo: oportet latius iſta duo declarare. Et primo de p̃dicationi~~bus~~, quotuplex ea ſit. Ante omnia cõſiderandũ erit, inter nominales, & reales: (ſaltin in modo loq̃ndi) tam in hac materia, quam in aliis, eſſe differentiã. **Differentia inter nominales & reales** Quippequi nominales, nominibus tribuũt primo & principaliter, ſubiectionẽ, & p̃dicationẽ. Ob quod, vocati ſunt nominales. Sed tñ ſic tribuũt nominibus ſubiectionẽ, & prædicationẽ: vt intelligãt, talia nomina ſic ſubiici & p̃dicari loco rerũ. Nã (vt ait Ariſto. in li. 1. Elenchorũ) quia res ad ſcholas adducere non poſſumus: vtimur terminis pro rebus. Pro eis facit q̃ Ariſto. in ante prædicamẽtis. Eorum q̃ dicũtur, q̃dam cũ cõplexione, alia ſine ea: ſed hoc quod eſt eſſe cũ cõplexiõe vel ſine: terminorũ eſt, & non rerũ.

¶ Reales, vt ſunt antiqui Thomiſtę, & Scotiſtę: licet concedãt terminos ſubiici & prædicari: non tamen principaliter & per ſe, ſed ratione quorum ponuntur in prædicamento, & non quomodocunq;. ſed ſecundũ eſſe cognitum, quod habent in intellectu. Et iſti adducunt pro ſe etiam Ariſto. qui in ante prædicamẽtis ait. Eorum quę ſunt, q̃dam prędicantur de ſubiecto. Vbi prædicationẽ videtur rebus tribuere. Itẽ quia illa proprie prædicantur, q̃ proprie in prędicamẽto ponuntur, ſed res ſunt huiuſmodi, & nõ termini ~~ergo~~. Et minor huius ſyllogiſmi, conſtat ex eodem Ariſto. in prędicamentis: vbi proprietates prędicamentorũ rebus tribuit. **Prędicatio rebus tribuitur.** Ex iſtis brebiter dictis, miſteriũ (vt ita dicam) intelliges, quando audias nominales ſic ſentire: realibus contrarium opinantibus.

¶ Prædicatio nil aliud eſt, q̃ enunciatio, in qua: aliquid de aliquo dicitur, vel aliquid ab alio remouetur. **Quid prędicatio.** Primum ponitur propter prędicationes affirmatiuas. ſecundum propter negatiuas. Exemplũ primi, hõ eſt diſciplinabilis. Exẽplũ ſecũdi, hõ non eſt brutũ.

¶ Prędicatio, primo diuiditur, in idẽpticam & non idempticã. **Prędicatio idemptica & non idẽptica** Idemptica eſt, in qua ſinonomum de ſinonomo. Vt homo eſt homo: Petrus eſt Petrus. Sed oportet hoc ſit, ſecundum ſignificationẽ, ſecundũ quã ſunt ſinonomi, nã in hac, homo eſt homo: ſi ly homo a pte ſubiecti materialiter capiatur, & a parte prędicati formaliter: non erit idemptica: quia non ſinonomum de ſinonomo.

¶ Prędicatio non idemptica, quędã diſparata eſt: & eſt illa, in qua diſparatũ, de diſparato. Vt homo eſt lapis. Illi vocantur termini diſparati, qui de ſe inuicem nõ poſſunt vere affirmari.

¶ Prædicatio non diſparata, q̃dam eſſentialis, & eſt, in qua nullũ extremorum cõnotat extrinſice ſupra reliquũ: vel ſi cõnotat, connotatio vnius, eſt ſuperior ad cõnotationẽ alterius. Exemplũ primi, vt homo eſt aial. Exemplũ ſecundi, albũ eſt coloratũ. Vtraq; vocatur eſſẽtialis prędicatio, in ſecũda enim connotatio de ly album, eſt inferior ad connotationem, de ly coloratum. et pr est essentialis q de eetia subi est predicatum

¶ Prędicatio accidẽtalis eſt, in qua aliqd' extremorũ: cõnotat extrinſice, ſupra reliquũ. **Prędicatio accidẽtalis.** Et cõnotatio vnius, nõ eſt ſuperior ad cõnotationẽ alterius. Vt in hac, hõ eſt ſapiẽs. Extrinſice cõnotat ſapiẽs, ſupra ly hõ. Exẽplũ ſecũdi, lineatũ eſt coloratũ. Quãtũ eſt quale.

¶ Prędicatio

Prędicatio directa.

¶Prædicatio directa vocatut,quando ſuperius de ſuo inferiori. Vt in hac, homo eſt animal,album eſt coloratum,homo eſt rationalis, Vel cõtingit qñ cõnotatiuũ de abſoluto. Vt hic,homo eſt rationalis,homo eſt albus. Vel ęque connotatiuum, de ęque connotatiuo. Vt album eſt dulce. Vel magis,de minus connotatiuo: vt comedens, eſt cęnans. In his omnibus eſt prædicatio directa.

Indirecta p̃dicatio.

¶Indirecta p̃dicatio eſt, in qua inferius de ſuo ſuperiori, vel abſolutũ de connotatiuo: vel minus connotatiuum, de magis, &c. Ad oppoſitum predicationis directę.

Argumẽtũ.

¶Contra dicta, & primo contra diffinitionẽ prędicationis idemptice Quia ſequeretur, hãc eſſe idempticam: mortuũ eſt mortuum. Quia ſinonomũ de ſinonomo, ſed hoc eſt falſum: nam poteſt negari prędicatũ de ſubiecto, ipſo ſupponente: vt in hac, mortuũ non eſt mortuũ. Nã poſito Adam reſurgeret, eſſet vera. Sic, hoc quod eſt vel fuit mortuũ: non eſt mortuũ. Nam eo demonſtrato, hoc non eſt mortuũ, & hoc eſt vel fuit mortuum, ergo mortuum non eſt mortuum.

Solutio.

¶Soluitur argumentũ, ſic, relictis opinionibus, illa eſt vera, mortuũ eſt mortuum, concedo, Et qñ arguis negatur prędicatũ, de ſubiecto ſupponẽte, nego. Et in caſu, dico qđ non ſeruatur eadẽ ſuppoſitio, & ampliatio. Nã ly non mortuum, qñ negas de ſubiecto, hoc eſt, nõ mortuum: ſtat ſolum pro pręſenti, quia modo viuit. Et in ſubiecto, quãdo infers, ergo mortuum eſt non mortuum, ſtat mortuum, ad id quod eſt vel fuit mortuum.

2. argumẽtũ

¶Secundũ ſit argumentũ, cõtra illud quod dictum eſt. Sequeretur quod hęc, homo eſt humanitas, eſſet idẽptica, quia p̃dicatur ſinonomũ de ſinonomo, cũ ſolũ voce differant, denominatiuũ, & denominãs: ſaltin ſignificatione ſinonoma erunt, ſed tamen conſeq̃ns eſt falſum, quia de aliquo verificatur ly homo, de quo non verificatur humanitas. Quia de filio Dei eſt verum dicere, quod ſit homo. Sed falſum quod ſit humanitas: ergo prędicatio idemptica male diffinita eſt.

Solutio.

¶Pro ſolutiõe argumẽti, notãdũ hũc terminũ hõ apud dialecticos catholicos, dupliciter accipi. Vno modo abſolute, ꝓ vt cõiter dicitur qñ ſignificat hõies, Petrũ, & Paulũ.

Joan. primo

Alio modo capitur ꝓ filio Dei, q pp nr̃am ſalutẽ fact⁹ eſt hõ: nã tũc cõnotatiue. Suppõit enim ꝓ pſona filii Dei, cõnotando, quod ſuſtentet hũanam naturã: & ſic eſt cõnotatiu⁹ ſicut ly albũ, q dicit corpus albedinem cõnotando. Ob id apud theologos filius Dei eſt homo, tanq̃ prædicatio accidentalis reputatur, ad ſenſum Catholicum.

Homo multipliciter.

¶Et adhuc, ſi ly hõ capiatur primo modo: capitur multipliciter (vt dicit Ochã in. 1. ſẽ) vno modo ſignificat cõpoſitũ ex materia & forma rationali: ſiue ſit ſuppoſitũ, ſiue pars integralis. Et iſto modo, pes, & brachium, dicuntur hõ. Alio modo capitur, vt ſignificat cõpoſitũ ex materia & forma rationali, connotãdo, quod non ſit alicuius pars, neq̃ ab alio ſuſtẽtetur in vnitate ſuppoſiti. Et hoc modo, humanitas Chriſti: & partes integrales hominũ, non dicũtur hõ. Iſtis ſuppoſitis, ad argumẽtũ.

Solutio.

Reſpõdetur diſtinguẽdo. quod ſit p̃dicatio idẽptica. Nã vel ly hõ a pte ſubiecti capitur cõnotatiue ꝓ creaturis, vel pro verbo diuino. [redacted], nego ſeq̃llam. ſ. eſſe idẽpticã. Si vero capiatur ly hõ abſolute, & pro creaturis: cõcedo ſeq̃llã. (Licet. ſ. Tho. & alii negẽt eã, eo quod ly hõ eſt vt totũ & hũanitas vt pars), & qñ infers de aliquo verificatur ly hõ. ſ. de filio Dei: de quo nõ hũanitas: nego. Nã in illa acceptiõe: capiẽdo hõiẽ abſolute, eſt hęreticũ dicere, verbũ dei eſt hõ. Quia fili⁹ Dei nõ eſt cõpoſitus ex materia & forma, cũ ſit pſona diuina, &c. Et qñ niteris probare, qđ de humanitate Chriſti verificatur hũanitas, fateor, & etiã de illa verificatur homo, in illa acceptione: capiendo, pro compoſito ex materia & forma.

¶Si autẽ quis q̃rat, q̃lis p̃dicatio ſit illa, hõ ẽ hũanitas? op; diſtinguere, q̃liter capiat ly hõ Quia ſi ly hõ capitur vt ſuppõit ꝓ filio dei, in rigore ẽ diſpata. Si autẽ capiatur ꝓ cõpoſito creaturę ratiõalis, cũ illa cõnotatiõe, ẽ eſſentialis p̃dicatio; ſed indirecta: cũ ſubiectũ ſit terminus cõnotatiuus, & non p̃dicatum.

¶Ex hoc argumẽto habes, quomõ ly hõ cũ in veritate ſit termin⁹ abſolut⁹, etiã ſit cõnotatiu⁹, qñ dicitur de Chriſto. Et etiã aliqñ ad mentẽ Ochã. Quando de creaturis. Sed an hoc ſit proprie dictũ, aliorũ ſto iudicium.

¶Quia Ariſtotelem habemus principem, & vnicum ducem in re dialectica, operepręcium eſt non ignorare, quid ipſe ſenſerit, de huiusmodi prædicationibus.

Quid Ariſ. de prędicationibus.

¶De hac p̃dicationũ mã ariſ memoriã fecit

Nam in prędicamentis, ponit diuiſionem prædicationis:in eſſentialem,& accidentalem,& neutrā. His verbis (iuxta Argiropyli tranſlationem). Eorum quę ſunt alia de ſubiecto quidem dicuntur. In nullo vero ſunt proi ſus ſubiecto, vt homo, de quodā homine dicitur, vt de ſubiecto, in nullo autem eſt ſubiecto. Alia quidē in ſubiecto ſunt, de nullo vero ſubiecto dicūtur. Iſtorum poſſet dari exemplum, vt primi, Ioannes eſt homo. q̄ eſſentialis eſt prædicatio, & ſecundi, vt album non eſt albedo. Et conſequenter dicit. Alia de ſubiecto dicūtur, & in ſubiecto ſunt. Vt ſcientia. Alia nec in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto dicuntur. Vt indiuidua prędicamenti ſubſtantiæ. Vt hic homo. &c. Habetur ex verbis Ariſto. & comētatoris in eodē loco, quod dici de ſubiecto, eſt eſſentialiter prędicari. Et eſſe in ſubiecto, eſt accidentaliter prędicari. Et nec eſſe in ſubiecto, nec dici de ſubiecto: eſt, nec hoc nec illo modo prędicari.

¶ Et in li. poſteriorum. ca, 14. idem ſentit. Vbi inquirit, vtrum abeundum ſit in infinitum, in propoſitionibus affirmatiuis mediatis? Dicit. Triplex eſt p̄dicatio, prima vbi p̄dicatur aliquid abſolute, & ſimpliciter, vt homo eſt albus, Secunda, vbi prędicatur aliq̄d per accidens. Et hoc dupliciter. vel quando prædicatur ſubiectum de accidenti: vel accidens de accidenti. Vt album eſt lignum, muſicum eſt album. Vbi dicit, has eſſe equales: quia ſunt per accidens. Hic tamen diligēter conſiderandum, Ariſto. non loqui hic per accidens, vt diſtingatur contra ly per ſe. Quia ſic, hęc homo eſt albus: eſſet vocanda per accidens, & tamen vocat eam per ſe. Quare ly p ſe, dupliciter ſumitur apud Ariſ. cum etiā hanc homo eſt albus, vocet per ſe: ſicut iſtā, homo eſt animal. Sed vocatur prima per ſe, quia id quod eſt potētiale, ſubiicitur vt ſubiectum, & id quod eſt velut actus, & forma: prædicatur. Quare id qd' dialectici modo vocant directā p̄dicationē, Ariſto. vocat p̄dicationē per ſe, & abſolutam. Nec ſine cauſa, qa directa illa eſt, vbi directus ordo naturæ ſeruatur. Vt. ſ. inferiora ſubſint ſuperioribus, vel nomina importātia ſubiectū. vel potentialia, ſubiiciantur nominibus importantibus formā, vel actū. Et hęc eſt doctrinalis. Et ſecūdum hanc conſiderationē, non eſſet vocanda eſſentialis hęc, animal ē homo. Nec hęc directa, album eſt muſicum. Nec hęc, rationale eſt riſibile, eſſet directa. Quia nō ſeruatur ordo naturę in eis, vt ſubiectū ſit tanq̄ quid qd' ſubiicitur ad p̄dicatū.

Nota.

Per ſe dupliciter apud Ariſto.

¶ Ad rem ipſam accedentes, primo occurrit prædicabilium liber, editus quidē a porphyrio, qui de quinq; vocibus, ſeu de quinq; prędicabilibus eſt, ſeu de quinq; vniuerſalibus, & quę ab omnibus traduntur, ante ipſius Ariſtotelis dialecticam, conſulto haud dubie, & quippe quæ viam oſtendant, & tā quam lumine quodam, intellectum lucidum redant: vt ſecretiora quæq; & abdita, rimari & penetrare valeant diſcipuli. Et cum tā de ipſis prædicabilibus, quam de prædicamentis, & poſterioribus, multi multa ſcripſerint, & libros iuſtos impleuerint, (procul ſit inuidia) in hac noſtra ætate, vnus alias magiſter meus Soto, feliciter philoſophat⁹ eſt. Licet enim rudimenta (vt ſic loquar) & ad dialecticā præambula, quę ſummulæ vocantur: ſpinoſa nobis, & illorum qui eum præceſſerunt caudatorum ſyllogiſmorum ſemi plēa tradiderit, forte tunc temporis, non auſus aliter loqui, quam vulgus (licet vt pauci ſentiret) poſt annos plurimos, tamen Salmātice theologiā magno cum fructu, & ſcholaſticorū a plauſu, & p̄fectu traditam, manum calamo admouit, & Ariſtotelis dialecticam, in omnium ſtudioſorum vtilitatē: in publicum edidit, ipſum Ariſto. elucidando ſcholiis: vt ſic ipſe Ariſto. e mortuis videatur ſurrexiſſe. Sed tamen ad huc via compendioſior in dialectica deſideratur. Quapropter, ſicut in aliis rudimentis inſudauimus, hinc inde coligentes, quę meliora, ſuperflua miſſa facientes: id ipſum in dialectica cenſui faciendum. Vt quę ſpetioſa, & præclara, & ad propoſitum digeſta: non ſolum ab ipſo doctiſsimo, ſimul atq; obſeruantiſsimo magiſtro: ſed ſi quę ab aliis qui in dialecticorum albo conſcripti merito ſunt in epithome (vt aiūt) reducamus. Non tamen eſt in animo, nimium dilatare fimbrias, nec tamen pertinaciter hęrere volo, illis qui omne exercitium argumentorum reiiciunt. Mediam ergo viam tenentes, Ariſto. textū apponemus & argumenta quæ conducere poterunt cum quæſtionibus adducemus.

¶ TITVLVS

TITVLVS LIBRI SIC habet in Grȩco:porphyrii yſagoge ideſt porphyrii introductio.

HIc prædicabilium liber introductio eſt, nõ ſolum ad cathegorias Ariſto .i ad decem prædicamenta: ſed ad totam dialecticam, imo ad philoſophiam cõmunem. Quippe qui ad diffinitiões, diuiſiones, demonſtrationes, ſine quibus ꝓſpere nullus philoſophabitur deſeruiat,& cõducat. Hic porphyri9, (teſte Suydas primo fide candidatus, poſt apoſtata effectus (vt refertur. 7. libro tripartitæ)cõtra religionẽ Chriſtianam blaſphemus effectus: quindecim libros igne dignos conſcripſsit, ad verſus legem Chriſti immaculatam. Atq; tandem in Sicilia præceptorem agens philoſophiæ, libellum hunc compoſuit,& diſcipulo Chriſaorio nũcupauit. Et quia Grȩce,(ſicut & cætera Ariſto. opera) inter interprȩtes q in ſcholis habentur in vſu, Argiropylum ſequemur. Qui natione Grȩcus, Latinum conſequtus eſt ſermonem. Si quando tamen variatio inter interprȩtes, non ſub ſilentio pertranſibimus.

Fuit anno dñi. 280.

Argiropyli tranſlatio in vſu.

PROLVGVS.

Textus.

CVm ſit neceſſariũ Chryſaori & ad Ariſ. p̃dicamentorũ doctrinã, quidnam genus, quid differẽtia, quid ſpecies, quid ꝓprium,& quid accidens ſit cognoſcere, cumq; & ad diffinitiones etiam aſsignandas, atq; omnino ad diuiſiones, demonſtrationes q; cõficiẽdas, vtilis horũ ſit cõtẽplatio: breuius enitar tibi ea, q̃ apud maiores nr̃os de his ipſis ſunt: tradere. Quaſi ingreſſum quendã, tibi ad hæc omnia demõſtrando: atq; ab altioribus quidẽ quæſtionibus abſtinendo, faciliores autẽ ſic afferã: qualiter nunc tibi accomodatas eſſe coniecto. Protinus igitur genera quidẽ:& ſpecies, in rerum nã ſint nec ne? an in ſolis nudiſq; cõceptib9 collocentur?& ſi corporalia ſint, an expertia corporis?& vtrũ ſeparabilia ſint, an in ipſis ſenſibilibus rebus,& circa eas ſubſiſtant? dicere nunc omittam. Quippe cum altiſsima ſit talis tractatio, & alia maiori indigeat perſcrutatione. Vt de ipſis vero: cȩteriſq; propoſitis: magis differendi modo veteres, horum q; maxime peripatetici tractauere: recenſere nunc, atq; oſtendere tibi conabor.

Gloſa.

¶Attentum reddit diſcipulũ, per hoc quod propõit ſe dicturum de re neceſſaria. Et noua, Sic Ariſto, 3. rethoricȩ. Et Cicero, 1. redditur auditor attentus, ſi quis polliceatur ſe de rebus magnis, & vtilibus differturum. ariſto cicero

¶Neceſſarium hic eſſe intelligas, non librũ ipſum,(licet vtilis ſic admodum) ſed neceſſarium eſt, (vt notauit Amonius) noſe .ſ. ipſa vniuerſalia. Nam ſi quis ignoret, quid cui ſubiiciatur.& qd de quo prȩdicetur, qđ traditur in libro prȩdicabiliũ: nõ poterit ad p̃dicamentorũ ſciẽtiam peruenire, imo nec poterit vnq; diffinire, niſi genus & differentiã ſciuerit. Item neq; ſi proprii, & accidẽtis peritiam non habuerit. Cũ conſtet diffinitionẽ potiſsimam, ex genere & differentia cõſtare. Itẽ deſcriptionem, non niſi per propria vel cõia accidentia fieri, diuidere nullaten9 valebit, qui non genus, & ipſas diuiſiuas, & conſtitutiuas differentias, ſciuerit.

Amoni9

Sine notitia p̃dicabiliũ nõ põt qs habere p̃dicamentorũ ſciẽtiã

¶Circa illud quod dicit, ab altioribus quȩſtionibus abſtinendum. &c. Quæ de vniuerſalibus, nam(vt tradit. p. Auguſtinus) in ꝓlogo ſuæ logicæ: artifex domus, non habet conſiderare naturam partium. Nẽpe, an calida ſint ligna? an frigida? fructifera? ã ſterilia? quod pertinet ad philoſophũ. Sed tantum, ſint ne molia? an dura? recta, an curua? quod ad artem ſuam refert. Sic logicus, de vniuerſalibus tantunmodo debet tractare: quatenus prædicantur vel ſubiiciuntur.

¶Circa illud verbum ſcilicet quod imitaturus ſit peripateticos: an intelligat Platonicos, vel Ariſtotelicos? dubium eſt. Nam illi,

Unde peripatetici. illi, ſicut & iſti: peripatetici ſunt dicti a potu peripateo. Quia deambulando docebant, & primus autor fuit Plato, & ſic omnes Platonici vocati, ſed poſt obitum platonis, Xenocrates diſcipulus ſucceſit, q in academia gymnaſio Platonis docebat. Oẽs Platonici & Ariſtotelici primo peripatetici dicebantur. Ariſto. tñ docebat in lyceo, & qa Ariſto. etiam docebat deambulãdo, ſicut magiſter eius Plato, dicebãtur ſeq̃ces Ariſ. peripateci a lyceo, ſicut alii ſimiliter ab academia. Poſt vero, Xenocratis diſcipuli propter nobilitatem academiæ, denominati ſunt academici, oẽs Platonici. Academici oẽs Platõi. Et Ariſtotelis diſcipuli, quia ignobilis erat locus vbi docebat, ab actione. ſ. deambulatione: peripateticorũ nomen retinuere. Verũ quia iſte phorphyrius Platonicos ſequtus, ipſos peripateticos Platonicos intellexit.

~~QVARTA~~ QVAESTIO de vniuerſalibus.

Occurrit diſputandum, vtrum detur vniuerſale & quid ſit illud? & quia oportet, oẽ multiplex prius diſtinguere, & diuidere, cõſiderandum: q̃drupliciter vniuerſale. ſ in eſſendo, in cauſando, in prædicando, & in repræſentãdo. Quadrupliciter vniuerſale. In eſſendo. In eſſendo eſt, quod per ſe realiter ſubſiſtit, ſeparatum a ſingularibus Si datur tale (vt dicemᵍ). In cauſando. In cauſando, eſt id: quod cauſa eſt ~~talis~~ vniuerſalis ſeparati a materia. Vt ſũt intelligentiæ. De qbus. 1. &. 12. meta. Ariſto tractat. In p̃dicãdo. Vniuerſale in p̃dicãdo eſt, quod formaliter p̃dicatur de indiuiduis. Vt ſunt ſpecies, & genera, q̃ de ſpeciebus, & indiuiduis earum dicuntur. In repræſentando. Vniuerſale in rep̃ſentando erit conceptus intellectus, qui eſt rei ſimilitudo: vel ſpecies intelligibiles, extractę a phantaſmatibus. Quæſtio, hęc non videtur dubia ꝙtum ad vniuerſale in cauſando, aut in rep̃ſentãdo: cum ſit manifeſtiſsimum tale eſſe in rebus. Sed tñ dubium eſt: vtrũ vniuerſale in p̃dicando. ſit etiam in eſſendo? & eſt hoc dicere, vtrũ vniuerſalia ſint in rerũ natura. (vt Plato dicebat) ponẽs ideas ſeparatas, vel ſint ſolũ obiectiue in intellectu. Ita, qd' nullum habeãt eſſe nãle: ſed ſolũ fictitiũ. Sicut Chimera eſt ſolũ obiectiue in ĩtellectu. Vel vtrum ſic ſint iſta vniuerſalia p̃dicabilia in intellectu, quod etiam ſint in rerum natura?

¶ Quæſtio ergo eſt principalis, vtrum vniuerſalia iſta, ſeu naturæ cões ſint in rebus ipſis? & videtur quod nõ, ex Ariſto. qui in pluribus locis meta phiſicę: probat cõtra Platonẽ, fictitiam eſſe illam opinionem idearum. 1. arguitur. Et 1. poſte. tex, co 35. valeant ſpecies qa cãtilenę ſunt. Et rurſus, vniuerſale nil aliud eſt præter ſingularia. Ratione ſic, (vt argumentatur Ariſ contra Platonẽ, 7. meta, tex. 45) vniuerſale illud eſt, qd' natum eſt eſſe in multis: ſed vna res nõ poteſt eſſe in multis, ſicut idẽ color non eſt in multis: multo minus aliqua ſubſtantia. Secundo ſic, quicqd in mundo eſt id ſingulare probatur: vt inductione fit manifeſtum. 2. argumẽtũ. Quælibet. n. res creata eſt vna, ſiue ſit viſibilis, ſiue inuiſibilis. Imo ipſemet Deus, maxime vnus ſimpliciſsimus eſt, non ergo datur tale vniuerſale creatum, a parte rei exiſtens.

¶ In cõtrarium tñ eſt idem Ariſto. q primo periherm, diſtinguit res, in ſingulares, & vniuerſales. In cõtrariũ. Item quia, 1. poſte. tex, 11 &. 2. de anima tex. 60. docet ſcientiã non niſi de rebus eſſe realiter exiſtentibus, cum ergo de vniuerſalibus ſit ſcientia, puta dialectica, ſequitur ea eſſe in veritate.

¶ Quæſtio hęc antiquiſsima fuit, & propter eam dictum, amicus Plato, ſed magis amica veritas. In qua Ariſ. videtur ex ꝓpoſito, contra magiſtrum ſuum Platonem inſurrexiſſe, cui tribuitur illa idearum vulgata ſatis ſentẽtia. Verũ etiam apud antiquos, ante Ariſ. nõ fuit idem ſenſus. De quo ſunt opiniones.

¶ Prima opinio fuit Heracliti, & Cratili, (vt Ariſ. refert. 4. meta tex. 22,) nil eſſe in rerũ natura: p̃ter ſenſibilia q̃ videbantur. 1. Opinio. Et quia hęc in continuo fluxu: dicebant iſti nullam eſſe ſcientiã de rebus. Quia ſcientia ſolum d̃ rebus ꝓpetuis & ęternis eſt. Verũ hęc iſtorũ ſententia reꝓbatur ab Ariſ. in li. meta & in cõꝑto eſt eius falſitas. Reprobatur opi. heracliti. Cũ illarũ rerũ q̃ nõ videntur ſit ſcientia, & nãle deſideriũ ſit hõi, in quo differt a bruto, Et cũ Deus & natura nil fruſtra, opꝫ affirmare: ſcientiã eſſe rerũ.

¶ Horum occaſione, Plato: (vt refert Ariſ. 1. metaphi.) in aliud extremum declinans, 2. Opinio q̃ Platonis eſt. dixit ſcientiam eſſe rerum ſolum: & non poſſe eſſe de iudiuiduis: quia corruptibilia omnia. Ob id, de illis quę perpetuæ eſſent naturæ ſcilicet vniuerſalibus ſeu ideis. Sed tamen ſi ſic ſenſit Plato, (vt ei tribuit Ariſto.)

Ariſto)cum extrema ſint vitioſa, & virt⁹ cõſiſtat in medio, aberrauit ſimiliter & ipe. Et qa p exceſſum, multo amplius ab eo erratũ. eſt: q̃ ab heraclito. Ponebat n. Plato. hominem perſe ſeparatum, nec dependentẽ a materia, neq̧ a loco, nec a tempe: a quo homine in diuidua cauſabantur, participatione illi⁹ nãæ ſeparatæ: q̃ vocabatur p ſe hõ. Itaq̧, ſicut conceptus in intellectu formatus de Petro in ſingulari, eſt diſtinctus a conceptu cõmuni hominum: ſic & res ad extra ſe haberet, vt eo modo quo datur a parte rei indiuiduum, ſic & eſſet illa natura cõis hominum.

De ideis plato.

Verum hęc opinio, ſatis in apto falſa eſt. (vt late ꝑbat. Ariſto.) & in tantum apparentiã non habet: vt ſint q dicant, Ariſto. impoſuiſſe magiſtro ſuo. Et id videtur ſentire. b. Auguſtinus. li. 83. q̃ſtionũ. q̃ſtione. 46. qui interp̃tatus Platonis ſententiam de ideis, ſeu de iſtis vniuerſalibus, dicit ideas nil aliud eſſe, q̃ rationes in mente creatoris, neq̧ diſtingui a diuina eſſentia, q̃ eſt omnium rerũ idea, qa omnia efficiens, & omnium perfectionem eminenter continens. Et quidẽ hoc catholice a nr̃is Theologis incunctãter affirmatur. Et ſic ſenſit Seneca, non catholicus: (licet ſtoyc⁹) academicos, ſequt⁹, ĩ li. 8. epi. epi. 66. ait. Deus exẽplaria rerũ in ſe habet, quas Plato ideas vocat. Et in ſuo dialogo ad methaphiſicam Iacobus faber Ariſtotelis fideliſsimus paraphraſtes ait. Ideas Platonis nil aliud. q̃ illas eſſe rationes in mente diuina. Et qdem. ſ. Tho. in. 4. de regimine principum, audet dicere Ariſto. multa impoſuiſſe philoſophis. Verum ſicut difficile eſt credere, Platonem diuinum, ſic allucinatum in ideis ponẽdis a pte rei ſeparatis: ſic difficile probatur Ariſto. magiſtro id impoſuiſſe, eo viuente, & ſuis cõdiſcipulis, & audere Platoni tribuere, & tam ex propoſito contra eum inſurgendo impugnare: niſi dixiſſet ipſe.

Reprobatur opi. Platõis

Ariſto

Putant impoſitũ Platõi de ideis.

Seneca

Faber

¶ Seqtur tertia opinio nominalium, quam ocham, quem venerabilem incæptorem vocant, qui olim Scoti diſcipulus, (vt fertur) in ſua logica. ca. 14. ponit. Quæ conſiſtit in quatuor dictis, (vt refert tartaretus) li. primo prædicabilium. Primum dictum eſt, omnis res eſt ſingularis, & nulla eſt vniuerſalis, in pluribus exiſtens, ſaltin quæ ſit creata. Secundum dictum, omne vniuerſale eſt terminus communis. Quia quod prædicatur eſt terminus, vniuerſale prędicatur: ergo eſt terminus.

3. Opinio.

¶ Tertium, ſicut triplex eſt terminus cõmunis: mentalis, vocalis, & ſcriptus. ita triplex vniuerſale.

Triplex eſt vniuerſale.

¶ Quartum, aliquid poſſe dici vniuerſaliter ſtat dupliciter, vno modo in eſſendo, ſic: qđ ſit realiter in pluribus. Et ſic, nullum eſt vniuerſale. Alio modo, in ſignificando, non qđ ſignificet aliquod cõmune, ſed qa plura ſingularia immediate ſignificat. Sicut iſte terminus homo, ſignificat omnes homines mũdi. Et ſic ponenda ſunt vniuerſalia. Hęc eorum ſententia. Sed quia hęc opinio, eſt contra Ariſto. in multis locis: op3 eius ponere ſententiam, q̃ conſiſtit (vt deducit magiſter Soto) in tribus concluſionibus, ex quib⁹ cõſtabit Solutio ad quæſtionem.

¶ Prima concluſio. quicqd in mundo eſt, eſt realiter indiuiduum, & ſingulare, hæc patet in 7 metaphi. & conſtat experientia.

1. Concluſio & Ariſ. op̃o.

¶ Secunda concluſio, vniuerſalia ſunt in rebus, de quibus prædicantur. Patet hoc, quia Sortes & Plato ſunt eiuſdem ſpeciei, & hõ & aſinus diſtinguntur ſpecie, & ſunt eiuſdẽ generis: ergo illa vniuerſalia oporter ſint in rebus de qbus p̃dicantur. Nã ſi natura generis non eſſet in leone, & hõie, non conuenirent in ea nec animal de eis p̃dicaretur. Similiter, ſi natura hũana non eſſet in Petro, & Ioanne: non conuenirent in ſpecie. Et ſic ait Ariſto. primo phiſicorum, qđ totum vniuerſale prius cognoſcitur q̃ ſingulare, quod declarat comentator, non intelligi poſſe de cõceptu mentali, ſed de cõpoſito, vel ex materia & forma: vt indiuiduũ vel ex genere & differentia, vt eſt ſpeciei & generis ex ſuis ſpeciebus.

2. Cõcluſio.

Tex. co. 2.

¶ 3. cõluſio, de mente ei⁹. Vniuerſalia nõ diſtinguntur a ſuis ſingularibus realiter: ſed ſolũ ratione. Quæ cõſtat ex ſupradictis. Nã ſi q̃libet res mundi eſt ſingularis, & oĩa vniuerſalia ſunt in reb⁹, q̃rũ ſunt vniuerſalia, ſeqtur ab eis non diſtingui re, ſed ratione ſolũ Quia cũ illa in qbus ſunt, in rei veritate ſint ſingularia, & hęc vniuerſalia in ipis non diſtincta ab eis re, oportet ratione diſtinguantur. Et ꝓbatur adhuc, qđ non ſit ſepatũ vniuerſale a ſuis ſingularib⁹ qa ſic, nõ poſſet de ſingularib⁹ p̃dicari, qa đ petro nõ p̃dicatur albus, niſi p albedinẽ in eo exiſtentẽ. Ita ne-

3. Concluſio

q̧

ꝙ hō,niſi per naturā hūanā hōi cōmunicatā
¶Probatur qđ ratione diſtinguatur a ſingu
lari in quo eſt. Nā ratio hominis,ſecundum
eſſe materiale qđ habet in Petro,nō pōt eſſe
in Paulo,patet qa accidētia indiuiduantia,a
lia in Petro,alia in Paulo,non ergo habet qđ
ſit vniuerſale niſi p abſtractionē ab acciden
tibus indiuiduātibus,ſed ſic abſtrahi, nō eſt
aliud,ꝙ concipi,ſeu intelligi cōceptu cōi:ita
vt hō,in ꝗtū obiectū huiꝰ conceptꝰ vniuer
ſalis hō vniuerſale dicitur,& dicitur nā hōis.
Et hoc,ſolū ratione diſtinguitur vniuerſale:
a ſuis ſingularibus,ſ.p opationē intellectus.
Ariſto Et ſic ſenſit Ariſto. dicens.1.de anima,co.8
vniuerſale aut nihil eſt,aut poſteriꝰ eſt.Quia
vniuerſalia ſunt actu poſteriora ſuis ſingula
ribus,a qbus abſtrahitur intentio vniuerſa-
lis,ſeu natura cōis. Et ſic expōit comē.dicēs,
intellectus eſt,qui facit vniuerſalitatē in re-
bus.Et hoc Ariſto.ꝓbat cōtra Platonem,in
multis locis.1.poſt,co,35.&.38.&.3.meta.
co,10 li.7.co.51.&.57. Ex iſtis ſeqtur ad
queſtionem reſponſio.

ad qſtionem 4.concluſio. ¶4.Cōcluſio,vniuerſalia ſunt in rebus,ſed
vniuerſalitas,eſt obiectiue in intellectu.Hāc
concluſionē facile pōt qs ex ſupra dictis ab
Ariſ.ꝓbare.Et ponit eā.ſ.Tho.in.1.p.Q.85
arti.2.Ex multis Ariſto.& comē.autoritati-
bus:hanc ꝓbat conclu Paulus venetus,in,2,
meta,ca.2.Quia theologi munus eſt,verſa-
ri quotidie in.ſ.Tho.illius adducamus ſentē
tiā.Ait.n.vniuerſale duo dicere,naturam ip
ſam,ſeu rationem cōe3,& vltra hoc,intētio
nem intellectus,a q̄ vniuerſale dr̄.Primū vo
catur ſubſtractū,ſeu m̄ale ſignificatū:& ſecū
dū vocatur,formale:ſeu pſe ſignificatū.Et
primū eſt in rebꝰ,ſecūdū eſt obiectiue in in-
tellectu.Hęc ex.ſ.Tho.Ac ſi diceret,res ipæ
ſingulares in eſſendo,vt Petrus,Ioannes.&c
Quatenꝰ obiecta ſunt horū cōceptuū,homo
aīal:ſunt vniuerſalia.Obid,vniuerſale nūq̄
eſt a rebus ſeparatū.Exemplū eſt acōmoda
tiſsimū de viſu,q videt pomi colorē:ſine eiꝰ
odore:ſed cū color nō ſit in pomo ſine odo
re,ex pte viſus cōtingit,colorē videre,nō p-
cepto odore,in ꝗntū in viſu eſt coloris ſimi
litudo,ſ.ſpecies,& nō odoris.Et ſic,licet vni
uerſale vere ſit in ipſis rebus ſingularibus:
ſolum ſenſu percipitur ſingulare,& tamen
vniuerſale intellectu cognoſcitur.

¶Per hæc q̄ dicta ſunt,conſtat opinionē He
racliti falſam,& Platonis.(ſi eius eſt)eſſe ſic
titiā.Et nominaliū,eſſe contra Ariſto.ſentē
tiā.Ob id ſic tenendū.Et ſoluūtur ex dictis,
illa q̄ in oppoſitū ſunt adducta.Verū.n.eſt,
illas ſpecies,ſeu ideas Platonis eſſe cātilenas
qa figmentū.Et vniuerſale illud dicitur eſſe
in multis,ſed non vt res diſtincta ab illis in
quibus eſt,ſed ſolum ratione.

¶Sed tñ,qa pro notitia vniuerſaliū,op3 cō Duplex conceptus.
ceptuum notitiā habere,conſiderandū erit
duplicē eſſe cōceptū,q̄ndā formalē,& aliū
obiectiualē,Ille formalis dr̄,quo formaliter
cognoſcimus.Obiectiuus eſt,conceptꝰ im-
mediate ſignificatꝰ p formalē cōceptū.Vel
(vt dicit ſocinas)in ſua meta.Q.1.formalis
conceptus ſecundum aliquos,eſt actus intel
ligendi.Secūdum Tho.tñ eſt verum forma
tum de re p actum intelligēdi.Et conceptus Quid conceptus obiectiuus.
obiectiuus,eſt res ipſa,q̄ actu vel potentia in
telligitur.Et qđ res ad extra,prout habēt eſ-
ſe in ītellectu,dicātur cōceptus,patet ex co-
mētatore,3 de anima,co.18.intentiones in
tellectę,cōtinuātur cum intētionibus imagi
natis,ſed cōſtat qđ intētiones intellectę ſūt
res ipę cognitę,ergo.Itē qa dicit,qđ concep
tꝰ eſt ſubiicibilis,& pdicabilis:ſed hoc rebus
conuenit,& nō terminis.Verbi gr̄a,ego ha-
beo notitiā hominū,vel hōis.Ille conceptꝰ,
eſt formalis quidē hominis,ſed naturæ cōis
eſt obiectiuus.Et iſte cōceptus,eſt immedia
te ſignificatus p formalē.Nominales,nō po
nunt obiectiualē conceptū dicentes ſolū da
ri formalem conceptū hōis ſingularis,Rea-
les tñ,vltra formalē conceptū,dicūt eſſe ob
iectiualem,q ſignificat illā naturā cōe3,ſecū
dum reales ergo illa notitia,non ſignificat
hōies ſingulares īmediate,ſed rationē cōe3
hōis,Et ille eſt conceptus obiectiualis,quē
formalis immediate ſignificat:& ſingulares
hōies,ſunt mediata ſignificata,& materialia
quæ conueniunt in illa ratione,q̄ eſt ſignifi-
catum formale,ſ.in natura cōi.Quod ꝓba-
tur ex cōi modo concipiendi.Nam ſi qs au-
diat,homines omnes eſſe eiuſdē ſpeciei:ſta-
tim concipit illā naturam cōem,in qua con
ueniūt.Et ſimiliter qñ concipit,leonē,& ho
minem,conuenire in animali:generis nām
format,Et ſic etiā,qñ dicimus nām intende
re conſeruare ſpeciem:non indiuiduum.

¶Præterea,quando dicimus:Petrus eſt ho-
mo ibi conſtat prædicatum pro re accipi,vt
patet

patet ex Ariſto.1.Elencho.c.1. Sicut etiam ſubiectũ pro re ſingulari accipitur, ergo datur talis conceptus obiectiualis ſ.natura cõmunis, ſeu vniuerſale.

¶Item quia diffinitio hominis.ſ.animal rationale:naturam hominis manifeſtat, & nõ Petri,aut Pauli,ergo oportet dare talem naturam ſignificatam per talem diffinitionẽ. Et ne multiplicentur rationes abſq; neceſsitate,pro certo tenendum de mente Ariſto. Vniuerſalia ſunt ponēda in pluribus locis,vniuerſalia eſſe ponẽda vt dicunt reales 1.poſte tex.5.vbi ait,vniuerſalia eſſe a ſenſu remotiſsima,& notiora ſingularibus.Et textu.11 ait vniuerſalia eſſe neceſſaria.Clarum eſt,quod non loquitur de vniuerſalibus ſeparatis:ergo loquitur de vniuerſalibus exiſtentibus in rebus. Et tex.35.ait vniuerſalia eſſe magis entia, quia non ſunt hic & nunc,ſed ſemper,& vbiq;.Et.1.poſte. co.39.ait vniuerſale ratiõe cognoſci,ſingulare vero ſenſu. Et ſecundo de anima.co.68. &.7.meta.co.51.&.57. concludit aduerſus Platonẽ:vniuerſalia nõ eſſe ſeparata a ſingularibus.Et ſic nullus verſatus in Ariſto.poterit hoc negare, qua propter Paulus vene. Paulus venetus diſcipulus Gregorij Ariminen. Gregorii Ariminẽ diſcipulus,& Burleus,qui in ſummulis fuit nominalis: poſtq; legerunt Ariſto.mutauerunt ſententiã. Vt eſt videre in Paulo veneto,in ſua methaphiſica.

¶Ex ſupra dictis in iſta queſtione, patet qd dicendũ ad dubium porphyrii,ſ. vtrũ vniuerſalia ſint ſubſtãtię.Si quidẽ intelligat vniuerſale vt ſeparatũ a rebus.nec eſt ſubſtãtia neq; accidens. Si tñ vniuerſale intelligatur, prout eſt in rebus,ſolum ratione ab eis differens: fundamentaliter eſt ſubſtantia in primo pdicamento,in aliis:eſt accidens. Similiter ad aliud. An ſint corporea,nec ne? Nam ſi vniuerſalia capiãtur pro ſubſtracto,hoc ẽ: p materiali ſignificato. qdã ſunt corporea, vt hõ:& ſimiliter alia incorporea, vt ĩtelligẽtiæ. Atq; alia accidẽtia corporea ,vt color.alia incorporea,vt ſcientia Si vero vniuerſalia capiãtur pro formali, vt ſunt per intellectũ abſtracta:ſic nõ ſunt corporea,ſed omnia incorporea, qa ſic abſtrahũt a materia ,& a cõditionibus indiuiduantibus. Obid dicit Vniuerſalia ſunt in corruptibilia. Ariſ.vniuerſalia eſſe in corruptibilia.1.poſ. ca.25.ſed per accidens ſunt corruptibilia ratiõe in diuiduorũ:quia ab æterno,homo fuit animal ratiõale, Nã licet actuale eſſe habuit in creatione,ſemper tñ fuit verũ, hominem eſſe animal,& corrupta ſpecie,erit ſimiliter Et obid Ariſto.1.meta. co.1. Ait,vniuerſalia non generãtur:ſed indiuidua. Et ſic licet vniuerſalia pro formali ſint incorporea ,nõ tamen ſicut angeli:ſed ſunt incorporea, qa per intellectum abſtracta. Ex quibus colligitur intelligentia illius diſtinctionis. Vniuerſale quodã ante rem, & nullum tale eſt, niſi Vniuerſale ante rem: & poſt. ſecundũ Platonem,vniuerſale in re,eſt natura fundamẽtaliter exiſtens in rebus: ſed vniuerſalia poſt rẽ, ſunt ſpecies intelligibiles a ſingularibus cauſatę:vel ſic, vniuerſale poſt rẽ,eſt natura ipſa vniuerſalis, vt actu abſtracta,Poſſunt etiã ipſa vniuerſalia ſecundum prædicta,dici vniuerſalia ante rem : ſi conſiderentur,nõ quod exiſtant ante ſingularia, cum re vera non exiſtant, ſed ſic ante rem, quia ſunt ppetuæ veritatis, & ante quã eſſet iſte hõ, vel ille,erat verũ, hõiem eſſe animal rationale. Et ſic vniuerſalia dicuntur priora in natura ipſis ſingularibus. 2a

QVAESTIO.V.VTRVM in rebus ante operationem intellectus ſit vniuerſale.

Q Veritur circa materiã vniuerſaliũ, vtrũ in reb⁹ ante operationẽ intellectus:ſit vniuerſale vnũ in pluribus? & videtur 1. Argumẽ. qđ ſic,qa vniuerſale(vt ex ſupra dictis cõſtat)illud eſt, qđ natũ eſt eſſe in plurib⁹ .7 .meta .co. 45 . & 1.perih.c.5.ergo oĩ opatiõe intellect⁹ ſecluſa,natura hũana , & q̃libet ſpecifica natura, qa habet aptitudinẽ ad eſſe vnũ in pluribus hõib⁹,q pticipatiõe ſpeciei ſũt vn⁹ hõ (vt ait porphyrius)ſecluſa omni operatione intellectus habet hoc.

¶2.Vniuerſale ẽ obiectũ intellect⁹, (vt diximus in q̃ſtione precedenti ſed obiectum potentiã precedit,cum ab eo moueatur, ergo. 2.

¶3.Vniuerſale habet eſſe reale, & nõ fictitiũ (vt dictum eſt) ergo ante omnem operationem intellectus habet. 3.

¶In cõtrariũ tñ ẽ,qa cũ vniuerſale re nõ diſtinguatur a ſingularib⁹:in qb⁹ ẽ,ſed ſolũ ratiõe nõ habet eſſe ãte opationem intellect⁹, In cõtrariũ

¶Pro ſolutiõe q̃ſtionis,op3 notare,doctorẽ Nota. ſubtilẽ,in.7.met. lect 6.& ĩ.2.ſen.d.3.q.2. 16 q.1 Ponetẽ ex natura rei, oĩ opatiõe intellect⁹ ſecluſa,vnitatẽ ſpecificã, minorẽ numerali

Et

Et ſic ex mente eius,ad quęſtionem eſt ſolutio,vniuerſale eſſe ante omnẽ operationem intellectus,quia natura humana ,habet qđ ſit vna in pluribus ex ſe, quod probat argumentis poſitis a principio quæſtionis. Sed ſ.Tho.aliter ſentit, de ente & eſſentia ,c.4. & opus. 55,&,1.p. Q.85. de cuius mente ſit,concluſio.

S.Tho.aliter.

¶Concluſio,ad queſtionẽ. Naturę & eſſentię ſpeciei,ſecundum ſe conſideratę,neq̃ cõuenit eſſe vniuerſale,neq̃ particulare,ſed cõuenit ei per accidens eſſe vniuerſale,per abſtractionem intellectus,& eſſe particularem per accidentia indiuiduantia . Probatur nam ſi ex natura ſua haberet vniuerſale eſſe : vbicunq̃ eſſet vniuerſale. Sicut quia homo a natura eſt rationalis,& riſibilis:vbicũq̃ ſit,eſt talis:& ſic Petrus , cui cõuenit natura humana,eſſet ſpecies Sed tñ hoc eſt falſum,cum ſit indiuiduum.Secundo [redacted],ſi per ſe humanitati ſecundum propriam rationẽ conueniret eſſe vniuerſale : repugnaret illi eſſe ſingulare,ſicut homini repugnat irrationale.Sed tamen naturæ humanæ nõ repugnat eſſe ſingulare,patet,quia eſt ſingulare in Petro,

Cõcluſio ad queſtionem. Zaro

¶Sed, contra hæc poſſet eſſe argumentum pro Scoti opiniõe [redacted]. Circumſcripta omni operatione intellectus , cõcedimus eſſe multas ſpecies animalium , & multa ſubſtantiarum & accidentium genera : nam cum primo Deus creauit omnia,fuit verum eſſe ſpecies,& genera , etiam ſine intellectu abſtrahente : quia ſemper fuit verum homines eſſe eiuſdem ſpeciei, & animalia eſſe eiuſdem generis. Argumentum vrget ſic , vt Paulus venetus teneat propter hoc,cum Scoto:vniuerſalia eſſe in rebus,abſq̃ intellectus operatione.Verum ad argumentum [redacted],reſpondet per duas concluſiones magiſter Soto.

Inſtantia.

¶Prima concluſio,res non eſt vniuerſale in actu,niſi quando actu abſtrahitur ſpecies intelligibilis a phantaſmatibus.Patet,quia eſſe vniuerſale in actu, eſt eſſe intelligibile in actu:ſed res non eſt actu intelligibilis, niſi quãdo actu abſtrahitur eius ſpecies , vt patet. Tertio de anima,tex.8 . Nam per ſpeciem intelligibilem receptam in intellectu poſsibili,per virtutem intellectus agentis, intellectus poſsibilis fit actu intelligens , ergo nõ ẽ actu vniuerſale,ãte huiuſmodi abſtractionẽ.

1. Cõcluſio.

¶Secunda cõcluſio, res nihil ominus, ante quancũq̃ operationem intellectus ſunt ſimpliciter ſpecies,& genera , & ita ſunt appellandę. Quod patet ex communi modo concipiendi:quia Petrus eſt homo, & Paulus eſt homo,& homo eſt animal, & equus eſt animal. Nam licet ſine operatione intellect⁹, non ſint actu vniuerſalia:ſunt tamen ſpecies & genera.Etiam probatur ex eo:quod vniuerſale eſt obiectum intellectus , non ſolum quia actu mouet:ſed quia eſt motiuum intellectus,ſicut color eſt obiectum viſus, licet actu non videatur. Sic etiam poteſt intelligi, vniuerſale eſſe genus, & ſpecies ante operationem intellectus· & tamen rationem vniuerſalis non habet.Et licet ſit obiectum intellectus,(Vt Scotus argumentatur),& oportet obiectum eſſe ante intellectum, cuiu⁹ eſt obiectum,non obſtat.Ratio eſt. Nam vninerſale in actu,prout eſt in intellectu poſsibili:pręcedit quidem,& ſic eſt ante operationem intellectus poſsibilis:nam [redacted] per virtutem intellectus agentis , abſtracta ſpecie intelligibili:[redacted] vniuerſale . Et in hoc ſenſu eſt verum,quod dicit Scotus: vniuerſale obiectum intellectus ,eſſe ante operationem eius.Si tamen intelligamus operationẽ intellectus agentis,abſtrahentis ſpecies intelligibiles a phantaſmatibus,cuius operatione fit vniuerſale actu: tunc vniuerſale non eſt ante talem intellectus operationem , imo cauſatur per eam.Et tunc vniuerſale non eſt obiectum intellect⁹ agentis,ſed fit ab ipſo intellectu agenti vniuerſale:& ſic obiectum intellectus poſsibilis,fit vniuerſale actu, per intellectum agentem.

2.Concluſio git

¶Hęc ſententia , videtur quidem conuenire cum Scoti opinione quantum ad aliquid ſed differt ab ea in hoc. Quia Scotus opinatur,rebus ſecundum ſe conuenire vniuerſalitatem,omni prorſus ſecluſa operatione intellectus. Verum de mente.ſ.Tho.eſt,id nõ conuenire:ſine operatione intellectus . Nã ſi intellectus agens ſpecies non abſtraheret, nunq̃ vniuerſale cauſaretur:licet ſpecies,& genera eſſent,in potentia tantum.Sed quod ſit actu vna natura humana in pluribus , nõ eſt:niſi abſtrahatur.

In quo differt hęc opĩo ab Scoto. tantũ

¶Ad argumenta in contrarium , ex dictis patet Solutio . Ad primum enim concedimus, verũ ex ſua natura habere aptitudinẽ.

Ad argumẽta.

Et

Et ſunt ſpecies & genera, ſed tamen actu vniuerſalia non ſunt, niſi per operationem intellectus.

¶ Ad ſecundum conceditur quod vniuerſale eſt obiectum intellectus poſsibilis, ſed tamen non eſt obiectum intellectus agentis, ſed per virtutem eius conſtat vniuerſale: abſtrahendo ſpecies intelligibiles a phantaſmatib9. Et ſic ad tertium, eſſe enim reale, habet ante operationem intellectus, ſed eſſe vniuerſale, eſt per operationem ~~intellectus~~, eius

QVAESTIO. TERTIA DE ſecundis intentionibus.

Argumētū. QVęſtio tertia, vtrum nomina ſecundarū intētionū ſupponāt pro ſingularibus indiuiduis perſonaliter: & videtur quod ſic, quia (teſte Ariſto). Vniuerſalia nihil ſunt, p̄ter ſingularia: ſed ſunt idē cū eis realiter, licet ratione diſtinguantur, (vt dictū eſt) ergo nomina vniuerſaliū, ſupponēt pro ſingularib9. Ita, vt hęc ſit vera, Petrus eſt ſpecies, & hæc bona conſeq̄ntia, Petrus eſt hō, & hō eſt ſpecies: ergo Petrus eſt ſpecies. in contrarium est

In contrarium eſt. ¶ Quia cū ſpecies ſit q̄ prędicatur de pluribus numero differentibus, & Petrus, & Ioannes, non ſic p̄dicentur, ſequitur quod ſpecies non ſupponat pro Petro.

Notandum. ¶ Pro ſolutione q̄ſtionis notandū, qđ apud dialecticos, intētio eſt cōceptus intellectus. Vnde prima intētio, eſt primus cōceptus habitus de re. Vt conceptus qui habetur de Petro, in quantū talis res. Et termini ſignificātes tales res, dicuntur primę intētionis. Secūda intētio, eſt ſecūdus cōceptus habitus de re, qui ideo ſecūdus dr̄, quia p̄ſupponit priorē. Nā cognito hōie, intellectus (qa potentia reflexiua) refletit ſe ſupra rē cognitā, & attēdēs quod talis natura ſic abſtracta, cōuenit pluribus numero, format ſecundū cōceptū, ſ. ſpeciē, quo ſignificatur illa ꝓprietas, ſ. conuenire pluribus. Et ſic egregie Boetius declarat, ſecūdas intētiones fundari in primis: tā q̄ in fūdamēto & cauſa. Niſi enim ex primaria ſignificatiōe intellectus intelligeret naturā hūanā ~~ſic~~ pluribus cōicatā: non ſecūdo haberet cōceptū ſpeciei. Verū hęc talis ſecūda notitia, q̄ cōparatiua eſt nō facit actu vniuerſale, ſed prę ſuppoſita eius vniuerſalitate, & cōicabilitate, cognoſcēs illā rei proprietatē, tribuit ei nomē ſpeciei. Et quia contingit ſæpe, res nominare nomine conceptuū (ſicut ſtatuā vocamus artē:) ſic res vocantur intentiones Sic vt intentio dupliciter accipiatur, vno modo pro conceptu formali: alio modo obiectiue, & ſic in præſentiarum.

Quid prima intentio. ¶ prima ergo intentio eſt id, quod primo de re concipitur: ſine reſpectu ad intellectum. Secūda intētio eſt, quod ſecūdo cōcipitur d̄ re, per opationē intellectus, Ex iſtis ſequitur qđ tā prima intētio, quā ſecūda (ſi formaliter accipiātur) ſunt entia realia: ſi vero obiectiue, prima intentio eſt ens reale, ſecūda rationis. Et ~~ſic~~ prima nō eſt relatio, ſecūda tamē eſt relatio rationis: qa p opationē intellectus ſolum. Quæ relatio nō eſt, q̄ vniuerſale vel illa ſecūda intētio, ad intellectū, refertur: ſed quia ad ſua inferiora, & de quibus prędicatur refertur. Et ~~ſic~~ licet ſecūda intētio ſit ens rationis, & vocetur ens diminutū: nō tn̄ eſt fictitiū, vt Chymera, Nā nō eſt ens rationis ſicut pura negatio, q̄ nullū prorſus habet fundamentū in re correſpondentē. Nec eſt tantū, ſicut priuatio, q̄ licet ſit ens rationis, habet fundamentū remotū animal, & ꝓpinquū aptitudinē ad ~~videndū~~ actum. Sed tn̄ relatio, ſeu vniuerſalitas, q̄ eſt relatio rationis, habet in re fundamentū remotū. ſ. naturā denominatā ſpeciei, vel generis, & fundamētum ꝓximū, eſt cognitio: qa p ītellectū abſtrahitur Quorū abſtractorū nō eſt mendatiū. (vt ſolet dici,) abſtrahētiū n. non eſt mendatium.

1. Cōcluſio ad q̄ſtionem. ¶ Ad quęſtionem ergo reſpondetur p duas concluſiones: quarum prima. Nomē ſecūdæ intentionis vniuerſalis, nō ſupponit pro ſingulari in quo eſt natura: ſed pro ſola natura ſic abſtracta, cui conuenit illa intētio. Quod probatur: de hoc nomine ſpecies. Nō enim ſupponit pro Petro, aut Ioanne: ſed pro homine in vniuerſali. Quod ex dialecticorum regula conſtat, talia ſunt ſubiecta: qualia permittūtur ab eorum prędicatis. Nomē enim ſecundę intētionis, poſitū a parte prędicati: ꝓpriū appellat cōceptū, ſupra ſubiectū. Vt in hac, hō eſt ſpecies: facit prędicatū, vt ſubiectū ſupponat ꝓ hōie, nō quomodocūq; ſed in quantum concipitur illo vniuerſali cōceptu homo. Et ſic res quę eſt homo, eſt ſpecies in quantum obiicitur huic conceptui homo

per quem abſtrahitur a ſingularibus. Et ſic facit, vt ly homo: ſupponat ſuppoſitione, non perſonali, ſed ſimplici, pro natura (vt nos diximus) quando de ſuppoſitionibus loquti ſumus. Patet ~~in hac~~, Petrus eſt ſpecies, eſt falſa, & hæc, homo eſt ſpecies eſt vera. Cauſa eſt, quia ly ſpecies nomen ſecundę intentionis, non ſupponit pro re in qua eſt natura, nam alias, tam vera eſſet hæc, Petrus ē ſpecies, ſicut iſta: homo eſt ſpecies: ſed iſta ſecunda conceditur vt vera, ~~ergo~~. Ratio eſt quia in iſta homo eſt ſpecies, ly ſpecies, ſupponit pro illa natura vniuerſali ſic conſiderata, & per intellectũ abſtracta.

nam hec

2. Cõcluſio. ¶ Secunda concluſio, ſicut nomen ſecundę intentionis, ſpeciei, vel generis, non ſuppõit pro indiuiduo, ſed pro natura cuius eſt intẽtio: ſic nomen ſecundę intẽtionis indiuidui, non ſupponit pro ſpecie, vel pro genere. Probatur, hęc eſt falſa, homo eſt indiuiduũ: & non ob aliud, niſi quia indiuiduum nõ ſignificat ſpeciem, neq; genus: ergo ſequitur quod nomen indiuidui, ſolum ſupponit pro indiuiduo, & non pro ſpecie, vel genere. Et ſic manet ſoluta q̃ſtio, videlicet. Quod nomina ſecundę intentionis, ſolum ſupponãt pro illa natura abſtracta, per operationem intellectus agentis, abſtrahentis a conditionibus indiuiduantibus.

Solutio. q̃ſtio.

ad argumẽtũ ¶ Ad argumẽtũ in cõtrarium, qñ dicebatur quia vniuerſalia, nil aliud ſunt q̃ ipſa ſingularia, quia idem realiter, &c. Licet ratione diſtinguantur, concedimus ita eſſe, ſed non ſequitur, ergo, intẽtio pro illis ſuppõit. Quia intentio eſt cauſata per operationẽ intellectus abſtrahentis, & licet in veritate ipſa natura non ſit, niſi in ſingulari: tñ quia intentio ad ipſam naturã terminatur ~~ſic~~ conſideratã prout abſtracta, in qua abſtractione habet rationem vniuerſalis: ob id ſolum intentio ſupponit pro tali natura, & non pro ſingulari, in quo eſt ipſa natura.

Replicatur. ¶ Sed poſſet quis cõtra ſolutionẽ inſurgere hoc nõ poſſe ſtare. Nã cũ (vt dictũ ẽ ſupra) natura ipſa ſit idẽ realiter cum ſingulari, quo modo poteſt ĩ veritate fieri talis abſtractio? & ſi fieri non poteſt, cum natura nõ p ſe reperiatur: ſequitur ſecundã intentionẽ, ſolum pro re ſingulari ſupponere. Pro ſolutione.

Notandum. ¶ Notandũ, quod (vt dicit. ſ. Tho, 1. p. Q. 85 ar. 1. ad primũ) abſtrahere contingit dupliciter, vno mõ p modũ cõpoſitiõis aut diuiſiõis & iſto modo abſtrahere rẽ ab aliquo, a quo ſepata non eſt, non contingit ſine falſitate: vt ſi quis abſtraheret riſibilitatem ab homine. Alio modo contingit abſtrahere per modũ ſimplicitatis, ſicut quando intelligimus vnũ in aliqua re, non conſiderando aliam rẽ. Vt ſi albedinem in lacte, non conſiderando dulcedinem, fieret talis abſtractio. Vel conſiderando riſibile in homine, nihil de rationali conſiderando. Et ſic ſolet fieri abſtractio, & de iſtis dicitur, abſtrahentium non eſt mendatium. Poteſt enim intellectus per vim ſuã illa quæ ſeparata non ſunt: diſtinguere, & ſeparare: vnam intelligendo, ſine alia. Et ſic intellectus abſtrahit vniuerſale a ſingularibus, & naturam ſpecificã a ſuis indiuiduis, & genericã ab ſpeciebus, & ſic fit abſtractio Et ibidẽ. ſ. Tho, & in opus. 55. Et quidem iſta abſtractio, cuius non datur mendatium, fit penes hoc, quod intellectus cõparat illã nã; ſic abſtractã a conditionibus indiuiduãtib9, ad ipſa ſingularia. Ex iſtis ergo ſoluitur argumentũ, nã licet verum ſit naturã ipſam, non reperiri niſi in ſingularibus, intentio tamen non ſupponit pro ſingularibus: ſed pro natura ipſa ~~ſic~~ abſtracta ab intellectu, ſine aliquo mendatio in hoc quod illam naturam ſic cõſideratam abſolute, ſine aliqua conditione indiuiduante, comparat intellectus ad ſingularia ipſa, quę talem participant naturam. Et quia licet re non differant, ſed ratione. Sufficit talis differentia, & diſtinctio, ad hoc quod intellectus poſsit naturam ipſam ~~ſic~~ denudatam conſiderare.

Duplex abſtractio.

Nota. ¶ Hic obiter notandum erit. (vt bene notat magiſter Soto in iſta quæſtione, & Ayala in ſuis prædicabilibus, in prima q̃ſtione de exiſtentia vniuerſalium) quendam male intellexiſſe. ſ. Tho, putãtem eum dicere. illam naturam fieri vniuerſalem, ſine comparatione intellectus ad ſingularia, ſed (vt dicit Ayala) a veritate Thomę, toto Cælo deuiauit, cum ipſe in locis citatis dicat, qđ ſpecies nõ eſt vniuerſalis, quia eſt in anima: ~~ſed~~ ex hoc, quod comparatur ad multa ſingularia.

¶ Sed, pro complemento materiæ de vniuerſalibus, oportet notare modum loquendi in iſtis: & ſimiliter aduertere quomodo ſit verum, ſolum ratione diſtingui vniuerſalia,

uerſalia, ab ipſis ſingularibus in quibus
ſunt:& quid antiqui ſenſerunt de ipſis vni-
uerſalibus,

Dupliciter contingit loqui de vniuerſalibus.

¶ Quantum ad primum, de vniuerſalibus
cōtingit dupliciter loqui: vno modo per no
mina primę intētionis, alio modo per nomi-
na ſecundę intentionis. Primo modo enun-
tiando concretū de concreto, aut abſtractū
de abſtracto, aut abſtractum de cōcreto. Pri
mo modo, vt homo eſt animal. homo eſt ra
tionalis. Et ſic notum eſt, has prędicationes
eſſe veras formaliter quia quidditatiue vnū
de alio. Secundo modo contingit ſic; huma
nitas eſt animalitas, humanitas eſt rationali
tas. Vtrum iſtę veniāt concedēdę? Nam rea
les omnes concedunt eas veras prędicatiōes
ſicut qn̄ concretum de concreto, ſic: quādo
abſtractum de abſtracto. Doctor ſub. tn̄ ne
gat eſſe veram prędicationem, in. 1. ſen. d. 2
Q. 7. &. d. 5. q. 1. Et ratio eius eſt, quia ponit
inter illa formalem diſtinctionem, de qua
inferius.

¶ Tertio prędicatur abſtractū de cōcreto,
vt homo eſt hūanitas. Et hanc oēs reales di-
cunt eſſe falſam. Quā negant, nō quia diſtin
guatur eſſentia hōis, ab ipſo cuius eſt: ſed ꝓ-
pter diuerſum modū ſignificandi termino-
rū, quia abſtractū ſignificat p modū formæ,
& ſic per modum partis & concretū, ſeu de
nominatū, per modū habentis formā, & ſic
per modū totius. Et ob id potius cōceditur
hō habet humanitatē, ꝙ homo eſt hūanitas.
Et ſic ait Ariſto, 2. de aīa. tex, 64. hūanitas
non net, aut ambulat: ſed hō. Sic antiqui oēs
diſtinctionē realem ponebant inter hominē
& humanitatē, Quia aliq̄d includitur in ſup
poſito, quod non eſt de eſſentia naturę, vel
ſpeciei: q̄ per diffinitionem declaratur.

s. tho. p. p. q. 3 ar. 3 cor

¶ Quando vero vniuerſalia, nominibus ſe-
cundę intentionis nominātur iam (dictū ē)
in quęſtione pręcedenti, vt quando dicitur,
homo eſt ſpecies, animal eſt genus, Petr9 eſt
indiuiduum. Reſtat dicere, de diſtinctione
reali, & rationis.

Quomō aliq̄ diſtinguntur realiter.

¶ Pro nunc, alibi forte latius. Diſtinguntur
aliqua realiter, qn̄ ſe habent, ſicut res, & res,
& vnum non eſt aliud, ſecluſa omni opatio-
ne intellectus: ſicut accidēs, & ſubiectū. & pe
trus & Ioannes. Alia diſtinguntur ratione,
& ſunt illa: q̄ ſunt idem in veritate, ſed tamē
ſecundum operationem intellectus, fit diſ-
tinctio, & abſtractio vnius: ab alio. Vt vni-
uerſale diſtinguitur, a ſingulari in quo eſt.
(Vt dictum eſt) naturam humanam diſtin-
gui per operationem intellectus, a Petro in
quo eſt. Nō diſtinguitur ſicut res, & res, ſi-
cut in homine animalitas, & rationalitas: ſo
lum ratione diſtingūtur, & Petrus dormiēs,
diſtinguitur a ſe ipſo, quando diſputat: per
ſolam operationem intellectus. Omnes anti
qui fuerunt contenti hac duplici diſtinctio-
ne. ſ. reali, & rationis.

Diſtinctio formalis.

¶ Doctor ſubtilis, ſuo ingenio adinuenit a-
liam diſtinctionem mediam inter has duas,
quam vocat formalem, minorē quidē reali,
ſed maiorem quam ſit rationis: in loco cita-
to, & in. d. 8. Q. 4. loquens de attributis di-
uinis, dicit. Illa diſtinguntur formaliter, quæ
licet ſint vna res: aliquid tamen eſt de eſſen
tia & diffinitione quidditatiua vnius, quod
non eſt de eſſentia alterius. Et ſic ad propo-
ſitum dicit, humanitas eſt eadem res q̄ ani-
malitas, ſed quia in diffinitione humanitatis
includitur rationalitas, quę non includitur
in diffinitione animalitatis: humanitas, &
animalitas diſtinguntur formaliter.

¶ Ob id dicit hanc eſſe falſam, hūanitas eſt
animalitas, licet hæc ſit vera, humanitas eſt
res, quæ eſt animalitas. Verum. ſ. Tho. & alii
ſolum ponunt rationis diſtinctionem, inter
humanitatē, animalitatem, & rationalitatē.
Et licet opinio Scoti poſsit defendi, & habe
at ſuam probabilitatem: tamen videtur eſſe
contra intentionem Ariſto, qui ponit ſolum
rerum duas diſtinctiones. ſ. realem, & ratio
nis. 5 meta, co. 14. & li. 6. tex. 6. Cum ergo
diſtinctio ſequatur rerum naturam, & non
detur niſi ens reale, & ens rationis: nec eſt
neceſſarium ponere diſtinctionem, vltra
realem & rationis. Sed de hoc alias.

Quid antiq̄ de vniuerſalibus.

¶ Sequitur quid antiqui ſenſerit de iſtis vni
uerſalibus. Comentator Auerrois, vltra illa
quæ ſupra allegata ſunt. In li. periherme. co.
4. ſuper illa Ariſto. verba, rerum: alię ſunt
vniuerſales. Ait, Intentiones ſunt duobus
modis, aut vniuerſales, aut particulares.
Vniuerſalis diffinitionem gloſat ſic: eſt in-
tentio, de cuius proprietate eſt, quod prędi-
cetur de pluribus. Vt animal, de homine &
de equo, Vbi conſtat, intentiones capi non
pro cōceptibus: ſed pro ipſis reb9 cognitis,
quod maxime fauet realibus.

Boetius

¶ Boetius grauiſsimus autor, ſimul & beatus, in editione.2. Perihermeli,2 ait. Omnis propoſitio, ſignificationis ſuę proprietatem, ex ſubiectis intellectis capit: ſed quoniam neceſſe eſt in intellectu rerum eſſe ſimilitudines, vis propoſitionũ per intellectũ ad res quoq; continuatur. Atq; ideo, cum aliquid affirmare vel negare cupimus, hoc ad intellectus, & conceptiones animęq; qualitatem refertur. Quod enim imaginatione intellectuq; cõcipimus, id in affirmatione, vel negatione ponentes: affirmamus vel negamus, hęc ille. Ex quibus coligere licet, quod in hac: homo eſt animal, cum ſubiicitur vniuerſale, ſubiectũ erit homo: ſecundum quod habet eſſe cognitum. Et ſic vniuerſale, erit conceptus obiectiuus. (Vt ſupra diximus) & poſt dicit, ex rebus intellectis, ſumiturq̃n titas propoſitionis, & ex placito, qualitas. Videmus enim alias eſſe in rebus huiusmodi qualitates, q̃ in aliã cõuenire nõ poſſunt: ſed in vnã particularẽ, ſingularẽq; ſubſtantiam. Alia eſt enim qualitas ſingularis, vt Platonis vel Socratis, alia eſt q̃ cõmunicata cũ pluribus, totã ſe ſingulis, & omnibus præbet, & ipſa humanitas eſt huiusmodi qualitas, q̃ ſingulis tota, & omnibus tota. Cum hoc ergo ita ſit, hõ dicitur vniuerſale, ipa vero Platonitas, particulare & infra, hõ eſt vniuerſale, hũanitas nãq; ex ſingulorũ hõium collecta nãturis, in vnã quodã mõ redigitur itelligẽtiã

theophraſtꝰ

¶ Theophraſtus Ariſto. diſcipulꝰ, vniuerſale vocat qđ de pluribus nãlitet p̃dicatur. Vt hõ. Nõ qđ poſitione, vt hoc nomẽ Alexãder de Troyano, & Macedoni filio Philipi p̃dicatur. Hoc.n poſitiõe de pluribꝰ dr̃, illud natura. Hæc ille, & hęc ſufficiãt de vniuerſalibꝰ

QVAESTIO. QVARTA DE ſubiecto prædicabilium.

Argumẽtũ.

QVęritur principaliter, qd ſit ſubiectũ huiꝰ libri p̃dicabiliũ vel vniuerſale, vel p̃dicabile? & videtur qđ nec hoc, neq; illud. Nõ vniuerſale, quia cuiuſlibet ꝓprię ſciẽtię ꝓpriũ ẽ ſubiectũ, ſed dialectica eſt ſciẽtia peculiaris, (vt ſupra dictũ eſt) ab aliis diſtincta, ergo eiꝰ ſubiectũ opꝫ ſit ꝑticulare, & diſtinctũ. Sed vniuerſale eſt qd cõe, in oĩbus ſciẽtiis realibꝰ: qa ſciẽtia nõ eſt de ſingularibus, ſed de vniuerſalibus, idẽ dicẽdum de p̃dicabili.

In cõtrariũ

¶ In cõtrarium eſt, quia vna ſciẽtia, ſolũ circa vnum obiectũ, vel vnum proprium ſubiectum: ſed hæc q̃ de iſtis quinq; vniuerſalibꝰ, vna eſt, ergo circa vnum obiectũ, & non videtur aliud niſi vniuerſale, cum ipſa.5. pręd icabilia, quinq; ſint vniuerſalia, & de ipſis dicat Porphyrius ſe tractaturum.

¶ Hæc q̃ſtio mota videtur vt fiat diſtinctio de vniuerſali, prout in dialectica: & de eo prout in aliis ſcientiis. Nã ſicut argumentũ a principio poſitum probat, vniuerſale eſt quod in aliis realibus ſcientiis conſideratur: cum ſcientia non niſi de incorruptibilibus, (vt ſunt vniuerſalia). Pro quo notandũ, vniuerſale ſumi tripliciter, vno modo pro ſubſtracto, alio modo pro pſe ſignificato, ideſt pro vniuerſalitate, & tertio modo ſumitur, pro aggregato ex vtroq;. Licet imꝓprie hoc ſit, non enim album, dicit aggregatũ ex Petro & albedine: quod eſt ens per accidens. Sic nec proprie vniuerſale capitur, pro aggregato ex natura, & vniuerſalitate: imo nec ſecũdo modo accipitur proprie vniuerſale, ſ. pro vniuerſalitate: quia albedo nõ eſt albũ ſed albi forma. Ita ſecunda intentio obiectiua nõ eſt vniuerſale, ſed vniuerſalitas: ob id ſi proprie loq̃ndum eſt, vniuerſale dupliciter accipitur, vno modo pro natura abſolute, quod eſt pro ſubſtracto, alio modo, pro ipſa natura in quantum eſt conceptus obiectiuus, vel in quantum ſic cognita.

Tripliciter ſumitur vniuerſale.

¶ Natura dr̃ ſubſtractũ, quia ſubſternitur ſecũdę intẽtiõi, & ab ea denominatur. Et intẽtio dr̃ per ſe ſignificatum, quia quod concretum per ſe ſignificat, forma eſt.

¶ Subſtractũ multis modis nomĩatur, aliq̃n ſꝫ p formã. Hũanitas, aĩalitas. Aliq̃n quidditas: eſſentia: nã. Aliq̃n ratio hõis, ratio aĩalis. Quod eſt id, quod importat diffinitio.

Ad q̃ſtionẽ. 1. concluſio.

¶ Ad q̃ſtionẽ. 1. cõ. dialectica tractat de vniuerſalibus ꝓ quãto ſubſtat ſecũdis intẽtionibus: hoc eſt, ſic tractat de vniuerſalibꝰ, vt nõ ſecundũ abſolutã cõſiderationẽ, ſed ſecũdũ qđ cõueniũt eſſe vniuerſalia, ꝑ opationẽ intellectꝰ. abſtrahẽdo a ſingularibꝰ. Probatur ſic, nam dialecticus conſiderat de hõie ſicut etiam phiſicus: ſed tñ non conſiderat de eo

quia

quia conſtat ex materia & forma, neq̃ quia propria eius paſsio ſit eſſe riſibilem, vel diſplinę capacē: ſed ſolum per hoc, quod natura eius eſt ſpecies quędam, quę communicatur indiuiduis ęqualiter. Nec tractat de homine, quatenus aptus ad virtutē. Sicut moralis philoſophus. Similiter conſiderat dialecticus de animali, non inquãtum hanc, vel illam habet animã, quę educibilis eſt de potentia materię, vel non educibilis, quia hoc ad naturalem, ſed pro quanto habet naturã genericam, quã plures participant ſpecies. Ex quo ſequitur, quod ad dialecticũ expectat de iſtis vniuerſalibus conſiderare, nõ abſolute: ſed pro quanto ſubſtant ſecundis intentionibus.

2. Cõcluſio. ¶2. Cõcluſio. Subiectum huius libri p̃dicabilium, eſt vniuerſale, habens rationē cõmunem genericã, ad quinq̃ p̃dicabilia. Nã illud eſt ſubiectum alicuius libri, quod principaliter tractatur in eo, & ad quod omnia quę ibi conſiderantur, reducuntur, & ſub ratione illius conſiderantur. Sed ſic eſt quod quinq̃ prædicabilia, habent ordinem ad ly vniuerſale, tanq̃ ad genus: & omnia conſiderata in eis, ſub ratione vniuerſalis conſiderãtur, [redacted]. Nec obſtat quod aliqui negent vniuerſale eſſe genus, & vocēt analogum reſpectu quinq̃ prędicabilium, quia per prius dicitur de genere: q̃ de differentia. Sed tamen poteſt dici genus.

Corolariũ. ¶Sequitur ex dictis, quod ſubiectum huius libri, eſt inferius ad ſubiectũ dialecticæ abſolute. Nã ſubiectum in dialectica eſt ens rationis, modo vniuerſale, inferius ad ens rationis. Nam ſequitur. Eſt vniuerſale, ergo ens rationis. Non tamen valet econtra, eſt ens rationis: ergo vniuerſale: cũ multa ſint entia rationis, q̃ non ſunt vniuerſalia.

3. Cõcluſio. ¶3. Cõcluſio, licet vniuerſale & p̃dicabile cõuertuntur ſicut ſubiectũ & ꝓpria paſsio, (p̃dicabile. n. eſt propria paſsio vniuerſalis) non tñ proprie ſubiectũ huius libri dicetur p̃dicabile. Nã illud ꝓprie eſt ſubiectũ, de quo demõſtratur propria paſsio, ſicut ſciētię de hõie ſubiectũ eſt hõ, & nõ riſibile, de quo riſibile ꝓbatur. Sed de vniuerſali ꝓbatur propria paſsio. ſ. eſſe p̃dicabile, & nõ ecõtra de p̃dicabili, vniuerſale. ergo vniuerſale eſt ſubiectũ, & nõ p̃dicabile. Licet nominales perſiſtentes in ſuis nominibus, differentiã non ponant inter vniuerſale, & prędicabile. Et [redacted] dicunt eſſe ſubiectum vniuerſale, & præcabile. Verum ſā[redacted] eſt loqui, & ſentire. (vt loquti ſumus de vniuerſalibus) ad mētē realium, in quibus fuit ſapientia, & maxime fuerunt in Ariſtotele verſati. sanctiꝰ.

Ad argumētum. ¶Ad argumētũ in cõtrarium. qñ dicitis. Aliæ ſcientię ſunt de vniuerſalibus: ergo hæc non peculiariter habet pro ſubiecto vniuerſale. Solutio eſt, concedendo verum eſſe ſciētiã realē de vniuerſalibus, ſed tñ de vniuerſalibus abſolute: & non prout ſubſtant ſecũdis intentionibus. Nam ſi phiſicus de hõie tractat, de ſuis proprieratibus: non prout nomine ſpeciei, vel generis ſignificatur. ſed nomine primę intentionis. Et ſimili modo, in omni ſcientia dicendũ. Sed dialecticus [redacted] tractat de homine vniuerſali: prout nomine ſecundę intentionis ſignificatur. Prout operatione intellectus eſt [redacted] cognitus eſſe quãdam ſpecificã naturam: communem omnibus hõibus. Et ſic patet ſolutio argumenti.

CAPITV. PRIMVM.

De genere.

VIdetur itaq̃ neq̃ genus, neq̃ ſpecies dici ſimpliciter. Dicitur enim genus & aliquorum hõium aggregatio, qui quidē ad vnã quippiã, & inter ſe habēt reſpectum. Qua ſignificatione, heraclidarũ dicitur genus: quod quidē ex reſpectu, qui ē ab vno (ideſt ab Hercule), & multitudine eorũ qui inter ſe eã habent coniunctiõē: q̃ ab illo profluxit: ſic eſt nuncupatũ, vt ab aliis generibus ſit ſeiunctum.

¶Dicitur & alio modo genus, vnius cuiuſq̃ principiũ ortus: tã ab eo qui genuit, quã a loco, in quo eſt quiſpiam ortus. Sic enim Oreſtē, a Tantalo, hylum autē ab Hercule, dicimus genus habere & rurſus pindarum quidem Thebanũ genere, Platonem autem Athenienſem dicimus eſſe. Patria namq̃, principium eſt generatiõis cuiuſq̃, perinde ac pater.

Hoc autem ſignificatum, vſurpatius eſſe videtur. Heraclide namq́ꝫ dicunt qui genere deſcēdūt ab Hercule. Et cecropide a cecrope, & horum quoq́ꝫ propinq. Atq́ꝫ prius ſane genus generis cuiuſq́ꝫ principiū dicitur. Poſtea vero multitudo eorū, qui ab vno principio, ceu Hercule profluxerūt. Quod quidē a ceteris ſeiungentes ac ſeparantes totum aggregatū Heraclidarum diximus genus.

Cecrops rex Athenarum

¶ Alio modo dicitur genus, id: ſub quo ſpecies collocant: accepta fortaſsis ſimilitudine a prioribus vocabuli eius ſignificatis. Nam & principiū quodā, eorum q̄ ſub ſe habet: genus tale eſt. Et preterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam .ſ. infra ſe ſe continet.

Tex. 2.

¶ His igitur tribus modis dicitur genus De tertio vero genere, philoſophorum eſt ſermo: quod & deſcribētes, ſic aſsignarūt. Genus id eſſe dicentes, quod de pluribus differētib⁹ ſpecie, hoc ipſo quid eſt: p̄dicatur. Vt animal. Eorū enim q̄ de pluribus p̄dicantur, alia de vno ſolo dicuntur: vt indiuidua, veluti Socrates, & iſte, & iſtud: alia de pluribus prædicātur, vt genera, ſpecies, differētię, propria & accidētia cōiter. Sed non cuiq́ꝫ ꝓprie. Atq́ꝫ genus eſt, (exempli cauſa) animal, ſpecies, homo, differētia, ratiōale, ꝓpriū riſibile, accidens album, nigrum, ſedere

¶ Genus igitur ab hiſce quidē. Que de vno ſolo dicūtur hoc ſane differ, qd' ipm̄ de pluribus predicatur. Ab his autē q̄ de pluribus predicātur, hiſce differre videtur. Ab ſpecie quidē, quod ſpecies & ſi d̄ plurib⁹ p̄dicatur, nō tn̄ de plurib⁹ ſpē: ſed de plurib⁹ differētibus numero p̄dicatur: hō nāq́ꝫ eſt ſpēs, de Socrate, & platōe dr̄, q nō ſpecie, ſed numero differūt At aial qd' eſt gen⁹, de boue, equo: atq́ꝫ hōie p̄dicatur q̄ ſpecie nō autē numero ſolo, differūt. A proprio vero, qd' propriū qdem de vna ſpecie cuius eſt propriū, & de indiuiduis hiſce, q̄ ſunt ſub illa ſpecie p̄dicatur, vt riſibile, de hōie ſolo, & de ſingulis hōibus dr̄. Genus autē nō de vna ſpecie, ſed de pluribus differētibus p̄dicatur. A differentia quoq́ꝫ communibus q́ꝫ accidentibus genus differt, etenim differentię, cōia q́ꝫ accidētia, quāq́ꝫ de pluribus: ac differētibus ſpē dicuntur, nō tn̄ ita: vt quid ſit quidq́ꝫ, ſed vt q̄le quidq́ꝫ ſit innuat, dicuntur. Rogātib⁹ enim qd nā illud ſit, d̄ quo hęc dicūtur, genus reſpondemus, differētias: & accidētia nō reſpōdemus: non enim de ſubiectis illa in quid: ſed magis in quale quid dicūtur. Interrogāti nāq́ꝫ quale quid eſt hō, rationale dicimus. Et q̄le quid ē coruus, nigrū dicimus. Quorū quidē rationale eſt differētia. Nigrū autē accidens: ſed cū qd eſt hō interrogamur aial reſpōdemus: qd' quidē hōis genus eſt.

¶ Genus igitur, quod de pluribus quidē p̄dicatur. ab indiuiduis q̄ de vno ſolo dicuntur differt: quod vero de pluribus p̄dicatur ſpē differētib⁹, ab his q̄ vt ſpēs ꝓpria ve dicūtur differt. Deniq́ꝫ qd' qd qdq́ꝫ ſit, dicit, a differētib⁹ vulgoq́ꝫ accidētib⁹ differt: quorū vnū quodq́ꝫ, non qd ſit: ſed q̄le ſit, quomō ve id quo dicitur habeat dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu, plus minus ve: memorata generis deſcriptio habet. Breuiter in quo gen⁹ ab alijs differat

QVAESTIO VNICA DE GENERE.

Relicta textus declaratione ipſe enim ſatis clar⁹ eſt. Quæritur vtrum generis diffinitio, ſit bona? Et videtur quod non, quia diffinitio generis eſt, qd' predicatur de ſuis ſpeciebus, in eo quod qd quidditatiue, ſed genus non predicatur quidditatiue de ſuis ſpeciebus, ergo. patet. Quia genus eſt pars ſpeciei, cū ſpēs cōſtet ex genere, & differētia, ſed nūq́ꝫ pars p̄dicatur d̄ ſuo toto: ergo genus nō p̄dicatur de ſpeciebus. 1. argumētū.

2. ¶De aliquo verificatur diffinitum, de quo non diffinitio: ergo illa non eſt bona generis diffinitio. Probatur, quia diffinitum de ſecunda intentione verificatur, quia liber iſte eſt de ſecundis intentionibus, quia ſecunda intentio diffinitur, ſeu ens rationis, & tamen diffinitio non conuenit ſecundis intentionibus, ſed naturæ ſubſtractę tali intentioni, nam animal prædicatur de ſpeciebus, homo eſt animal, equus eſt animal, & nõ genereitas, vt dicamus, homo eſt genereitas. Vel animalitas ergo.

¶In contrarium eſt autoritas porphyrii, & omnium dialecticorum.

Diuerſę opiniones. ¶Circa ſolutionem q̃ſtionis ſunt varię opiniones, Nominales enim facile ſe expediũt, dicẽtes ibi diffinitum propinquum eſſe illud nomen genus, quod eſt commune ad hæc nomina, animal, color. &c. Quæ ſunt genera. Et ſic, ipſa ſunt diffinita remota. Sed licet primum ſit verum, non tamen concedẽdũ illa eſſe genera, animal color. &c. Sed nomina generica, q̃ritur ergo q̃ diffinitum principale, in illa diffinitione. ~~Et ſic~~, vtrũ diffinitũ ſit natura pro ſubſtracto? an ſecunda intẽtio quæ eſt principale ſignificatũ? an aggregatũ ex vtroq;? Quidã putant eſſe opiniones varias, Scoti, &. ſ. Tho. ſicut refert magiſter Ayala, in ſuis prędicabilibus, Q. 3. principali. Et ſic dicit de mente Scoti, hic diffiniri ſecũdas intentiones. Et ſecundũ doctorẽ. S. diffiniri conceptũ obiectiuũ pro ſubſtracto. Et nimis prolixe a fundamentis recitat opiniones, & dicit vnũ: neſcio an verum. Sequitur quẽdã thomiſtam a vero tramite. ſ. Tho. deuiaſſe. qui in ſecũdis intẽtionib⁹ & in his vniuerſalibus, parẽ facit Thomã, cũ Scoto. Hęc ille. Profecto licet non ſint omnino in omnibus ęquales, Scotus &. ſ. Tho. in ſententia vniuerſalium, in hac q̃ſtione, quid hic diffiniatur, an natura ipſa, vel conceptus obiectiuus, vel ſecunda intentio? non videntur varie ſenſiſſe doctor. S. & ſubtilis: (vt affirmat magiſter Soto in ſuis p̃dicabilibus q̃ſtione vnica de genere) cuius ſententiã paucis hic aſcribã. Ad q̃ſtionẽ enim ponit duas cõcluſiones reſponſiuas.

1. Cõcluſio. ¶Prima cõcluſio, diffinitũ formale & principale huius diffinitionis, eſt ſecũda intẽtio (neq; de hoc inter reales eſt aliq̃ differẽtia). Probatur ſic, Diffinitio, ſicut & ſciẽtia, nõ eſt de aliquo ſingulari vel particulari: ergo non diffinitur hic. hoc aut illud genus, puta animal, aut color, ſed genus in cõi: ſed nihil eſt cõe omnibus generibus diuerſorũ p̃dicamẽtorum, niſi ſecunda generis intentio, ergo illa eſt quæ diffinitur.

¶Secundo ſic, q̃n nomẽ accidentis in concreto diffinitur. ſignificatũ formale ibi diffinitur, ratione cuius diffinitio conuenit ſignificato materiali: (vt dicendo) albũ eſt diſgregatiuũ viſus. Diffinitur hic albedo, ratione cuius niui conuenit, ſed genus eſt nomẽ cõnotatiuũ: ergo ibi diffinitur ſecũda intentio, q̃ eſt ſignificatũ formale, ratione cui⁹ cõuenit naturis de pluribus p̃dicari, in quantũ per intellectum abſtrahitur a naturis ſpecierum, quæ eſt generis intentio.

¶2. cõcluſio, neq; genus, neq; eius diffinitio vllo modo accipiũtur aut ſupponũt, pro ſecũda intẽtione. Probatur. Nã q̃n albũ diffinitur, eſſe diſgregatiuũ viſus: licet illic diffiniatur albedo, nõ tñ diffinitur tãq; id quod diſgregat: ſed tanq; ratio diſgregãdi. Sic, dato in generis diffinitione: ſecũda intẽtio diffiniatur: nõ tñ tanq; id qđ p̃dicatur, ſed tanq; ratio q̃ genera p̃dicantur, in quãtũ ꝑ intellectũ ſunt abſtracta, velut cõia ſpeciebus, de quibus dicũtur talia genera. Ob id nõ ſupponit diffinitio pro illa ſecũda intẽtiõe: ſed denominatiue ſupponit, ꝓ re ipſa pro qua ſupponit gen⁹. Vt, ꝓ animali, & ꝓ colore. Sicut diffinitio albi, denominatiue pro niue ſupponit, q̃ ratione albedinis viſum diſgregat. Et non intelligere hoc, facit opinionẽ realiũ in intelligibilẽ, & Scotus nõ dicit quod ſecũda intẽtio p̃dicetur de pluribus, differẽtib⁹ ſpecie, vt patet in ſuis vniuerſalibus. Q. 14. Sed quia illic dicit, diffinitione generis, diffiniri ſecundã intentionẽ, intullerunt qđ genus & eius diffinitio. ſuppõit, ꝓ ſecunda intẽtione. Itaq; intelligẽdum eſt, ſecundã intẽtionẽ diffiniri: id eſt diffinitur res in quantũ ſubſtat ſecundę intẽtioni, & hoc eſt dicere, licet ſecunda intẽtio diffiniatur, nõ tñ p̃dicatur ſecunda intẽtio principaliter, ſed res ipſa. Et hęc eſt doctrina Scoti &. ſ. Tho. in de ente, & eſſentia, quãuis magiſter Ayala (vt diximus) putet inter Scotum &. ſ. Tho. eſſe differẽtiã. Et ſi quis vellet clarius ad q̃ſtionẽ reſpõdere poſſet dicere, ibi rẽ diffiniri. ſ. animal & colorẽ, & cętera, q̃ genera ſunt, non

[Right margin notes: 2. C õcluſio. — Doc. ſubti. male intellectus. — cap. 4.]

tamē abſolute, quia ~~reales~~ res ſunt: ſed ꝓut ſunt cōceptus obiectiui, vel prout ſunt ſic intel lectę tales naturę, vt ꝑdicabiles de pluribus ſpecie differētibus. Et quia ſub hac ratione diffiniuntur, dicũt ſecũdę intētiões diffiniri

Pro ſolutione argumentorum. 1. Nota. ¶ Pro ſolutione primi argumenti, vbi dicitur genus eſſe ſpeciei partem: eſt notandũ duplicem eſſe abſtractionem. Quædam eſt qua vniuerſale abſtrahitur a ſuis inferioribus, vt hominis natura abſtrahitur a ſingularibus. Alia eſt abſtractio qua forma ab illo cuius eſt, vt humanitas ab homine, & albedo ab albo. Prima dicitur abſtractio vniuer ſalis, & ſecunda formalis. Et ~~ſic~~ natura generis poteſt accipi in cōcreto, vel in abſtracto. Secũdo modo, neqꝫ genus eſt, neqꝫ ſpecies. Quia de ſuppoſito non prædicatur, nã hæc eſt falſa, homo eſt humanitas. Humanitas enim ſpecies non eſt, ſed eſt principium, ſeu forma, qua homo ſpecies eſt.

2. ¶ Etiam notandum, quod animal in cōcreto capitur, cum pręciſione omnium aliorũ, ideſt vt naturam ſenſitiuam ſignificat abſtractam a rationalitate, & iſto modo intelligitur, quod nec genus eſt de eſſentia differētiæ, neqꝫ differentia eſt de eſſentia generis. Et ſic Ariſto. 4. topi c. 2. ait. Differentia nõ participat genus. Et ſic non prædicatur de homine, quia ſe habet ſicut pars illius, cum in homine ſit aliud vltra ſenſitiuum.

¶ Alio modo capitur animal in concreto, vt ſignificat naturam ſenſitiuam, nihil preſcindendo, ſed in confuſo: vt tandē omnem naturam ſenſitiuam importet, quæ in homine eſt humanitas, & in equo equinitas, & in aſino aſininitas. Et iſto modo eſt genus, & prædicatur de ſibi ſubiectis ſpeciebus. Iſtis præſuppoſitis.

Ad. 1. argu. ¶ Negamus quod genus ſit pars ſpeciei, ſicut materia eſt pars compoſiti. ſed ideo dicitur pars, quia natura quam ſignificat. ſ. ſenſibilitas contrahitur per rationalitatē: & in confuſo genus ſignificat totum, quod eſt in ſpecie, & indiuiduo. Et ſic formaliter pręDicatur, & de ſpeciebus, & de indiuiduis contentis ſub ſpeciebus: & ~~ſic~~ non concludit argumentum. Nam animal non dicitur pars, ſed totum quodãmodo. Sed quia ſenſibile importatum in ly animal, contrahitur: dicitur ſe habere vt materia: ſed tamen ibi in cõfuſo eſt totũ quod eſt in ſpecie. Et ſic intelle

Vide egidium q'lib. 3. q. 19.

xit Ariſto. quando dixit, in genere latent ęquocationes, quia ſpecies ſtant in confuſo in genere, & quia ipſę variæ ſunt, latent tales æquiuocationes. 2. Poſte. tex. co. 22.

¶ Solutio ad ſecundum conſtat ex concluſionibus ad quæſtionem. Nam licet ibi ſecunda intentio diffiniatur, non tamen ſic diffinitio ſupponit pro ſecundis intentionibus, ſed ſupponit pro naturis ipſis quæ prædicãtur, & illę ſunt q̃ diffiniuntur. Sed quia diffiniuntur non abſolute, ſed prout ſubſtãt ſecundis intētionibus, vel prout ſunt cõceptus obiectiui, dicitur quod ſecundæ intētiones ſint quæ diffiniuntur. Ad ſecũdum.

¶ De vniuerſali an genus dicatur ad quinqꝫ vniuerſalia, ſeu ad quinqꝫ prædicabilia, licet alii aliter ſentiant, poteſt dici genus eſſe Nã ſicut animal communem rationem dicit ad omnia animalia, & genus communem rationem ad omnia genera: ſic vniuerſale dicit vnam rationem communem ad vniuerſalia omnia ideſt ad quinqꝫ iſta prædicabilia. Quorũ ratio ē, in pluribus eſſe, & de pluribꝰ prædicari, abſtrahēdo ab hoc quod eſt eſſentialiter pręDicari, vel accidentaliter in quid, vel in quale. Et ſic huiꝰ generis genꝰ, ſpecies ſunt ſpecies, & proprium, &c. Uniuerſale ē ad quinqꝫ ꝑdicabilia genus.

CAPITVLVM. II.
De ſpecie.

Species autē dicitur quidem, & de vniꝰ cuiuſqꝫ forma: qua ſignificatiõe dici ſolet, præſtantiſsimã formam dignã eſſe Imperio. Dicitur autem & de eo, quod ſub aſsignato genere collocatur, qua ſignificatione, hominem quidem ſpeciē animalis dicere conſueuimus, quod quidem eſt geuus, album autem ſpeciem coloris: & triangulum figurę ſpeciem ſimili modo ſignificat. 1. Textus.

¶ Quod ſi genus aſsignantes, mentionem 2. Textus.


nem fecimus ſpeciei, genus id eſſe dicentes, quod de pluribus differentibus ſpecie, hoc ipſo quod eſt prędicatur: & nūc ipſum dicimus ſpeciem, quod ſub aſſignato genere collocatur, ſciendum eſt cū & genus alicuius ſit genus, & ſpecies alicuius ſit ſpecies, alterum alterius, vtrū ꝗ in vtriuſ ꝗ diffinitionibus adhibere neceſſe eſt.

3. Textus. ¶ Aſsignant igitur ſpeciem & hoc modo. Species eſt id quod ſubiicitur generi & de quo genus hoc ipſum quid eſt prędicatur. Inſuper hoc etiam pacto. Species eſt id quod de pluribus differentib9 numero, hoc ipſo quid eſt prædicatur. Verum hæc quidem aſsignatio ipſius erit infimę ſpeciei: & quę tantummodo ſpecies eſt. Cęterę vero & hiſce competent, quæ non infimę ſunt.

4. Textus. ¶ Atꝗ id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifeſtum: in vno quoꝗ prædicamento, ſunt quędam ſumma genera, & quędam infimę ſpecies: & inter hęc media quędam ſunt, quę genera, eadem ꝗ ſpecies dicuntur. Eſt autem id ſummū genus, ſupra quod nullum omnino genus tranſcendit. Infima vero ſpecies ea: ſub qua, nulla alia ſpecies collocatur. Et inter hęc ſummum inquam genus, ſpeciem ꝗ infimam, ſunt alia quæ genera ſunt, ſpecies ꝗ, non eiuſdem tamen: ſed diuerſorum reſpectu. Explicetur namꝗ id quod diximus, vno in prædicamēto dilucidum ꝗ fiat. Hoc pacto, Subſtātia eſt quędam & ipſa genus, vt patet: atꝗ ſub ipſa quidem eſt corpus, ſub corpore vero, eſt animatum corpus, ſub quo animal cadit. Sub quo rurſus animal particeps ratiōis eſt, ſub quo homo cadit: ſub hoc, Socrates, Plato, ſinguli ꝗ homines collocantur. Horum quidem ſubſtantia genus ſummum, maxime ꝗ patens eſt, ſolum ꝗ genus. Homo vero ſpecies ima, & ſpecies ſolum. Atꝗ corp9 ſpecies quidem eſt ſubſtantiæ, genus autem corporis animati: animatum vero corpus: ſpecies quidem eſt corporis, genus autē animalis. Rurſus, animal: ſpecies quidem eſt animati, genus autē animalis participis rationis. Homo vero ſpecies animalis participis rationis, genus autem hominum ſingulorum non eſt, ſed ſpecies ſolum. Atꝗ omnino id omne quod eſt ante indiuidua, & de ipſis ſine vllo medio prędicatur: ſpecies erit duntaxat & nullo modo generis rationem ſubibit. Vt igitur ſubſtātia quia ſupremum eſt, propterea quod nihil eſt ante ipſam: genus eſt ſummum: (vt diximus) ſic & homo, quia ſpecies eſt ſub qua nulla ſpecies prorſus. Neꝗ quicꝗ eorum quę diuidi in ſpecies poſſunt, ſed indiuiduorum. (Indiuiduum enim Socrates, & Plato atꝗ hoc album eſt), ſpecies erit profecto ſolum: ac vltima ſpecies, ſpecialiſsima ꝗ ſpecies, (vt dixim9) Media vero ſpecies eorum quidem erūt quæ ſunt ante ipſa, genera autem eorū, quæ ſub ipſa ſunt collocata.

ARBOR VNIVERSALIVM.

Genus.	Generaliſſimum.
Differētia.	Differētia.
Genus ſub alternū.	Speciesſub alterna.
Differētia.	Differētia.
Genus ſub alternum.	Speciesſub alterna.
Differētia.	Differētia.
Genus ſub alternum.	Speciesſub alterna.
Differētia.	Differētia.
Species.	Specialiſſima:



5. Textus. ¶ Quare hęc quidem duos habent reſ-
pectus, vnum ad ea quę antecedũt, quo
ſpecies: alterum ad ſequentia quo gene-
ra illorum eſſe dicuntur. Extrema vero
vnum habent duntaxat: ſummũ enim
genus, ad ea quidem quæ ſunt ſub ſe col
locata: reſpectum habet: eſt enim genꝰ
vt patet: ad ſuperiora vero, nullum pro
fecto habet: cum ſupremum ſit genus,
& vt principium primum, atꝗ (vt diximus)
id, ſupra quod nullum genus inue
niri poteſt. Ima quoꝗ ſpecies vnum ha-
bet reſpectũ, habet enim ad ſupera quo
rum ſpecies dicitur. Ad infera vero nõ
diuerſum habet, ſed indiuiduorum ſpe-
cies dicitur. Atꝗ indiuiduorum quidem
ſpecies dicitur, vt cõtinens ipſa, ſupiorũ
autem ſpecies appellatur, vt continetur
ab illis.

6. Textus. ¶ Difiniunt igitur genus ſummum ſic,
quod genus cum ſit: non ſit ſpecies. Et
rurſus: ſupra quod nullũ aliud omnino
genus trãſcendit. Speciem vero imam
hoc pacto, quæ ſpecies cum ſit: non eſt
genus. Et rurſus: quę ſpecies cum ſit, in
alias ſpecies diuidi nequit: & inſuper, q̃
de pluribus differentibus numero ipſo
quid eſt prędicatur. Media vero quę his
interiacent, alia aliorum alternis genera
ſpẽs ꝙ vocãt: atꝗ vnũquodꝗ ipſorum
ſpeciem eſſe: genus ꝙ ſtatuunt, non reſ-
pectu tamen eiuſdem: ſed diuerſorum.
Ea enim quę ante ſpeciem imã vſꝗ ad
ſummum genus aſcendunt, & ſpecies:
& genera alterius dicuntur. Vt Agame
nõ Atrides, & Pelopides, & Tantalides
atꝗ tandem Iouis filius. Verum in fa-
milijs quidem ad vnum velut iouẽ, ple-
runꝗ principium ipſum reducitur. In
generibus autem non ita res ſe ſe habet
Non enim ipſum ens omnium vnum
genus commune eſt. Nec vniuerſa ge-
neris eiuſdem ſupremo. ſ. in genere (vt
Ariſto. inquit) euadunt: ſed vt in prædi-
camẽtis prima genera decem quaſi prin
cipia prima de cẽ ponuntur. Et ſi. n. om-
nia quis entia vocauerit: ęquiuoce enim
& non vniuoce vocabit. Nam ſi ipſum
ens commune omnium genꝰ eſſet: vni
uoce vniuerſa profecto entia dicerẽtur.
Cum autem ſint decem prima cõmuni
catio nomine tantum aut vero ratione:
ad id nomen accomodata eſt.

¶ Genera igitur ſunt ſumma quidẽ de- 7. Textus.
cem, ſpecies autem imę numero quidẽ
ſunt aliquo: at non infinito. Indiuidua
vero quæ ſub imis collocantur ſunt in-
finita.

¶ Quapropter deſcendere à ſummis
vſꝗ ad ima Plato iubebat ibiꝗ ſtare.
Deſcendere vero per media differentijs
ſpecificis diuidentes: infinita autem omi
ttere: neꝗ enim cadere ſub ſcientia poſ
ſe. Cum igitur ad imas deſcendimꝰ ſpe
cies: tranſire per multitudinem diuidẽ
do neceſſe eſt: at cum ad ſumma aſcen-
dimus genera in vnum multitudinem
ipſam colligamꝰ oportet. Species enim
in vnam naturam multa cõgregat: ma
gis id etiam genus. Particularia vero ac
ſingularia vnum econtra in multa ſem
per diuidere videntur. Speciei commu- Vulgare porphyrij dictũ
nicatione homines complures homo v-
nus ſunt: at vnus atꝗ communis: ipſis
particularibus plures. Singulare namꝗ
diuiſiuum ſemper eſt: ipſum vero com
mune collectiuum: vnius ſuapte natura
efficax. Aſsignato vero genere ſpecieꝗ
quid nam vtrumꝗ ipſorum ſit cum ge
nus ſit vnum ſpecies vero plures (diui-
ſio namꝗ generis in ſpecies plures ſem
per eſt) genus quidem ſemper de ſpecie
prędicatur: omnia ꝙ omnino ſupera de
inferis ſemper dicuntur. Species vero
neꝗ

neq; de propinquo ſibi genere: neq; de vllo ſupero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus: vt hinibile de equo: aut maiora de minoribus: vt animal de homine prædicetur oportet. Non enim animal hominem eſſe dixeris; qualiter hominem animal eſſe dicas. Atq; de quibus ſpecies prędicatur: de his & ſpeciei genus, & genus: etiam generis vſq; ad ſummum genus neceſſario prædicatur. Nam ſi verũ eſt dicere, Platonem hominem: & hominẽ animal: & animal ſubſtantiam eſſe: verum & Platonem animal dicere: & ſubſtantiam. Cum enim ſupera ſemper de inferis prędicentur: ſpecies quidem de indiuiduo: genus autem de ſpecie & indiuiduo: ſummũ vero genus & de genere, vel de generibus: ſi plura media ſubalternaq; ſunt & de ſpecie atq; indiuiduo prædicabitur. Summũ enim de generibus atq; ſpeciebus ac indiuiduis omnibus prædicabitur: illud autem quod eſt ante imam ſpeciem genus de vniuerſis imis atq; indiuiduis dicitur. Ea vero quę eſt ſolum ſpecies de omnibus indiuiduis prædicatur: indiuiduum autem de vno ſolo particulari.

8. Textus. ¶ Indiuiduum autem dicitur Socrates: & hoc album, atq; hic accedens Sophronici filius: ſi ſolus Socrates illi ſolus filius eſt. Indiuidua igitur ex eo talia dicũtur: quia ex proprietatibus quidq; conſtat, quarum idem aggregatum nunq; in alio fiet. Socratis namq; proprietates nullo in alio particulari eędem fient. Hominis autem, cõmunis dico, proprietates eędem in pluribus: imo vero in omnibus particularibus hominibus, quatenus homines ſunt, fiunt atq; inueniuntur. In diuiduum igitur a ſpecie: & ſpecies a genere continetur. Genus enim eſt quodã

Quid ſit indiuiduum.

totum, indiuiduum autem pars. At ſpecies & totum, atq; etiam pars eſt: ſed vt pars quidem ad aliud: vt totum autem: non ad aliud dicitur; ſed de aliis. Totũ enim in ipſis partibus eſt. De genere igitur atq; ſpecie, & quid nam ſit ſummũ genus, & quid ima ſpecies, & quę ſint eadem genera ſpecies ve, quę præterea ſint indiuidua, & quot modis genus ſpecieſq; dicantur, ſatis iam explicauimus.

QVÆSTIO PRIMA
Circa textũ, vtrum ens vniuoce dicatur de Deo & creatura, &c.

OMiſſa textus literali declaratione, quia nõ habet aliquam difficultatem, ad propoſitũ erit. q̃ſtio cuius cõmuniter alii faciunt mẽtionẽ. ſ. vtrum ens vniuoce dicatur de Deo, & creatura, de ſubſtantia & accidente? Scio iſtã q̃ſtionem moueri a theologis, in, 1, ſen. & etiã ipſam eſſe metaphiſicalem in parte. Verũ vt dialecticus habeat iuxta verba textus vbi dr̃ (Non enim ipſum ens omnium vnum genus commune eſt) aliqualem notitiam, & ſit ad ea quæ in theologia ab ſcolaſticis tractãtur diſpoſitus, libet in pręſenti hanc mouere quæſtionem. Et ſecundam huic addere, de principio indiuiduationis, quandoquidem Porphyrius de indiuiduo hic mentionem facit ex propoſito.

¶ Quantum ad primam quæſtionem, probatur ly ens vniuoce dici de Deo & creaturis, ſubſtantia & accidẽte. Patet ex Ariſtote. 2. meta, tex, 4. Vbi probat Deum eſſe maxĩme ens, & maxime verum: quia eſt cauſa vniuoca omnium entium. Sicut ignis eſt maxĩme & pſe calidus, quia cauſa eſt vniuoca calĩdorum, &c. Tunc ſic, iſte Ariſtotelicus diſcurſus nil probaret, niſi ens vniuoce diceretur d̃ deo & creaturis ſubſtãtia & accidẽti ſicut ignis calidus vniuoce de oĩbus calidis, ergo. 1. arguitur.

¶ Si

2. ¶Si ens non eſſet vniuocum ſubſtantiæ & accidenti,ſequeretur quod non poſſemus p accidentia venire in cognitionẽ ſubſtantiæ. Patet,nam ſi ęquiuoce ens dicitur: non ſub eadem ratione.Sed vbi diſtincta ratio, & diffinitio, & eſſentia, non poteſt eſſe vnum cauſa cognitionis alterius, ſicut per canem domeſticum,non veniet quis in cognitionẽ ſideris, Sed tamen Ariſto.1.de aĩa, tex.11. fateturper accidentia cognoſcere nos ſubſtantiam ,Ait enim accidentia magnam partem conferunt, ad cognoſcendũ qđ quid ẽ ſiquidem ab accidentibus quæ ſenſu patẽt, abſtrahimus conceptum entis,qui cõceptus quia communis etiam ſubſtantię, inueſtigamus ex illo,ens per ſe ſubſiſtens:cui accidentia inſunt ,Et per creaturas etiã cognoſcim⁹ Deum,teſte Paulo ad Roma.1.

¶In contrarium tamen eſt Ariſto.4.meta. tex.2,vbi dicit ens ſignificare accidentia, p attributionem ad ſubſtantiam, ſicut ſanum ſignificat vrinam,& medicinam: in ordine ad animal,in quo ſubiectiue eſt ſanitas.

Opiniones diuerſę circa queſtionem. ¶Circa iſtam q̃ſtionem ſunt varię opiniones grauiſsimorum doctorũ, eſt opinio doctoris ſubtilis in,4.meta,& in.1.ſen.d.3,Q.1 &,3,& diſ,8.Q.3.ponentis hanc concluſionem.

¶Ens dicitur vniuoce de Deo & creaturis, de ſubſtantia & accidente. Et probat argumentis poſitis, ad partem affirmatiuam. Et

Do.ſub. probat ſuam concluſionem. probatur adhuc. Omnis intellectus certus de vno conceptu,& dubius de diuerſis , habet conceptum de quo eſt certus :diſtinctũ ab aliis de quibus eſt dubius : ſed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo quod ſit ens , & dubius vtrum ſit ſubſtantia,vel accidens, ergo conceptus entis diſtinctus eſt a conceptu ſubſtantiæ & accidentis,In aperto eſt , nam a longe quis videns aliquid,format entis cõceptum,non formato de ſubſtantia,vel accidenti,Et minor declaratur,nã ſiquis videat Hoſtiam cõſecratam, certus eſt quod videt eſſe ens,& tamen Chriſtiano dicente ibi nõ eſſe ſubſtãtiam:tunc incipiet dubitare de ente viſo,nunquid ſit ſubſtantia? Vel accidẽs? ergo ille erat conceptus diſtinctus.

¶Alia eſt opinio ſ. Tho, tenẽtis ens non eſſe vniuocum ad Deum,& creaturas,ad ſubſtantiam & accidens,Et de mente eius ſint concluſiones.

¶Licet ens ſignificet Deum , & creaturas, ſubſtantiam & accidens, non tamen de eis omnibus vniuoce dicitur , ſed analogice. 1.cõ.ſ. Tho in.p.p.q.13. ar.5. Hęc eſt ſententia, ſ Tho . in multis locis ſuæ doctrinæ. Et hanc eandem tenet Henricus de gandauo. henricus Probatur concluſio quo ad primam partem,ex argumentis factis pro opiniõe Scoti.Item ſic,qui impoſuit hoc nomẽ ens ad ſignificandum , non ſpecialiter conſiderauit Deum,vel creaturam, ſubſtantiam, vel accidens : ſed ſolum conſiderauit ſignificaret id,quod haberet eſſe,abſtrahendo ab hoc & ab illo.Cum ergo Deus,creatura:ſubſtantia,& accidens ,habeãt eſſe,ſequitur qđ ly ens illa ſignificat.

¶Secundo quia ens in communi eſt obiectum intellectus, vt abſtrahit ab hoc & ab illo:ergo tantum eſt vnus conceptus entis.

¶Tertio probatur ex communi modo concipiendi,quia hæ negantur . Omne ens eſt ſubſtantia,omne ens eſt accidens, Oẽ ens ẽ Deus,omne ens eſt creatura.&c,Et non ob aliud niſi quia vnus eſt conceptus entis , nã ſi plures eſſent , ſic concederentur illę ſicut iſtę.omnis homo eſt pictus,omnis homo eſt viuus,quæ faciunt iſtum ſenſum,omnis homo pictus eſt homo pictus : & omnis homo viuus,eſt homo viuus, per illam regulam,talia ſunt ſubiecta:qualia permittuntur ab eorum prædicatis.

¶Secunda pars concluſionis quod analogice dicatur de illis. 2a pars.g18 Primo qđ de Deo & creaturis analogice dicatur:probatur a,ſ.Tho. s tho. 1.p.Q.13,ar.5,ſic. Quãdo effectus non adæquat virtutem cauſę, tunc nomen commune vtriq;,analogice dicetur de cauſa , & de effectu:ſed creatura cum ſit Dei effectus, in ratione entis non adęquat cauſę virtutem: ergo ens analogice dicitur de cauſa,& effectu,Quod probatur exemplo, calidum enim productum ab igne , poteſt ignis virtutem adęquare : quia poteſt fieri ignis:ob id,ignis vniuoce dicetur de eo,& de igne:ſed calidũ a ſole productum,non poteſt adęquare ſolis virtutem:ob id non vniuoce , ſed analogice dicitur de eo,& ſole :quia ſol habet ſuperiorem virtutem,quia poteſt alios effectus producere,q̃ tale calidum . Nam licet ſol nõ ſit formaliter calidus , habet excellentiorẽ virtutem,Sic ergo , cum ens dicatur ab eſſe,& ratio eſſendi in creaturis, non poſsit ęquare

rationem

rationem eſſendi in Deo, ſequitur quod ens non poteſt vniuoce de ipſo & creaturis dici Quod ſi non vniuoce, ergo analogice, quia primo & principaliter de ipſo Deo. Ex hac ratione probatur, quod non dicitur de ſubſtantia & accidente vniuoce: ſed analogice. Patet. Nam ratio eſſendi aqua ens, non eſt eadem in ſubſtantia. Cuius ratio eſt per ſe ſubſiſtere, & in accidēti, cuius natura eſt in eſſe. Et hæc expreſſe ponitur ab Ariſto. 4. meta. tex. 2. vbi dicit. Ens ſignificare accidētia per attributionē ad ſubſtantiā, veluti ſanum vrinam ſignificat, & medicinam: in ordine ad animal. Et. 1. ethichorum ca. 6 idē, &. 11, meta. c. 3. dicens quod ly ens de ſubſtātia & accidente, neq; dicitur ęquiuoce neq; vniuoce: ſed medio modo: quod eſt anologice dici.

Ratio cōcluſionis.

¶ Ratione ſic probatur, ex diffinitione analogorum, quæ ſunt illa, quorum nomen cōmune eſt: ratio vero neq; omnino eadem, ſicut in vniuocis, neq; diuerſa, vt in ęquiuocis ſed proportionalis. Sed tal[redacted] ſubſtantia & accidētis. Nam ſubſtantia eſt ens: quia per ſe ſtat, accidens vero eſt ens: quia eſt aliquid ſubſtantię: vt. ſ. quantitas ſubſtantię, vel qualitas eius &c. Et ſic ratio entis, abſolute conuenit ſubſtantię, & ſimpliciter: accidētibus tamen, ſecundum quid, vt tradit Ariſto. 7. meta. tex. 2. dicens quantitas & qualitas, nō ſunt ens, ſed entis ens. Et tex. 15 repetit, quod ens dicitur ſimpliciter de ſubſtantia, de aliis prædicamentis ſecundum quid: quēadmodū ſanum dicitur de animali ſimpliter de vrina tamen, & medicina: ſecundum quid. Ens enim dicitur, ab eſſe, (vt diximus) ſed accidentis eſſe, nil aliud eſt quam ineſſe ſubſtantię, ſicut nil aliud eſt ſanum vrinę, niſi in reſpectu ad animal, quia ſignum ſanitatis. Et ſicut in diffinitione ſani in vrina, ponitur animal, ſic in diffinitione eſſe accidentis, ponitur ſubſtantia.

Accidentia nō ſunt entia

Aduertēda eſt differētia

¶ Eſt tamen differentia conſiderāda, inter ens analogum ad ſubſtantiam, & accidens, Et ſanum, ad animal, vrinam, & medicinā: Quia ſanum fuit prius impoſitum ad ſignificandum animal ſanum, ob id vno cōceptu illud ſignificat, & alio vrinam. Ens tamē nō ſic, ſed fuit impoſitum ad ſignificandū vno conceptu, omne id quod eſt, & ſic omnia ſignificat (vt diximus) & Deum, & creaturas, ſubſtantiam & accidens. Obid in mente vltimata, poteſt eſſe analogia: q̄ eſt ſpecies ęquiuocationis, licet abſolute ſit dictum q̄n do agebamus de terminis ęquiuocis, nō dari ęquiuocationem in mente. Intelleximus enim quando ęquiuocus erat terminus, qui mediantibus diuerſis conceptibus, nō ſinonomis plura ſignificat. Sed tamen quando mediāte vno conceptu, non inconuenit, licet vera ęquiuocatio illic non ſit poſsibilis.

Licet ęquiuocatio nō reperiatur in mente. Analogia tū̃ ſic.

Quia vnus conceptus formalis entis, ſignificat vnam rationem obiectiuam, quæ nō eſt eadem ſimpliciter, ſed proportionabiliter in ſuis ſignificatis, principaliter in vno, & per attributionem in aliis, & [redacted] poteſt eſſe hoc modo analogia in mēte vltimata Et qa nominales non admittum conceptum obiectiuum ſi concedāt (quia hanc reiiciunt analogiam) ens mediante vno conceptu ſignificare omnia prædicamenta, nullatenus eſt negandum ab eis eſſe ſimpliciter vniuocū. Et hac de cauſa Marſilius & Buridanus dixerunt, ly ens in ſignificando omnia prædicamenta: ſubordinari diuerſis conceptibus: & quia hęc opinio ſ. Tho. videtur ſatis rationabilis, iuxta modum concipiendi, & conformis doctrinæ peripateticorum, oportet reſpōdere ad argumēta adducta, pro Scoti opinione.

Rationabilis opō ſ. Tho.

ad argumēta

¶ Ad primum reſpondetur, argumentū cōcludere quod nos concedimus. ſ. vnum eſſe conceptum entis qui ſignificat Deū, & creaturas: ſubſtantiam, & accidens, & ſic omnia decem prędicamenta conueniunt in vna entis ratione. Sed tamen non probatur ex eo ly ens eſſe vniuocū ad omnia illa. Et ad argumenta appoſita in principio quæſtionis: ad primum dicimus, ſic eſſe, Deum eſſe maxime ens, & maxime verum, & ideo quia ſic, ly ens analogice dicitur de eo & creaturis. Et quando arguis Ignis eſt maxime per ſe calidus: quia cauſa calidorum, & ſic Deus maxime talis: quia cauſa entium. Sed ignis vniuoce dicitur, concedimus. Ergo ens de Deo & creaturis. Negatur conſeq̄ntia. Et ratio ē quia calida euacuant virtutem cauſę: ob id poteſt de eis vniuoce dici. Sed tamen creaturę non euacuant virtutem Dei. Obid non poteſt de eis & de Deo vniuoce ens dici, ſed analogice.

¶ Ad ſecundum dicēdum, verum eſſe quod

per accidentia venimus in cognitionẽ ſubſtantię. Et q̃ndo infertur, ergo vniuoce ens dicitur de ſubſtantia & accidente: nego cõſequentiam. Nam ſufficit analogice dicatur & non ęquiuoce proprie. Nam eo quod ens ſeu ratio eſſendi principaliter de ſubſtantia: & minus principaliter de accidenti, quia accidentia ſunt nobis magis nota poſſunt nos manu ducere in cognitionem ſubſtantię.

Cõſideratio

¶ Notandum tamen quod ſi Scotus intelligeret entis vniuocationem ſecundum conceptum formalem, vt in loco citato. Q. 1. dixit. Non eſſet differentia in hoc inter eum &. ſ. Tho. ſed quia. Q. 3. videtur loq de obiectiuali: ob id differt a. ſ. Tho. licet aliqui ſcotiſtę dicant ens eſſe vniuocum & analogum. Forte intelligentes quoad formalem conceptum: eſſe vniuocationem, & analogum, quo ad obiectiualem. Quidquid ſit de ſenſu: tamen verba non ſunt ad mentẽ Ariſ. qui expreſſe dicit ens eſſe analogum, & negat eſſe vniuocum. Patet, 11, meta, c, 3, & li, 2, tex, 2 8, *obiectiualem dico qui ad rem terminat[ur] sicut formalis ille est qui actu de re formatur pot[est] quis uno conceptu formali sub ra[tione] entis deum et creaturas substantiam et accidens intelligere s[ed] no[n] ide[m] co[n]ceptus terminatus ad ce[…] dei et creaturae substantiae et accidentis.*

QVAESTIO SECVNDA

quid ſit indiuiduationis principium? q̃titas, an materia? an aliquid aliud?

SVmpta occaſione ex textu Porphyrii, q determinat de ĩdiuiduo: & licet ad metaphiſicam ſpectet, etiam a dialectica cõſideratione aliena non eſt, & eſt ſatis principalis: & elucidatio eius multũ cõfert ad propoſitum: & a theologis ſolet moueri: in comẽtariis ad tertiam partem Caie. facit ſatis longum proceſſum: quando loquitur de perſona. Vbi adducit varias doctorũ opiniones: ſed tamen in pręſentiarum breuiter quantum fieri poteſt dilucidabimus.

Scotus 2 d 3. q. 6.

¶ Primo de quęſtiõe eſt opinio doctoris ſubtilis, & ſuorum ſequatium, quæ ponit hanc concluſionem.

Cõ. d. ſubti. & ſequatium

¶ Id per quod ſingulare determinatum indiuiduatur tanq̃ principium intrinſecum in cõmunicabile: eſt poſitiuum quodã: quod vocatur heceitas: q̃ eſt quædam realitas indiuidualis: qua contrahitur ſpecifica natura ad eſſe huius, & non alterius. Et hæc videtur fuiſſe Auicenę opinio. 5. ſuæ metaphiſicę: qui dixit. Indiuidua eiuſdem ſpeciei differre differẽtiis indiuidualibus, quas vocat hypoſtaſes indiuiduorũ. Et addit quod ſicut duę ſpecies ſub eodem genere differunt ſuis differentiis ſpecificis: ſic duo indiuidua his proprietatibus. Idem ſenſit plotinus, qui ait. Animas numerari terminis internis. Et proculus has proprietates intimas appellauit. Et tandem in iſta opinione tria dicũtur. Primum quod illud per quod indiuiduum ẽ ſingulare: eſt aliquid poſitiuum. Secundum quod non ſit materia neq̃ forma partis, neq̃ ipſa forma totius. Tertiũ quod ſit heceitas. Primum probatur ab Scoto contra Henricum gandenſem. in 1. d. 3. Q. 2. Nulla imperfectio repugnat alicui niſi propter aliquam perfectionẽ poſitiuam, quę eſt in ipſo. Sed diuidi eſt imperfectio, & indiuiduo repugnat: ergo competit ei per aliquam poſitiuam perfectionem. Patet. Quia negatio nullam perfectionem includit.

Per qd̃ fiat ĩdiuiduatio.

auicena

plotinus

Cõ. ſ. Tho.

¶ Secundum probat. ſ. quod nõ ſit materia quia materia eſt communis omnibus indiuiduis ergo eſſe hoc non cõuenit ratiõe materię, neq̃ ratione formę. Quia ipſa forma eſt principium vnitatis ſpecificę: ergo non eſt principium differẽtię numericæ. Ex quo infertur quod principium indiuiduationis q̃ndoquidem eſt poſitiuum: & non materia neq̃ forma, quod ſi illa realitas quæ vocatur heceitas.

Corolariũ.

¶ Eſt alia opinio doctoris ſancti quæ conſiſtit in iſtis concluſionibus.

Opĩo. d. ſcti. & Ariſto.

¶ Prima concluſio, materia eſt principium indiuiduationis, quoad eſſe in communicabile ipſius indiuidui. Quæ probatur autoritate philoſophi, qui vbicũq̃ loquitur de ſingularium diſtinctione materiam ſignat pro cauſa. Patet, 5, meta, tex. 26. dicit ea eſſe numero diuerſa quorum materia eſt diuerſa. Et. 7. meta. dicit. Generãs generat aliud. i. diſtinctum a ſe propter materiam. Ratione ſic. Quidquid eſt de ratione primę ſubſtãtię eſt de ratione indiuidui: cum indiuiduũ ſit prima ſubſtantia: ſed materia eſt de ratione primę ſubſtantię, quia eſt de ratiõe illius materia

teria:cuius eſt neq; in ſubiecto eſſe: nec de ſubiecto dici. (Vt Ariſto ait in prędicamentis) ſed de ratione indiuidui eſt nec in ſubiecto eſſe, neq; de ſubiecto dici.

2.cõ.ſ.tho. q̃ quantitas ſit etiã indiuiduationis principium.

¶ Secunda concluſio ſ.Tho.quantitas eſt principium indiuiduationis,quoad eſſe diſtinctum & ab alio diuiſum Et ad ſenſum demonſtrabile. Patet ex Ariſto.3.meta.tex.2. qui ait. Omnis diuiſio aut eſt per formam, aut eſt per quantitatem. Sed per formam ſolum conuenit generi per diuerſas ſpecies, diuiſio autem per quantitatem conuenit ſpeciebus in indiuiduis. Ratione ſic probatur,

argũtũ ſufficiẽti diuiſiõe

quia eſſe diſtinctum cum indiuiduo conueniat, vel conuenit per materiam, vel per formam, aut per quantitatem, ſed non cõuenit ei per formam, neq; per materiam (vt diximus in opinione Scoti), ergo conuenit ei per quantitatem. Et ſic in mente. ſ.Tho. tria ſunt notanda circa indiuiduum. ſ.quod indiuiduum eſt incommunicabile. Et hoc habet a materia, & reſpectu huius quãtitas eſt per accidens, & habet eſſe diuiſum ab alio: & hoc habet a quantitate in communi: ſiue determinata: ſiue ĩdeterminata Habet etiã eſſe diſtinctum & demonſtrabile & ſub ſenſu cadere, & habet hoc a quantitate determinata. Et ſic cõcluditur quod principium indiuiduationis ſit materia ſignata quantitate determinata: & quia materia eſt pars,

veritas quæſtionis.

intrinſeca: ab ipſa habet indiuiduum eſſe indiuiduum & extrinſice a quantitate.

Contra opinionẽ ſ.tho. fit argumẽtũ

¶ Contra iſtam opinionem ſolent argumẽta moueri: & ſolum vnum ponamus principale ſatis in materia. Nam animę rationales ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamen numero differunt. & non per materiam: quia nullam habent: cum ſint ſpirituales ergo indiuidua nõ indiuiduantur ratione materię. Et licet q̃ndo ſunt in corporibus humanis fiat numerica diſtinctio, penes materiam, tamen poſt ſeparationem non poteſt ſic dici. Quod & cõ

Cõfirmatur

firmari poſſet de aĩabus a deo productis deſtructis oib⁹ corpib⁹, & omni materia, quę numerice differunt. Tenendo hanc opinionẽ.

Solutio q̃ licet aię ſint imateria es: idiuiduãt tñ p reſpectum quẽm habẽt ad materiam

ſ.Tho. poteſt argumentum ſolui dicendo eas diſtingui per materiam, non quam habent, ſed ad quam habẽt reſpectum quia de ratione & conditione animę rationalis eſt quod ſit forma in materia. Ob id per talem reſpectum quem habent ad materiam indiuiduãtur. Et ideo illæ q̃ infunduntur in materia: habent ſtatim ſuam diſtinctionem per materiam, illę quę creantur corrupta omni materia: habent diſtinctionem per reſpectũ ad diuerſam partem materiæ, quam informare poſſunt. Et ad id habent aptitudinẽ. Quod ſufficit.

Per quid in diuiduantur accidentia.

¶ Et accidentia ad mentem. ſ.Tho. indiuiduantur per ſubiectum proprium: quod eſt ens in actu: ſicut forma per materiam. Et ſic forma indiuiduatur per ens in potentia. Accidens per ens in actu. Etiam cum opinione

Albertus & Egidius doctor fundamentalis te nẽt cũ.ſ.tho

ſ.Tho. conciliari poteſt ſui magiſtri Alberti magni: quando dicit li. primo de intellectu. Materiam eſſe tantum principium indiuiduationis. Intellexit enim de principali principio, per quod habet indiuiduum quod ſit in communicabile. Etiam poteſt Egidii Romani diſcipuli eiuſdem doctoris. S. concordari opi. Qui dicit, quod principium indiuiduationis eſt quãtitas. Intelligit quoad eſſe diuiſum ab alio. Et ſ.Tho. opinio vtrunq; amplectitur: & quod dicit Albertus: & quod Egidius.

¶ Cum doctore ſubtili videtur Boetius ſentire, quia ait in ſecunda editione periar. Platoneitas incõmunicabilis qualitas eſt. Et Auicembron ait id quod Scotus. Nam in libro fontis vitę vult q᷑ vnitatis numeralis principium ſit forma, quia ponit in omni cõpoſito duplicem formam: vnam ſpeciei: & aliã indiuidui, vt in Socrate: alia eſt forma hominis: alia Socratis. A forma ſpeciei ſumitur vniuerſale ſpecificum, & a forma indiuidui: vnitas numeralis

Opĩo dicentiũ formam eſſe p̃cipiũ vnitatis.

¶ Ioannes de Gandauo & quidã alius Tuſcię monachus ſuper Galienum tenuerunt: formam ſubſtãtialem cuiuſcunq; indiuidui eſſe principium vnitatis numeralis eius. Et Auenraez ſecundo de anima ait: melius eſt exiſtimare quod cauſa diuerſitatis materiæ ſit diuerſitas formarum, q; ecõtrario Quod ſuaderi poſſet ex Ariſto, cum infinitas & indeterminatio a materia, ſed determinatio & finitas a forma.

alia opinio.

¶ Alii dixerunt principium indiuiduatiõis eſſe reſpectũ quem habet res ad agẽs, quod ipſam ineſſe produxit. Quia ſecluſo quocunq; alio, agens generat aliud a ſe diſtinctũ realiter, ergo ab agente habet. In tanta opinionum varietatę: quæ ob id adductę ſunt vt ſi

quando

quandoquis in autoribus de queſtione varia legat non miretur. Videtur opinio ſ.tho. ſatis clara & lucida, vt indiuiduatio & ſumatur a materia & ſumatur a quantitate, in q̃ntum eſt diuiſum indiuiduum ab alio, Et ſic non ſit opus ponere aliquam aliam realitatem, vel aliquod poſitiuum quo ſit hoc. Nã videtur illa heceitas non neceſſario poni: cũ indiuiduatio ſufficienter per materiam fiat: & quantitatẽ Et qui vltra de quæſtione aliqd deſiderauerit legat eos qui ſcripſerunt in metaphiſica, maxime Paulum ſocinam. Et Caie. in comentariis ad tertiam p. ſ. Tho. & Ayallam in ſuis prædicabilibus: qui adducit ex propoſito q̃ſtionem Sed tamen ſi ad ſobrietatem oportet hęc tractare: ſat eſt: cum ſit queſtio ſatis infructuoſa.

Inter opiniones recitatas ſ. Tho. rationabilior.

ſocinas. cata.

Dubium.

¶ Anteq̃ de differentia tertio pręedicabili ſit ſermo, oportet reſpondere ad Dubium vtrum de eſſentia ſpeciei ſit materia? An ſolum forma ſubſtantialis ipſa ſine materia cõſtituat ſpeciem. Ad hoc Dubium comentator: quem ſecutus eſt Doctor ſub. dicit qđ ſola eſſentia ſpeciei eſt forma ſubſtantialis: & ſic tota hominis eſſentia eſt anima. Et dicit idem eſſe ſecundum rem formam partis animã ſ. & formã totius, quę humanitas dicitur, & ſolum differunt ſecundum rationem Et ſic dicit quod nulla pars materiæ debet poni in diffinitione rei ſpecificę, ſed ſolũ ipſa principia.

¶ Sed aliter ſentit Auicena: quem ſequitur doctor. S. & eſt de mente Ariſto, qui dicit in 6. meta. res naturales habere in ſua diffinitione materiam ſenſibilem: in quo differũt a mathematicis. Et. 7. meta, multis exẽplis id probat Et ſic Auicena: &. ſ. Tho. ponunt differentiã inter formã partis: & formam totius, Formam totius vocat humanitatem cõpoſitam ex materia & forma: ex carnibus: & oſsis. ~~Non tamen ex his~~ Et hęc vocatur eſſẽtia a. ſ. Tho. Vnde nõ eſt idẽ dictu apud ſ. Tho. humanitas in homine: & hõ. Vt ipſe de ẽte & eſſentia. c. 3. ꝓbat. Sto vtrũq; eſſentiã importet: quia hoc nomẽ homo ſignificat eſſentiam, vt totum: nõ pręſcindẽdo deſignationem materię: ſed implicite cõtinet eam, & conceptus obiectiuus productus cũ illa in differentia: vt eſt vnum in multis: eſt ſpecies, & eſſentia rei. Sed hoc nomen humanitas ſignificat eſſentiam: vt partem qa pręſcindit totaliter a materia: & ſic de indiuiduis hominis non pręedicatur nec de homine. Et ſic eſſentia hominis eſt ipſe homo: ſecundum eſſe abſtractum ab his carnibus & his oſsibus.

CAPITV. TERTIVM.
De differentia.

DIfferentia vero & communiter & proprie, & propriſsime dicitur. Differre nãq; quippiã communiter dicitur, cũ diuerſitate aliqua quouis modo: aut a ſe ipſo: aut ab alio differt. A platone namq; Socrates diuerſitate aliqua: atq; a ſe ipſo puero vir factus, & ab agẽte non agens differt. Et ſemper hęc differentia in ijs eſt ſane diuerſitatibus, quę conſiſtunt in hiſce, q̃ cum interrogamꝰ quomodo res ſe ſe habet: aſsignari reddiq; ſolent. Proprie vero aliqua differre dicuntur, cum inſeparabili differunt accidenti. Et inſeparabile quidem accidens eſt, vt ceruleus oculorum color: vt ſimitas. Vt cicatrix callo ex vulnere inducto. At propriſsime quippiã a quopiam differe dicitur: cum ſpecifica differentia differt: qualiter abequis homines ſpecifica rationalis differentia differunt. *1. Textus.*

¶ Omnis igitur in vniuerſum differentia diuerſum alicui adiuncta facit: ſed cõmuniter quidẽ & proprie differẽtiæ diuerſum ꝑ accidẽs faciũt, ꝓpriſsime vero diuerſum ꝑ ſe, qđ quidẽ & aliud dicitur Differentiæ igitur quæ diuerſum per accidens faciunt, tantum differentiæ, quæ vero aliud, ac diuerſum per ſe differentiæ ſpecificę nuncupantur. Animali namq; differentia rationalis adiuncta, aliud ſane ac animalis ſpeciem facit: motus autem additus, diuer- *2. Textus.*

ſum aquieſcente tantummodo fecit, hęc igitur aliud illa diuerſum tantum fecit. Differentijs igitur hiſce quæ faciunt aliud, diuiſiones generum in ſpecies fiũt & diffinitiones etiã aſsignãtur, quę quidem ex genere talibusve differentijs cõſtant. Cęterę vero diuerſitates per accidens tãtum emergunt, eius, quo de qualiter ſe ſe habet interrogat.

3. Textus. ¶ Rurſus igitur a principio differentiã diuidentes, differentiarum alias ſeparabiles alias inſeparabiles dicim9 eſſe. Moueri namq; atq; quieſcere: & valere atq; ęgrotare: & quę ſunt ſimilis generis, ſeparabilia ſunt, aquilinũ autem eſſe vel ſimium: & rationale; & irrationale inſeparabilia ſunt.

4. Textus. ¶ Inſeparabilium rurſus alias ꝑſe, alias per accidens eſſe. Rationale nãq; & mortale: & ſuſceptiuum eſſe ſcientię: per ſe homini competunt: at aquilinum eſſe, vel ſimiũ: per accidens, & non per ſe cõpetit. Quę igitur perſe cõpetunt in ſubſtantię ratione ſumuntur, & aliud faciũt Quæ vero per accidens cõpetunt: neq; in ſubſtãtię ratione ſumũtur, neq; aliud faciũt: ſed per accidens diuerſum. Et hæ quidẽ q̃ perſe cõpetunt neq; intendi neq; remitti volunt. Quæ vero per accidens: & ſi inſeparabiles ſunt: intenſionẽ remiſsionẽ ve ſuſcipiunt. Neq; enim genus magis, minus ve de eo, cuius eſt genus dicitur, neq; generis differentię quibus in ſpecies genera diuiduntur. Hę nãq; ſunt, q̃ cuiuscũq; rationẽ conficiunt. At vni9 cuiusq; ratio vna eſt eadẽ q; nec intẽſionem, nec remiſsionẽ, vllã ſuſcipiens. Simiũ enim eſſe, aut colloratũ, intenditur atq; remittitur.

5. Textus. ¶ Cum igitur ſpecies differentiarũ tres ita appareãt, & earum aliæ ſint inſeparabiles, alię ſeparabiles. Et inſeparabiliũ quidem, alię perſe, alię per accidens ſint Differentiarum perſe rurſus alię ſunt, ꝑ quas in ſpecies diuidimus genera: aliæ ꝑ quas ea quæ ſunt diuiſa conſtituuntur. Veluti differẽtiæ perſe animalis hę ſunt omnes, animatum, ſenſitiuum, rationale, ac irrationale. & mortale, immortale: atq; animati quidem, & ſenſitiui differẽtiæ conſtitutiuę ſunt, ſubſtantię animalis. Eſt enim animal, ſubſtantia animata ſenſitiua: mortale vero, ac immortale, rationale, ac irrationale, animalis ſunt differentiæ diuiſiuæ. Per has enim ſpẽs genera diuiduntur. Verum hę, q̃ ſunt generũ diuiſiuę, conſtitutiuę ſunt ſpecierũ: nã animal per rationale & irrationale, & per mortale rurſus, atq; immortale diuiditur, ſed mortalis quidẽ rationalis ve differentię, conſtitutiuę ſunt hominis: ratiõalis vero, ac immortalis, deorũ, irrationalis autẽ, atq; mortalis, animaliũ expertiũ rationis. Sic & ſubſtãtię ſupremæ animatũ, atq; inanimatũ, ſenſitiuũ atq; inſenſitiuum differentiæ cum ſint, animatum & ſenſitiuum, vna cum ſubſtãtia ſumptæ animal conficere: animatum, atq; inſenſitiuum, plantã. Cũ igitur eędem differentiæ partim conſtitutiuæ ſint, partim diuiſiuæ, vniuerſæ ſpecificæ nuncupantur. Atq; his opus eſt maxime ad generum diuiſiones, & ad diffinitiones conficiendas. Sed non illis alijs, quas ſeparabiles eſſe, aut inſeparabiles diximus.

6. Textus. ¶ Has itaq; diffinientes, differentiã, inquiunt eam eſſe, qua ſpecies gen9 excedit. Homo namq; ſupra animal, rationale, mortale q; habet. Aial enim neq; nihil iſtorum eſt (vnde enim differẽtias ſpecies haberent) neq; omnes oppoſitas habet. Idem enim nimirum oppoſita haberet. Sed vt cẽſent, potẽtia quidẽ

omnes

omnes eas differentias habet, quę ſub
ſe ſunt, actu autem nullam. Atq; hoc
pacto neq; ex non entibus ſit, neq; circa
idem oppoſita ſimul erunt.

7. Textus. ¶ Diffiniunt autem ipſas & hoc pacto.
Differentia eſt id, quod de pluribus, &
differentibus ſpecie: hoc ipſo quale quid
eſt prædicatur. Rationale enim, & mor
tale de homine: hoc ipſo quale quid eſt
homo: ſed non hoc ipſo quid eſt prædi-
catur. Nam ſi interrogabimur, quid eſt
homo? accomodate dicemus, animal.
At ſi quale animal eſt interrogabimur?
rationale, mortale q; accomodotiſsime
reſpondebimus. Nam cum res e mate-
ria, forma q; conſtent: aut ex talibus, q̃
inſtar illarum ſunt, vt ſtatua ex ęre qui-
dem: vt ex materia conſtat: ex figura
autem, vt ex forma: ſic quidem & ho-
mo communis: quiquidem eſt ſpecies:
ex genere & differentia conſtat: ſimilitu
dinem rationis ſubeũtibus cum mate-
ria: atq; forma: totum autem hoc ani-
mal rationale, mortale, eſt homo, vt iſ-
tis eſt ſtatua.

8. Textus. ¶ Deſcribunt tales differentias: & hoc
modo. Differentia eſt id, quod ſuapte
natura ea, q̃ ſunt ſub eodem genere, ſe-
parat. Rationale enim atq; irrationale:
equum & hominem: quæ ſub eodem:
vt patet, genere, quod eſt animal: collo
cantur ſeparat. Inſuper & hoc modo aſ-
ſignant.

¶ Differẽtia eſt id: quo ſingula differũt.
Homo enim: & equus genere non di-
fferunt: & nos enim animalia ſumus, &
ea: q̃ ſunt expertia rationis: ſed additum
rationale: nos ab illis ſeiunxit. Dij quoq;
& nos ratiõis participes ſumus: ſed mor
tale adiunctum: nos ab illis diſtinxit.
Exactius autem ea: quæ ad differentiã
pertinent pertractantes, differentiam in
quiunt: non quoduis eorum eſſe: quæ
ſeparãt ea, quę ſub eodem genere collo
cantur: ſed id, quod ad ſubſtantiam, ra-
tionem q; confert, & quod pars eius
eſt rei, cuius differentia dicitur eſſe. Nõ
enim aptum ad nauigãdum eſſe, homi-
nis eſt differentia, & ſi eius propriũ eſt.
Dicere namq; poſſum9 animalium alia
eſſe apta, alia non eſſe apta ad nauigan-
dum, hominem a cęteris ſeiungentes.
Et aptum eſſe ad nauigandum, ad ſub-
ſtantiam ſane non confert, neq; pars eſt
ipſius: ſed aptitudo ſolum. Propterea
quod non eſt tale, quale ſunt hę differẽ-
tię, quas ſpecificas appellamus. Erunt
igitur hę ſpecificę differentię, quæ di-
uerſam faciunt ſpeciem, & quę in ratio
ne ſumuntur. Atq; de differentia qui-
dem hęc ſatis ſint dicta.

QVÆSTIO PRIMA
a quo ſumatur dif ferentia.

CIrca iſtud tertium vni
uerſale quæri poteſt,
primo a quo ſumatur
differentia, in ipſa ſpe
cie? Et breuiter d hoc
ſ. Tho, in ſecundo de
anima ſentit quod ab S. Tho.
anima rationali in ho
mine, prout ipſa eſt
principium intelligendi, ſumitur conceptus
obiectiuus differentiæ, & ab ipſa eadem
prout eſt principium ſentiendi: (nam ſecun
dum ipſum ſola vna anima eſt) ſumirur ge-
neris conceptus. Et ob id dicit Porphyrius,
quod genus ſumitur a materia, ideſt ab ali-
quo quod poteſt determinari, & coarcta-
ri, vt eſt ſenſitiua anima. Et differentia ſu-
mitur a forma, tanquam a determinante,
& coarctante, animam rationalem deter-
minat, & coarctat ſenſitiuum ad eſſe ho-

A forma ſumitur conceptus generis & differentiæ

minis. Et ſic ſecundum ſanctum Thomam a forma ſumitur, & conceptus generis, & differentiæ. Sed tamen vnus a forma tanq̃ ſi materia exiſteret, quę habet actuari & determinari ab alio, & alius ab ipſa forma vt determinans & actuãs. Exempli gratia. Quia video hominem moueri: & ſentire formo conceptum obiectiuum animalis. Et q̃a video eũ ratiotinari, formo conceptum differentię determinatiuum: quod ſit rationale. Hęc S. doctoris ſententia, videtur eſſe deſumpta ex Ariſto. dictis in. 7. meta. tex. 43. qui ait in ſententia. Diffinitionem hanc animal rationale, vnam eſſe. Sto ex diuerſis videatur componi, vt puta, ex genere & differentia. Quod probat ex hoc, quia genus nihil importat, pręter ſpecies, quia non inuenitur animal, quod non ſit bos, vel equus. &c. Et differentia etiam, quodãmodo importat eandem rem, licet diuerſimode. Quia genꝰ importat rem vt materia, & hęc vt forma. Hæc ex Ariſto. Ecce quomodo videtur ſentire quod ab eadem re, & genus, & differentia, Sed tamen quia genus tanq̃ quid indeterminatum importat, & velut in potentia, & differentia velut determinatum, & in actu, dicitur quod genus a materia, & differentia a forma ſumitur.

Genus & differentia etiam dant principium ſpeciei.

¶ Conformiter ad hanc. ſ. Tho. doctrinam eſt intelligendum illud, quod genus & differentia dant principium ſpeciei. Non intelligẽdum, quod tale principiatum (ſi ſic loqui licet) ſit ſecundum rem, nam quia in re fundamentaliter, (vt diximus) idem eſt differentia, ſpecies, & genus: non poteſt vnum ſumi alterius principium, niſi intelligatur in iſto ſenſu ſ. quantum ad modum cognoſcẽdi confuſe, & diſtincte. Eo quod qui habet generis conceptum, confuſe rẽ cognoſcit. ſ. ſpeciem ipſam contẽtam ſub genere: ſi tamẽ habeat quis differentiæ conceptum. habet principium intelligendi ſpeciem diſtincte, & ſic, genus & differentia, ſunt principium cognoſcendi ſpeciem: ſed tamen aliter & aliter. Quia licet qui cognoſcit genus, ſpeciem cognoſcat, tamen non diſtincte, ſed in confuſo, vt cõmunicat cum aliis. Sed tamen differentia facit diſtincte cognoſcere ſpeciem & vt diſtinguitur ſpecies ab ſpecie. Et quia iſti duo modi cognoſcendi rem, ſunt ſufficientes ad quãlibet rem cognoſcendam, dicitur quod genus & differentia principiant ſpeciem, quia ſcilicet faciũt cognoſcere perfecte ſpeciem intellectã. Genꝰ & differẽtia principiant ſpeciem, quia ſunt diffinitiua ſpeciei, & in eius diffinitione ponuntur. Nã homo ſic diffinitur, eſt animal rationale.

QVAESTIO. SECVNDA. Circa tertium prædicabile.

Argumẽtũ.

QVæritur ſecundo. Vtrũ differentia optime ſit diffinita in textu. Nã videtur quod non, quia ſi bona eſt diffinitio, oportet eſſentiam declaret diffiniti, ſed vnius rei vna eſt ſolum eſſentia: ergo vna erit etiam diffinitio. Sed differentiæ eſt multiplex ſignata in textu diffinitio: ergo non videtut ſufficienter diffinita differentia.

Notandum.

¶ Pro ſolutione notandum, differentiã poſſe multipliciter conſiderari, nam primo modo ſumitur, prout ipſa differentia ſe habet per additionem ad genus, & ſic diffinitur: Differentia eſt, qua ſpecies genus ſuperat. Quod intelligitur, quantum ad diſtinctum conceptum. Nam rationalis conceptus explicite intelligitur in homine, qui tamen nõ intelligitur in animali: ſed in confuſo erat. Nam licet ſint eadem res, genus, ſpecies, & differentia: tamen aliter vnũ declarat eſſentiam hominis, quam aliud. Quod & ſ. Tho. 1. p. Q. 85. ar. 5. ad tertium declarat dicens. Animal ſignificat id, quod habet animam ſenſitiuam, rationale, quod intellectiuam, & homo, quod vtrunq̃.

1. modo conſideratur differentia.

S. Tho.

¶ Secundo modo differentia conſiderari poteſt, ſub ratione vniuerſalis, & inquãtum communicabilis eſt pluribus indiuiduis, vel pluribus ſpeciebus: & ſic datur diffinitio eius, eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, in eo quod quale. 2.

¶ Differentia conſideratur, tanq̃ coarctãs conceptum generis, vt ſcilicet non ad tot ſe extendat genus, & ſic datur diffinitio. Differentia eſt quæ diuidit genus, & ea quæ ſub eodem genere ſunt. 3.

¶ Sumitur

4.Modo. ¶ Sumitur prout eſt principium quoddam formale ſpecificum, diſtinctiuum ſpecierũ. Nam rationalitate, differt homo ab equo, & ſic datur diffinitio. Differentia eſt quã differunt interſe ſingula. Nam homo ab equo non differt in animalitate, ſed in rationalitate.

5.Modo. ¶ Cõſideratur in quantum principium formale eſſentiale, conſtitutiuum ſpecierum in eſſe cognito, & ſic datur diffinitio. Differentia eſt quæ conducit genus adeſſe, & eius quod eſt eſſe rei, pars eſt. Iuxta ergo aliam & aliam conſiderationem, differentię, data eſt alia & alia diffinitio. Ex quibus conſtat Solutio, ſcilicet differentiam optime eſſe diffinitam: nam cum res per diffinitionem explicetur, & quælibet poſitarum diffinitionum in textu, declaret ipſam differentiæ naturam, ſeu conditionem: ſequitur optime eſſe diffinitam. Neq; inconueniẽs eſt, vnius rei eſſe plures diffinitiones: ſecundum aliam, & aliam rei conditionem, vel cõſiderationem.

argumẽtum. ¶ Contra prędicta eſt argumentum, maxime contra illam differentiæ diffinitionem quæ prima eſt, in qua dicitur, eſt qua ſpecies genus ſuperat. Genus importat totam eſſentiam ſpeciei: ergo ſpecies non ſuperat genus in differentia. Patet, maxime de mente. ſ. Tho, qui non ponit niſi animam rationalem in homine, continens in ſe ſenſitiuum eminenter. Tunc ſic, animal dictum de homine, continet eius eſſentiam, quia continet ſenſitiuum, in eo quod & rationale eſt: & hoc eſt eſſentia ſpeciei.

S.Tho.

Confirmatio Et confirmatur ex ſupra dictis, quia rationale in ſpecie, ſumitur ab anima inquantum intelligit, & eſſe animal ab eadem, inquantum ſentit: ergo ab eadem vtrumq;: & ſic non ſuperat ſpecies genus in differentia.

Sub cõfirma Et ſub confirmatur ratione, quia eadem eſt in homine res. Animal, homo, & rationale, ſi ergo eadem res, quomodo rationale erit in quo homo ſpecies, animal genus ſuperat?

2. argumẽtũ ¶ Secundo ſic principaliter, omne vniuerſale continet ſub ſe contenta, ſed genus vniuerſale eſt, & ſub ipſo collocantur ſpecies: ergo ſequitur quod ſpecies non ſuperat genus, rationalitate.

Ad argumẽta ¶ Ad hæc omnia vnica ſolutione dicendũ, (ſicut dicit Porphyrius) quod genus non continet differentiam actu, ſed ſolum poteſtate. Et ob id cum in ſpecie differentia actu contineatur, & non ſic in genere, dicitur quod ſpecies ſuperat genus differentia. Tunc dicitur actu contineri, quando in diffinitione eius includitur illud, & quia in diffinitione ſpeciei differentia ponitur, vt cum dicimus, homo eſt animal rationale, ſed ly rationale non includitur in diffinitione generis, nam ſi quis diffiniat animal, ſolum dicet eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, non facta mentione de rationalitate, & ſic manet ſolutum primum argumentum, cum confirmationibus.

¶ Ad ſecundũ concedendum eſt genus continere in ſe ſpecies, de quibus prædicatur quidditatiue in quid: ſed tamen dato ita ſit, quia ſpecies contentæ conſtituuntur per ſuas ſpecificas differentias, quæ non ſunt in genere actu, ſed ſolum potentia, & in ipſa ſpecie ponitur differentia actu, ſequitur quod genus etiam ſi ſit totum vniuerſale, reſpectu ſpecierum, ſuperetur a ſua ſpecie contenta in differentia, eo quod ipſa ſpecies explicite, & actu, contineat differentiam. Ad ſecũdum.

¶ Sed poſſet hic eſſe Dubium, poſito genus contineat differentias poteſtate: an in aliquo genere cauſæ? Dubium.

¶ Ad hoc Albertus magnus dicit, quod continet in genere cauſæ formalis: ſicut confuſum dicitur formaliter continere determinatum. Et quia rationale eſt confuſe in animali, & determinatum in homine, in genere cauſæ formalis, dicitur continere. Et hæc eſt opinio comentatoris 5. metaphiſicę comento 15. Non enim videtur quomodo cõtineat genus differẽtiam, niſi in genere cauſæ formalis. Solutio. albertus magnus Comentator

¶ Sed tamen dicendum, quod genus poteſt cõparari vel ad ſpeciẽ, vel ad differentiã cõſtituẽtem ſpẽm. Si reſpiciat differentiã, continet ipſam in genere cauſæ materialis, eo modo quo in re artificiali. Scanum enim non fit ex quacunq; materia, ſed ex ligno. Lignum ergo continet differentiam rei artificialis, in genere cauſæ materialis. Sic rationale, non quodcunq; genus informat indifferenter: ſed ſolum animal: ergo animal tanquam materia, continet ipſam rationalitatem. 2.Solutio.

Differentia educitur de potentia generis.

rationalitatem. Et hoc eſt quod dicebant antiqui differentiam educi de potentia generis, ſicut forma cõpoſiti educitur, de potentia materiæ.

¶Si vero comparetur genus ad ſpeciem, tunc continet differentiam in genere cauſę formalis, vt dicebat Comentator, & Albertus: eo modo quo in cælis ſphera maior, dicicitur continere minorem. Sicut ſi ponamus exemplum in cõtinuo, in quo plura ſunt entia in potentia, quæ per diuiſionem fiũt in actu. Sic in animali ſunt plures ſpecies, quæ per diuiſionem differentiarum, fiunt actu. Et ſic velut formaliter continent, ob id antiqui non ſolum dicebãt genus continere differentias in potentia, quæ ſignat merã paſſionem materiæ, ſed poteſtate Ac ſi dicerẽt quod genus de ſe proferat ipſas differẽtias. Et ſic velut in genere cauſæ formalis contineat.

QVAESTIO TERTIA
circa tertium prędicabile.

1. arguitur.

QVeritur tertio vtrum ſuperior differentia dicatur genus, reſpectu inferioris, vt ſenſibile, reſpectu rationalis, ſicut animal, reſpectu hominis. Et videtur quod ſic quia hęc eſt prædicatio directa, rationale eſt ſenſibile, ergo alicuius prædicabilis, & non ſpeciei, neq; proprii, neq; accidentis, neq; differentiæ, ergo generis

2.

¶Secundo ſic. hæc differentia in ſingulari demonſtrata, eſt indiuiduum, ergo alicuius ſpeciei oportet ſit, ergo de ly rationale, ergo ly rationale eſt ſpecies. & non videtur cuius generis, niſi de ly ſenſibilę.

In cõtrariũ

¶In contrarium eſt, quia incorporeum eſt ſuperior differentia ad irrationale, & tamen non poteſt dici de eo, quia non dicitur irrationale, eſt incorporeum.

ad q̃ſtionem.

¶De hac quæſtione, quia non fit expreſſe mentio a. ſ. Tho. eſt diuerſa opinio inter doctores, & maxime inter thomiſtas.

Capreolus.

Nam Capreolus tenet, quod differentia ſuperior, nõ eſt de conceptu quidditatiuo differentię inferioris: & ſic non includitur formaliter in inferiori. Et ſic reſpondet negatiue ad quæſtionem.

Socinas.

Quem ſequitur Paulus ſocinas, in ſua meta, li. 7. Q. 37. Dominic⁹. 7. metaphi. Q. 24. ar. 5. (vt allegatur a Petro bruxelenſi, Q. 5. libri prædicabilium). Diſtinguit ſic, differentia vltima poteſt dupliciter conſiderari: vno modo materialiter, & quãtum ad illud quod eſt, & ſic rationale, eſt animal habens rationem. Et ſic vltima differentia includit pręcedentes. Alio modo poteſt conſiderari formaliter, ſecundum quod eſt conſtituens ſpeciem: & contrahens genus. Et ſic vltima differentia, non includit pręcedẽtes.

Bruxellem.

Et Petrus bruxellem. Addit, forte iſta quæſtio eſt verbalis, & ponit ſuam opinionẽ Probabile eſt quod inferior differentia, includat ſuperiorem.

S. Tho.

Dicit enim ſ. Tho. 7, meta, ſuper comen, 43, quod poſterior differẽtia, includit inſe omnes præcedentes. Et ſic dicit cum philoſopho, quod vltima differentia, eſt tota ſubſtantia rei. Quod eo dicit, qa alias diffiniendo hominem, oportebit dicere animal habens pedes, niſi bipes includat: hoc quod eſt habere pedes. Et ſic dicit ibi ſ. Tho, quod habens pedes, diuiditur in alias differentias: & quod bipes manifeſte includit, habens pedes. Et de ente & eſſentia dicit, quod genus ſe habet ad differentiam: ſicut ſubiectum ad paſſionem. Vbi dicit expoſitor, quod genus eſt de intellectu differẽtię, ſed ſuperior differentia eſt de intellectu generis, ergo eſt de intellectu differentiæ inferioris.

ad argumẽta

¶Ad argumenta in contrarium, tenẽdo opinionem quod inferior differentia, ſit ſpecies reſpectu ſuperioris, oportet ſolum reſpondere dicendo, quod intelligi debet inferiorem eſſe ſpeciem ſuperioris: in qua includitur formaliter ipſa ſuperior. Et quia in irrationale, non includitur incorporeum, nõ eſt ſpecies reſpectu eius, tamen reſpectu inanimati, & ſenſibilis, poteſt eſſe.

Dubium.

¶Eſt hic Dubium, ad intelligentiam huius prædicabilis tertii: an differentia ſit ſubſtantia, vel accidens? dicendum eſt, quod ipſa

Solutio.

differentia non poteſt dici accidẽs, proprie loquẽdo, quia neq; accidens proprium, neq; commune: ſed poteſt dici ſubſtantia, ad modum quo forma ſubſtantialis, dicitur ſubſtantia quia ſubſtantia conuertitur cum ipſa ſpecie, ob id rationale idem quod homo, &

ſecundum

ſecundum rem idem ſignificat. Quia cum non reperiatur rationale, ſine eo quod determinat, ſ. animali, & animal cum rationali hominē conſtituat: ſequitur quod rationale eſt idē quod homo.

CAPITVLVM. IIII. De proprio.

Textus.

1. Modo. PRoprium autē quatuor diuiditur modis
Nam proprium eſt
id, quod ſoli cuipiā
accidit ſpeciei, & ſi
non omni, vt homini
accidit mederi, aut
2. metiri, & id item, quod vniuerſę accidit
ſpeciei, & ſi non ſoli, vt hominem bipe-
3. dem eſſe, & etiam id, quod ſoli accidit,
& omni, & quādoq; vt omni homini
4. in ſenectute caneſcere. Quartum autem
eſt id, in quod omnia cōuenerunt, vt ſoli, & omni, ſemperq; accidat: quale eſt riſibile reſpectu hominis. Nam homo, & ſi non ſemper ridet, riſibilis tamen dicitur, non ex eo: quia ſemper rideat: ſed quia aptus eſt ad ridendum. Hoc autē ipſi ſemper eſt inſitum: quemadmodū & equo ipſum hinibile. Hæc vere propria inquiunt eſſe, quia in ipſis fit & conuerſio. Si enim homo, eſt riſibile: & ſi eſt riſibile, eſt etiam homo.

QVÆSTIO PRIMA an hic textus ſit verus.

PRo declaratione textus, quæritur primò, vtrum ea quæ hic circa quartum prędicabile tradita ſunt: ſint conuenienter dicta? & arguitur quod non.

¶Primo. Contra illam primam accceptionē proprii, &c. Nam vel eſſe medicum, aut geometram, capitur pro aptitudine ad ſciētiam, vel pro habitu ipſo: ſi pro habitu: non eſt proprium, ſed accidens cōmune, eo modo quo albedo eſt accidens. Non enim fluit ab intrinſeco talis habitus, ſed ex mera volūtate id pendet. Si vero capiatur primo modo, tunc eſt proprium quarto modo, cū talis aptitudo per naturam conueniat homini, ſicut eſſe diſciplinę ſuſceptiuum. Sic ait Ariſto. 1. meta. inclinatio, & aptitudo ad ſciētiā, eſt homini naturalis, ex principiis eſſentialibus eius. Et ſimili argumento probatur non recte poſitum proprium tertio modo. Nā ſi caneſcere pro habitu ſumatur, eſt merum accidens commune, proueniens ex cerebri humiditate corrupta a cōplexione vel aliquo alio extrinſeco, ſicut & contingit hominem eſſe album. Si tamen caneſcere aptitudinem dicat, eſt a natura ipſius hominis: & ſic proprium quarto modo. — *1. arguitur.* *Ariſto.*

¶Ad hoc communiter eſt Solutio, ibi eſſe geometram vel medicum, accipi non prout dicit aptitudinem: ſed prout dicit habitum. Et licet habitus ipſe, aptitudo quędā, & potētia ſit, ad actū ſciendi, eſt tn̄ differentia inter iſtā aptitudinē, & potentiā, & illā, q̄ eſt ad ridendū. Quia potētia ad ridendū, eſt potētia in ſe cōpleta per naturā, ſine aliqua hōis volūtate, vel aliquo ſuperaddito. Sed tn̄ aptitudo ad ſcientiam, non eſt per naturā cōpleta, quia indiget habitu, & ipſe habitus indiget volūtate ipſius hōis, ad adqrendū eū. Ob id diſtinguitur a proprio quarto modo, ſiue capiatur ꝑ aptitudine, ſiue pro habitu ipō. Et qn̄ inters, ſi capiatur ꝑ habitu ipō eſt accidēs cōe: negandū erit. Quia inclinatio & aptitudo eſt per naturam ad talē habitum, q̄ non ſic eſt ad alia cōmunia accidētia. Et licet hęc ſit cōmunis ſolutio, & ſufficiens, ſuppoſito quod eſſe medicum, & eſſe Geometram, ſint potentię, gratia exempli propter inclinationem quam habet homo, ad ſcientiam. — *1. Solutio.* *Duplex apti tudo.*

Sed poſſet dici (vt notat Soto in iſto loco) Porphyrium intellexiſſe in ſpeciali, eſſe proprium primo modo penes hoc, q̄ hominibus quibuſdā, & non omnibus, eſt quædam peculiaris inclinatio, ad hanc, ſcientiam, & non ad illam: quæ proprietas non eſt in aliis. Et ſic ſunt aliqui ob id apti — *2. Solutio.*

ad vnam ſcientiam, & alii ad eandem ſunt inepti. Siue proueniat a complexione, ſiue a cœleſti conſtellatione.

¶ Ad aliud adductum, circa proprium tertio modo: dicendum. Ibi caneſcere ſumi nō pro habitu, nec ſolum pro aptitudine: ſed ꝓ aptitudine ſimul, cum cerebri qualitate, ex quo pendet ipſa canities. Nam calor cerebri defficiens, non poteſt humidum natura le digerere. Et ea ratione non ſemper eſt actus caneſcendi, nec tota cauſa. Nam licet ſit aptitudo in iuuene, defficit aliud. ſ. humidi corruptio. Ob id qui groſsiores habēt capillos, facilius caneſcunt, quam qui ſubtiliores, propter humidi abundātiam, quam habent illi. Qua propter ſemper eſt verum, eſſe proprium hominis caneſcere tertio modo capiēdo. Et licet mulo, & equo cōueniat habere pillos albos: non tamen canities eſt, ſed alia paſsio quæ non eſt illis propria, neq; omnibus conuenit (vt conſtat).

2.argumētū ¶ Secundo principaliter arguitur contra literam Porphyrii, quod proprium q̄rto modo non ſit bene poſitum. Nam vel conuenit omni ſpeciei, ratione eſſentiæ, hoc eſt ꝓpter formam ſpecificam, aut aliunde ab extrinſeco. Si primo modo, oportet eſſentialiter prędicetur, eo modo quo differentia, quia eſſentię conuenit, & eſt de quidditate, & eſſentialiter prędicatur. Vel ſecundo modo. ſ. aliunde, & tunc non erit prędicabile diſtinctū ab accidenti communi, quod eſt quintum prędicabile. Et quidem poſſet argumentum cō

Cōfirmatur firmari, ex hoc, quia proprium vel ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, in linea recta, vel vt differentia ad latus: ſed non in linea recta, quia nec genus, neq; ſpecies, nec ad latus: quia differentia non eſt, ergo ponitur extra coordinationē prędicamentalem, ſed quod ſic ponitur, accidens commune eſt.

ad argumē. ¶ Ad hoc dicendum, quod proprium cōuenit omni ſpeciei ratione eſſentiæ. Et quādo infertur: ergo debet eſſentialiter prædicari, negatur conſeq̄ntia. Nam ad hoc quod aliquid de aliquo eſſentialiter prędicetur, non ſufficit fluat ab eſſentia eius: ſed requiritur ſit de eius eſſentia tanq̄ pars intrinſeca: ſicut genus, & differentia, & quia proprium. ſ. riſibile, non dicit partem intrinſecam, hinc eſt non prædicari eſſentialiter, ſed accidentaliter, ad differentiam differentiæ, quę partem dicit intrinſecam.

¶ Ad confirmationem dicendum, quod ſi accidens ſumatur vt eſſe ſit, non eſſe per ſe, ſed in ſubiecto, ſic proprium, quia ſubſtātia non eſt, accidens dicitur, ſi tamen capiatur accidens pro hoc quod eſt non eſſe de eſſentia, nec fluere ab eſſentia, proprium non dicitur ſic accidens, quia licet non ſit de eſſentia, fluit tamen, & ob hoc conſtituit quartū prędicabile diſtinctum. Et ſic ſequitur, quod proprium ponitur in prædicamento accidētis, & diuerſa propria in diuerſis prædicamētis. Vt intellectus, & voluntas, ſenſus, ſunt propriæ paſsiones, tanq̄ naturales potentię & ponuntur in ſecunda ſpecie qualitatis. Et triangulus, quadrangulus, ponuntur in quarta quæ ſunt paſsiōes lineę. Et habere tres angulos ęquales duobus rectis, ponitur in prædicamento quantitatis, & eſt propria paſsio trianguli. Non obſtante quod triangulus, ſit in prędicamēto qualitatis. Impertinēs eſt. n. quod ſubiectum & paſsio in eodem ponantur prędicamento, (vt dicemus). vide. ſ. tho. p p. q. 77. ar. 1 ꝑ ſolutiōe cō firmationis.

QVÆSTIO SECVNDA Circa quartum prædicabile.

Secundo q̄ritur principaliter, vtrum proprium, & id cuius eſt, realiter diſtinguantur?

1. arguitur. ¶ Et arguitur qđ nō, aliqua propria paſsio a ſuo ſubiecto non diſtinguitur, & nō eſt potior ratio de vna quā de omnibus, ergo nulla diſtinguitur. Patet maior, de paſsionibus entis. ſ. vnū, verum, bonum, &c. Quæ non diſtinguntur ab ente, niſi ratione tantum. (Vt Ariſtote. 10. meta. tex. co. 5. probat) & ſ. Tho ibidem, & Q. 1. de veritate. ar. 1. & cōmunis ſchola philoſophorum ſic tenet. Ariſto. S. Tho.

2. ¶ Secundo ſic. Si proprium eſſet accidens a ſuo ſubiecto diſtinctum, vel eſſet in diuiſibile, vel extenſum per partem, vel per totū: ſed nullum iſtorum eſt dicendum. Nō primum, quia cum actus ridendi materialis ſit, & exerceatur organo corporali, non eſt indiuiſibile

diuiſibile. Nec extenſum per partem ſolum quia non apparet in qua parte, neq; per totũ quia tũc de pede diceretur qđ eſſet riſibilis.

¶ In contrarium eſt, quia potentię animæ ſunt propriæ paſsiões animę, & ab ea diſtinguntur realiter, ſed non eſt potior ratio de vna ꝓpria paſsione, quam de aliis, ergo omnis diſtinguitur a ſuo ſubiecto.

¶ Iſta quęſtio licet non pertineat ad dialecticum, ſed potius ad phiſicum, vel metaphiſicum, quia tamen fere omnes mouent in iſto loco, oportet adducere. De qua ſunt varię

Varię opini. Scotus.

ſententię. Doctor ſub, ſuppoſita ſua opinione de qua nos fecimus in principio huius libri mentionem, de diſtinctione formali, ab eo inuenta, quæ media eſt, inter realem & rationis, dicit, propriam paſsionem a ſuo diſtingui ſubiecto, non ratione ſolum, vt dicere habent nominales, nec realiter vt res & res vt vr̃ dicere ſ. Tho ſed formaliter. Idẽ fatetur de potentiis animę. Quod ponit in. 2. ſen. d. 16 Q. vnica. Et id probat. Quia ſecluſa operatione intellectus, homo & riſibile habent diffinitiones diſtinctas, quia homo eſt animal rationale, & riſibilitas eſt aptitudo ad ridendum, ergo vnum nõ eſt aliud, & ſic diſtinguntur. Item quia ſecluſa omni operatione intellect⁹, ſubiectum eſt ipſe homo, & riſibilitas, eſt paſsio quę ponitur in ſubiecto: ſed ſubiectum & accidens diſtingui neceſſe eſt, ~~ergo~~. Et quod realiter non diſtinguãtur, eo probatur, quia realiter diſtingui eſt ſicut res & res, ſed riſibilitas non ~~ſic~~, cum riſibilitas fluat ab eſſentia hominis, & ſic quodammodo continetur in homine, hęc ex Scoto.

Sen. d. 16. q. unica

2. Opinio.

¶ Secunda opinio eſt nominalium dicẽtiũ, quod ſi propria paſsio ſumatur pro accidente quod fluit ab eſſentia rei, nõ diſtinguitur a ſubiecto ex natura rei, ſed ſicut homo per animam intelligit, ſic & per animam ridet, & per animam viuit, & ſic dicunt de intellectu, & voluntate & probant argumentis poſitis in principio quęſtionis, & aliis ſic. Pluralitas in rebus ſine neceſsitate ponẽda nõ eſt ſed ſi propria paſsio & ſuum ſubiectum diſtinguerẽtur, pluralitas poneretur, & ſine neceſsitate, quia homo eo ipſo quo animã habet, & corporale organum, habẽt potentiã ridendi, ergo non eſt opus ponere aliquam rem diſtinctam ab ipſo homine, vel ab ipſa eſſentia eius.

3. Opinio

¶ Tertia eſt opinio doctoris. S. qui ex profeſſo non tractat quæſtionem in propriis terminis, ſed tamẽ quia ipſe in. p. p. Q. 77. ar. 1 concedit quod potentię animæ diſtingũtur ab anima, & alibi dicit, quod potẽtię animæ ſe habent ſicut propria accidentia ſubiecti: voluerunt quidam abſolute ei tribuere hãc opinionẽ, qđ oĩs paſsio diſtinguatur realiter a ſuo ſubiecto. Et quidam modernus in ſuis prædicabilibus, in pręſenti loco dicit eũ tenere conformiter ad Boetium, ſ. propriam paſsionem diſtingui realiter a ſubiecto. Verum magiſter Soto. Q. 2. de proprio, exactius conſiderans Doctoris ſancti ſentẽtiam ponit in ſententia ex mente doctoris. S. nõ omnem paſsionem diſtingui realiter a ſuo ſubiecto, ſed tamen aliquam diſtingui. Pro quo ſit.

Aliqua propria paſsio diſtinguitur realiter a ſuo ſubiecto: & aliqua non.

1. Cõcluſio.

¶ Prima concluſio, omnis propria paſsio q̃ eſt potentia reſpectu realis operationis, vel accidentalis, diſtinguitur a ſuo ſubiecto realiter, ſiue ſit potentia actiua, ſiue paſsiua, vt intellectus. Quia potẽtia paſsiua ad realiter recipiendum ſpecies diſtinguitur a ſuo ſubiecto, & ſenſus, & voluntas. Probatur ſic, tales potentię ab Ariſto. in ſecunda ſpecie q̃litatis ponuntur, & ſecundo de anima vocat eas partes animę. &. b. p Auguſtinus, 15. de trini. c. 7. dicit intellectus & voluntas, non ſunt idem quod homo. Si ergo ita eſt ſequitur tales paſsiones diſtingui a ſuis ſubiectis.

Ariſto.

Auguſtinus

¶ Secundo ~~ſic~~, in rebus omnibus corporalibus & inſenſibilibus experientia cõſtat, res per ſuas virtutes operari ſuperadditas: vt ignis per calorem calefacit, & aqua per frigiditatem frigefacit, & ſol per lucem illuminat, & terra producit diuerſas herbas, & germina diuerſa: iuxta diuerſam virtutem a Deo receptam, iuxta illud geneſeos producat terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum, cuius ſemẽ, & c. Et ſic plãtæ habẽt virtutes productiuas, quæ ſunt earũ accidentia, & diſtincta ab eſſentia.

¶ Et patet particulariter de riſibilitate, nã cum ſit potentia corporalis ad ridendum: oportet ſicut alię potentię diſtinguntur a ſuis ſubiectis, & etiam ipſa diſtinguatur. Et cõſtat quidem quod ſit corporalis. Nam ꝓpter gaudium dilatatur ſanguis a corde, qui extẽdens partes faciei calore: cauſat riſum in ore ſicut ecõuerſo, ex mœrore repẽtino, ſãguine

qđ exacte pbat egidius qlib.6.q.12. itaut mā actuata pformā causa dicat accidentalium q̄ne cōcomitantur vel consequunt rei naz.

currente ad cor, oculi conſtricti lachrimas exprimunt. Sed hoc non poſſet fieri niſi ipſa potentia ridendi eſſet corporalis, ergo ipſa corporalis eſt. Et ſi corporalis, ſequitur diſtingui ab ipſa eſſentia realiter: quia cum ſit diſtinctio non rationis, quia etiam ſecluſa operatione intellectus reperitur: ergo eſt realis, cum formalis diſtinctio non ſit ponēda, ſecundum. ſ. Tho. Nec aliquis antiquorum poſuit eam.

2. Cōcluſio. ¶ Secunda concluſio, proprium quod potētia non eſt. Non eſt neceſſe diſtinguatur a ſuo ſubiecto. Patet. Quia ratiōes poſitæ quare propria paſsio debeat diſtingui a ſuo ſubiecto, procedunt ratione potentię ad ſuam operationem, quia non poteſt ſtare talis potentia, ſine hoc quod ſit virtus diſtincta, ab ipſa cui[9] eſt: ergo ſi ſit aliqua propria poſsio quæ non ad operationem ponitur, nō eſt opus eam diſtingui a ſuo ſubiecto. Et in hoc ſenſu multi impugnāt doctorem. S. putātes eum concedere in vniuerſum, omnem paſſionem diſtingui, quia poſuit exemplum de potentiis animę. Et in animę potentiis verū eſt, ſed non eſt neceſſarium quando potentię non ſunt, vt ex Ariſto. in loco citato probatum eſt, paſsiones entis non diſtingui ab ente, vt vnum, verum, bonum, quia nullo modo poteſt aliqua ratio abſtrahi ab vno, vel vero. &c. Quin in tali re abſtracta, ens includatur. Et ſic quomodocunq; vnitas ab ente, ibi eſt ens. Secus tamen eſt potētia nutritiua, & intellectiua, & ob id dicit. ſ. Tho. in loco citato, quod potentia materiæ licet ſit propria paſsio, nō diſtinguitur a materia: quia non eſt potentia ad operationem realem, vel accidentalem, vel ad recipiendum in ſe accidentalem operationem, ſed ad ſubſtantialem actum. Sic ſtādo in iſta opiniōe.

ad argumēta ¶ Ad argumenta. Solutio. patet ex dictis in ſecunda iſta concluſione. Concedimus enim aliquas paſsiones non diſtingui, nō tamen ſequitur: quod nullę diſtinguantur: ſed ſolum illę non diſtinguntur: quæ non dicunt potentiam actiuam, vel paſsiuam.

¶ Ad ſecundum, concedo riſibilitatem eſſe accidens corporale, & diuiſibile, ſicut eſt potentia nutritiua, licet non videatur concedēdum, per totum hominem extendi ſicut ſenſus tactus, quia ſolum in facie ſuam exercet operationem. Et forte in corde eſt, quia potentia eſt in organo ſuæ operationis, & cum ſit cor organum riſus, videtur ibi ſit ponendum tale proprium. Nec ſequitur ex hoc, ~~quod ſit propria paſsio~~, quod ſit intenſibilis, & remiſsibilis, quia non omni accidēti id conuenit, ſed ſolum qualitatibus, quæ ſunt in prima, & tertia ſpecie. Nam neq; conuenit quantitati, quæ eſt accidens, neq; conuenit ſecundę ſpeciei, neq; quartę qualitatis.

¶ Habes ergo ſolutam queſtionem riſibilitatem eſſe propriam paſsionem, & fluere ab eſſentia, non ſic tamen, quod dicatur ꝓprie effectus eſſentię, vel ſubiecti. Non enim ꝓpria paſsio alia actione diſtincta producitur quam ſuum ſubiectum. Quinimo eo quod producitur ſubiectum, comproducitur & ꝓpria paſsio. Sed dicitur fluere, quia prius natura ſubiectum habet eſſentiam, & poſteri[9] proprias paſsiones. Ob id. ſ. Tho. 1. p. Q. 77 ar. 6. dicit, quod paſsio fluit ab eſſentia, in genere cauſę finalis, Quia paſsio ꝓpter eſſentiam, & quodāmodo in genere cauſæ effectiuę. Quia cōproducitur, & conſequitur ad productionem ſpeciei, & in genere cauſæ materialis, quia prius natura eſſentia eſt in ſuppoſito, quam paſsio. Et quia ſic eſt potentia ad actum, eſt realiter diſtincta a ſubiecto, & quia realiter diſtincta, poteſt per Dei potentiā a ſubiecto ſeparari per miraculum, & vnum ſine alio conſeruari, quia non repugnat, quādoquidem eſt diſtinctio realis, & neutra eſt de intrinſeca quidditate alterius. Et poſito intellectus, & riſibilitas ab hōine ſeparentur per Dei potentiā, diceretur nihilominus homo intellectiuus, & riſibilis: quia ſemper haberet illam aptitudinem in potentia propinqua, ſi ei daretur intellectiua potētia, & riſibilitas. Nec eſſet in caſu dicendum vt aliqui putant Thomiſtę, quod ablata illa riſibilitate, ſtatin alia flueret. Nam hoc eſſet ſi eſſentia hominis produceret ipſam, ſed non eſt ſic. (Vt diximus). Ob id a ſolo Deo autore ipſius eſſentiæ poſſet rurſus dari.

Reſolutio q̄ſtionis

S. Tho.

¶ Hic notandum, has prædicationes: rationale eſt riſibile, & animal eſt riſibile, & ſubſtantia eſt riſibilis. &c. Eſſe prædicationes doctrinales. Prima enim connotatio ſubiecti, præſupponitur ad connotationem prędicati. In aliis duabus, propria paſsio prædicatur de ſuperiori. Sicut in ſimili Ariſto. in tertia figura probat habere tres angulos æquales,

æquales. De figura, ſic. Triangulus habet tres angulos, & triangulus eſt figura, ergo ſigura habet.

CAPITV.QVINTVM. De quinto prædicabili ſcilicet accidenti.

Textus.

ACcidens autem eſt quod adeſt, atq; abeſt, ſine ſubiecti corruptione. Diuiditur autem in duo. Aliud eſt enim ſeparabile, aliud inſeparabile. Atq; dormire quidem accidẽs ſeparabile eſt: nigrum autem eſſe coruo ęthiopi ve inſeparabiliter accidit. Mente tamen, cogitatione ve coruus albus. Et ęthiops non niger, ſine ſubiecti corruptione concipi poteſt. Diffiniunt etiã & hoc pacto. Accidens eſt, quod in eſſe, ac non ineſſe, eidem poteſt. Et qđ neq; genus, neq; ſpecies, neq; differentia neq; proprium eſt, ſemper autem eſt in ſubiecto.

QVÆSTIO DE ACcidente, vnica.

1. arguitur. QVeritur. Vtrum iſtud prædicabile quintum differat a q̃rto Et videtur quod nõ Quia nullum eſt accidens cõmune, ſed quodcunq; ſit illud eſt proprium. Patet, ſi aliquod eſſet commune maxime eſſet albedo. Sed albedo eſt accidens proprium. Patet, quia ſibi determinat ſubiectum proprium, quia non poteſt eſſe niſi in ſubiecto.

2. ¶Secundo ſic. Omne accidens commune, eſt proprium indiuidui, & fluit a principiis indiuidui, ſed hoc eſt eſſe proprium: ergo omne accidens commune eſt accidens proprium.

¶In contrarium eſt autoritas Porphyrii, & veritas ipſa. In contrarium

¶Pro ſolutione quæſtionis notandum, dupliciter poſſe intelligi ſubiectum accidẽtis, vno modo inheſsionis, alio modo tanq̃ cauſę quodãmodo efficientis a quo fluit tale accidens. Nam verbigratia, poteſt albedo in ordine ad ſubiectum conſiderari inquantũ inhęret alicui ſubiecto, alio modo tanq̃ qđ fluit & emanat a ſubiecto. 1. Notandũ.

¶Secundo eſt notandum, accidens cõmune conuenire quidem indiuiduo, & ſpeciei. Nam & Ioannes eſt dialecticus, & homo eſt dialecticus, & accidens proprium, & conuenit indiuiduo, & ſpeciei, quia homo eſt riſibilis, & Ioannes eſt riſibilis. Verum eſt differentia, quia accidens cõmune primo & principaliter conuenit indiuiduo, & quia conuenit indiuiduo, etiam conuenit mediate ſpeciei. Sed riſibile cõuenit primo ſpeciei, & deinde mediate conuenit indiuiduo. Ratio eſt quia cum accidens proprium fluat ab eſſentia, & eſſentia, primo conſideratur in ipſa ſpecie, & deinde in indiuiduo participante naturam ſpeciei: ſi reperitur in indiuiduo eſt, quia primo in ſpecie repertum eſt. Sed accidens commune cum de ratione ſua ſit eſſe in alio, & quod maxime ſubiectum eſt accidentium, eſt prima ſubſtantia, ſeu indiuiduum, hinc eſt quod primo in indiuiduo cõſideratur, & deinde cum ſpecies contineat indiuidua, accidens reptum in indiuiduo: conſideratur in ſpecie Ea, n. ratiõe homo eſt dialecticus, quia Ioannes eſt dialecticus. Non enim albedo eſt de eſſentia hominis, ſed ꝓuenit ratione materię indiuiduantis, ſ. quia homo in hac, vel illa regione natus eſt. Ob id quidam homines albi, alii nigri. Ad quæſtionem reſpondetur per concluſiones. 2. Differentia inter accidẽs ꝓpriũ & cõe

¶Prima concluſio, licet quodlibet accidens habeat proprium ſubiectum inheſsiõis, ſolũ tamen proprium accidens, quod eſt quartũ prædicabile, ſibi determinat ſubiectum, a cuius eſſentia fluit ipſum proprium. Hæc concluſio patet ex notatis, nam cum de natura accidentis ſit inhęrere, & ſine ſubiecto naturaliter reperiri nõ valeat: omne tale ſubiectum inheſsionis determinat. Secunda pars concluſionis conſtat: quod. ſ. ſolum accidẽs 1. Cõcluſio

proprium

proprium ſibi determinat ſubiectum, a cui⁹ eſſentia fluit. Patet. Nam albedo & cætera accidentia ſimilia, nullum tale determinant quia a nullius fluũt eſſentia, riſibile tamẽ, & diſciplinæ capax, ſibi determinant, quia ab eſſentia manant.

2. concluſio. ¶ Secunda concluſio, proprium accidens quartum prædicabile differt ab accidẽte cõmuni, quod conſtituit iſtud quintum prædicabile, quia illud primo conuenit ſpeciei, & hoc ſolum indiuiduo. Hęc etiam concluſio eſt manifeſta ex ſupradictis. Nam ſi quis q̃rat ab aliquo, quare homo theologus eſt? nõ poteſt aliud reſpondere: niſi quia Ioannes, vel Petrus theologus eſt. Et hoc nõ ob aliud niſi quia eſſe theologum, cum ſit accidens commune. nõ reſpicit niſi ſolum indiuiduũ. Si tamẽ quis petat, quare hõ eſt riſibilis? nõ dicet, quia Ioannes eſt: ſed quia homo animal rationale eſt, a cuius eſſentia fluit ipſa riſibilitas. Quia eſſentia per prius in ſpecie q̃ in indiuiduo. Sequitur ergo differentiam eſſe inter iſta duo prædicabilia, penes hoc, quod vnum fluit ab intrinſeco, & principiis ſpeciei: & aliud. ſ. commune, ſolum ab indiuiduo immediate. *reſpicit*

Obÿcitur. ¶ Sed contra hoc eſt argumentũ, & tangitur a Porphyrio in litera, ſicut accidens proprium conſequitur totam ſpeciem, ſic etiam aliquod accidens commune, ſaltin illud qđ inſeparabile eſt, vt eſt nigredo in coruo, albedo in cigno, & calor in igne, frigiditas in aqua. &c. Ergo ſaltin iſta dicenda ſunt accidentia propria, quia & determinant ſubiectum inheſionis, & etiam a quo fluunt. Alias daretur aliquis coruus nõ niger, ſicut datur homo non theologus, vel qui non ſit dialecticus.

Solutio. ¶ Ad hoc reſpondet porphyrius idẽ in litera, quod non obſtante hoc, adhuc nigredo in coruo eſt commune accidens. quia per intellectum abſtrahitur talis nigredo, ab ipſa corui ſubſtantia. Et non ob aliud, niſi quia emanat ſolum ex materiæ diſpoſitione. Ita vt quod in hominibus facit clima, vt quidã nigri, alii, albi, facit in coruo calidiſsima cõplexio. Ob id dicit Albertus magnus, quod ſi coruorum nidus eſſet in montibus frigidis, & oua coruorum circũlinerent argento viuo, & viſcoſo humore anſeris, aut cati, naſcerentur corui albi. (Albert⁹ magnus) *tur*

Replicatur. ¶ Sed contra poſſet eſſet replica, ex ſupradictis. Quia eodem modo quo ſolum per intellectum poteſt nigredo ab eſſentia corui ſeparari, poteſt & riſibilitas proprium, ab ipſo homine, quandoquidem realiter diſtingũtur, ergo ſequitur quod vel nigredo in coruo eſt accidens proprium, ſicut riſibilitas, vel riſibilitas eſt commune, ſicut nigredo in coruo. Reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt, quia alia, & alia eſt abſtractio. Nam in coruo ſic fit abſtractio, quod plane conſideratur nigredo: ſine corui eſſentia. Nec conſideratur ſolũ ſeparata, ſed etiã velut diſparata, & ab eſſentia nõ fluens: ſed tamẽ riſibilitas quantũcunq; ab eſſentia hominis abſtrahatur, conſideratur etiam ſic abſtracta, velut fluẽs nichilominus ab eſſentia ipſius hominis, & tanq̃ aliquid quod naturaliter conſequitur naturam eius. Solutio.

¶ Hic ſolent moueri ab aliquibus aliæ quæſtiones. ſ. vtrum, accidẽs poſsit eſſe ſine ſubiecto? & vtrum habeat aliud eſſe a ſubiecto? ſed quia alias conuenientius, omittimus in præſentiarum.

QVÆ COMMVNIA quæ ſua vnicuiq; vocum quinq; ſint.

Diffinitis autem vniuerſis, quæ erant propoſita, genere, inquam, ſpecie, differẽtia, proprio, & accidente, dicendum eſt quæ nam cõmunia, & quæ propria vnicuiq; ſint. Commune hoc itaq; omnibus ineſt, de pluribus prædicari, ſed genus quidẽ de omni ſpecie ſua, & de indiuiduis, q̃ ſunt ſub vna quaq; ſpecie, prædicatur. Et differentia ſimili modo. Species autem de indiuiduis, quę collocãtur ſub ipſa. Proprium vero de ſpecie, & indiuiduis ſpeciei: & accidens de ſpeciebus & indiuiduis prędicatur. Animal enim de equis, hominibus, & bobus, quæquidem ſunt ſpecies, prædicatur: & iten de hoc equo, 1. Textus.

&

& de hoc boue, atq; de hoc homine, q̄ indiuidua conſtat eſſe. Irrationale autē de boue, de equo & de ſingulis ſimiliter prędicatur. Homo vero, quiquidem eſt ſpecies, de ſingulis ſolum hominibus dicitur. Et proprium de ſpecie, cuius eſt ꝓprium: & de indiuiduis, quæ collocantur ſub ipſa: riſibile enim de homine, & de ſingulis hominibus prędicatur. Nigrū autem de coruorum ſpecie, & de ſingulis dicitur coruis, atq; de ęthyopibus ſimili modo: quod quidem inſeparabile accidēs eſt, vt patet. Moueri quoq;, qđ accidens eſt ſeparabile, de equo atq; homine, & de eorum indiuiduis dici ſolet: verum primo quidem de indiuiduis, ratione vero ſecunda de ſpeciebus: etiam, quæ indiuidua continēt prędicātur.

Ter.2. Cōia generis cum differentia.

¶ Commune eſt generi, ac differentię, ſpecies continere. Cōtinet & differentia ſpecies, & ſi non omnes eas, quas genus continet. Rationale namq;, & ſi non expertia rationis, vt animal: Deum tamē ac hominem: quæ ſunt ſpecies continet. Pręterea vt quę de genere, vt genus eſt prędicantur: & de ſpeciebus: quę ſub ipſo ſunt prædicantur: ſic q; etiam de differentia, vt differentia eſt dicuntur, eadē de ſpecie: quæ ex ipſa conſtat, ſimiliter prędicantur. De animali namq; quod quidem genus eſt: & ſubſtantia: & animatum: & ſenſitiuum: vt de genere cū dicātur: eadem & de vniuerſis: quæ ſub animali vſq; ad indiuidua ſunt prædicantur. De rationali quoq;, quodquidem eſt differentia: hoc ratione, inquam vti, idē tidem cum prędicetur, idem non ſolum de rationali: ſed etiam de ſpeciebus rationalis: atq; indiuiduis ꝓdicabitur. Cōmune etiam inſuper illud etiam eſſe patet: vt ſi genus tollatur vel differentia: vniuerſa continuo: quę poſita ſunt ſubipſis tollantur. Etenim vt ſi non ſit animal: homo non eſt: neq; etiam equus: ſic ſi non ſit rationale: nullum animal prorſus erit, quod ſit particeps rationis.

Propria generis ac differentię.

¶ Proprium vero genus eſt: de pluribꝰ quam differentia, ſpecies, proprium: atq; accidens: prędicari. Nam animal quidem de homine dicitur, equo, aui, atq; ſerpenti: quadrupes autem: de hiſce tantūmodo dicitur: quę quatuor pedes habent: homo vero de indiuiduis ſolū humanis: & hinibile de ſolo equo ac ſingulis equis: & accidens de pautioribus ſimili modo. Atq; ſumedę ſunt hę differētię, quibus diuiditur genus, non hæ ex quibus generis ſubſtantia conſtat. Pręterea genus quidem potentia differentiam cōtinet. Animal enim partin particeps, partin expers eſt rationis. At differentię nō continēt genera. Pręterea genus prius eſt hiſce differentiis quibus diuidi ſolet: id circo ſecum ipſam tollit: ſed ab ipſis non tollitur. Nam ſi animal tollatur, rationale ſimul irrationale ve continuo tollitur. Differentię vero genus non tollunt. Nam ſi vniuerſę quoq; tollantur, ſubſtantia, animata, ſenſitiua, mēte cognitione q; concipitur; quæ quidem animal eſt: vt patet. Pręterea genus quidē hoc ipſo, quid eſt: differentia vero hoc ipſo: quale quid eſt (vt dictum eſt) prædicatur. Pręterea genus quidem vnum eſt in vna quaq; ſpecie, vt eſt in homine animal. Differentię vero plures: vt rationale, mortale, mentis, atq; ſcientię ſuſceptiuum: quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus pręterea ſimile materiæ eſt: differentia formę. Sunt & alia communia: propriaq; generis, & differentię, hæc autem quę ſunt enumerata, ſufficiant.

Textus .3.

¶ Genus & ſpecies hoc habent cōmūe, de

que poſita ſunt

Cōia gene- de pluribus,inquam,vti diximus, præ-
ris & ſpeciei dicari,Species autem: vt ſpecies ſolum
non vt genus quoq́ ſumatur.Siquidem
ſi ſit idem ſpecies atq́ genus: commũe
eſt etiam ipſis: & ijs eſſe priora de qui-
bus dicuntur: & inſuper vtrunq́ totum
quid eſſe.

Propŕa gene- ¶ Differunt autem,quod genus quidẽ:
ris & ſpeciei ſpecies continet:ſpecies autem continen
tur:& nõ continẽt genera. Genus enim
ad plura:quam ſpecies pertinet. Pręte-
rea genera proſtrata oportet,vt quę q-
dem differentijs ſpecificis informata.
Species nimirum efficiant. Qua prop-
ter & priora genera ſunt natura:& ſecũ
ſpecies tollunt:& ab illis non tolluntur.
Nam ſi ſpecies quidem ſit,erit & genus
omnino,ſin vero ſit genus, non proti-
nus & ſpecies eſt. Et genera quidem de
quacunq́ ſpecie ſua vniuoce prędican-
tur,ſpecies autem de generibus non di-
cuntur. Pręterea genera quidem ambi-
tu ſpecierum, quæ ſunt ſub ipſis ſpeciẽ
quãq́. Species autem genera differẽtijs
ſuis exuperãt. Pręterea neq́ ſpecies ſum
mum genus, neq́ genus infima ſpecies
vnquam fieri poteſt.

Textus. 4 ¶ Generi commune cum proprio eſt,
Cōia generi ſpecies ſequi. Nam ſi homo eſt: animal
cũ proprio. eſt. Et ſi homo eſt,riſibile eſt. Commu
ne etiam eſt prędicatio ęqua,ęque nãq́
genus de ſpecibus: & proprium de indi
uiduis,quorum eſt proprium, prędica-
tur. Etenim ęque bos & homo eſt ani-
mal & Socrates,& Plato riſibile. Com
mune inſuper eſt & vniuoca prędicatio.
Et genus enim de ſpeciebus ſuis:& pro
prium de hiſce quorum eſt propriũ vni
uoce prędicatur.

Differentia ¶ Differunt autem. Genus enim eſt pri
generis & p- us:proprium poſterius. Eſſe enim ani-
prij. mal,deinde diuidi differentijs, proprijs
q́ oportet. Et genus quidem de pluribꝰ
ſpeciebus, Quarum eſt genus. Propriũ
autem de vna ſpecie tantum cuius eſt p
prium,prędicatur. Pręterea proprij qui
dem fit mutua prędicatio, generis autẽ
non fit. Neq́ enim ſi animal eſt,hõ eſt:
neq́ ſi animal eſt,riſibile eſt:ſin vero ho
mo eſt,riſibile eſt:& econtra. Pręterea
proprium quidem omni ſpeciei ineſt,cu
ius eſt proprium,& ſoli, ac ſemper. Ge-
nus autem omni quidem ſpeciei, cuius
eſt genus,& ſemper ineſt:non tamen ſo
li. Pręterea ſi propria tollantur: genera
non tolluntur:ſin vero genera tollantur
ſpecies continuo ſimul tolluntur:quibꝰ
peremptis,& propria ſimul pereunt.

¶ Generi autem & accidenti commune Textus. 5.
eſt,de pluribus,vti dictum eſt,p̃dicari:ſi Cōia generi
uę accidens ſit ſeparabile,ſiue inſepara- cũ accidẽte.
bile, Moueri namq́ de pluribꝰ,& nigrũ
de coruis, ęthiopibus ve,& quibuſdam
etiam expertibus anima, prędicatur.
Pluribus autem genus atq́ accidens di-
fferre videntur. Genus enim ſpecies, vt
patet,p̃cedit, accidens autem poſterius
ipſis eſt, etiam ſi accidens in ſeparabile
ſumatur. Prius enim natura id cui acci-
dit, accidente eſt. Et hiſce quidem, qui-
bus genus communicatur, ęque gene-
ris communicatio competit:hiſce vero,
quibus accidens communicatur, nõ æq̃
communicatio competit. Intenſionem
enim remiſsionem ve, communicatio
accidentium ſuſcipit:generum vero nõ
ſuſcipit. Et accidentia quidem primo in
indiuiduis ſunt:genera vero atq́ ſpecies
indiuiduis ſubſtãtijs priora natura ſunt,
& genera quidem de hiſce,quę ſunt ſub
ipſis,hoc ipſo quod eſt p̃dicantur: acci-
dẽtia autem hoc ipſo quale quid eſt, aut
quomodo ſe ſe habet res, prędicantur.
Qualis enim eſt ęthiops ſi interrogatus
fueris,

fueris,niger dixeris, & quomodo ſe ſe habet Socrates? ambulat reſponderes, Aut ſedet.

Tertius .6. hactenus q̃d genus a cęteris differat: nunc quid in ter ſe reliqua

¶ Genus igitur quo nam pacto a cæteris differret, iam diximus. Fit autem, vt vnũquodq́ꝫ etiam cęterorum a cęteris quatuor differat. Quare cum hę quinq́ꝫ quidem ſint, vnum quodq́ꝫ vero a cęteris quatuor differat, fit vt viginti omnes ipſorum differentię ſint. Quater enim quinq́ꝫ numerum prędictum conficiũt. At non ita eſt, ſed cum ſi ordine numeres, quod ſecũdo quidem loco numeras vna defficiat differentia, propterea quod eſt ea iã ſumpta, quod tertio vero, duabus: & quod quarto: tribus: & quod qn q́ꝫ, quatuor: decem iſtorum vniuerſę ꝓfecto differentię fiunt, quatuor: 3, 2, vna. Genus enim quo nam pacto a differentia, ſpecie, proprio, accidẽte q́ꝫ differt, (iam dictum eſt). Sunt igitur quatuor differentię. Differentia vero quo pacto quidem differat a genere, iam dictũ eſt, cũ dicebatur quo nam modo genus ab ipſa differret. Reſtat autem, vt quo nã modo differt ab ſpecie, proprio accidente q́ꝫ, dicatur. Atq́ꝫ tres hinc differentiæ emergunt, vt patet. Species rurſus quo quidem modo a differentia differt, dictum eſt. Cum quo nam pacto differret ab ſpecie differentia dicebatur, quo vero modo a genere differunt, dictum eſt, etiam: cum quo nam pacto genus differret ab ipſa ſpecie, dicebatur. Reſtat igitur, vt quo nam modo differt a proprio atq́ꝫ accidente, dicatur. Atq́ꝫ duæ iã & hæ differentiæ hinc oriuntur. Propriũ igitur reſtabit, vt quo nam pacto differt ab accidente, dicatur. Nam quo pacto ab ſpecie, differentia, genere q́ꝫ differt, dictum eſt ante, cum illa differre ab hoc dicebantur. Cum igitur generis ad cętera quatuor differentię ſumantur, vt diximus, differentiæ tres ſpeciei duę, ꝓprij vna, q̃ eſt accidentis, decem omnes iſtorum profecto differentię erunt. Quarũ quatuor, quæ ſunt generis ad cætera, vt diximus, nunc de inceps cæteras aſſeramus oportet.

Tertius.7 Cõ'a differẽtię cũ ſpecie

¶ Commune id itaq́ꝫ differentię eſt cũ ſpecie: ęque eſſe communicata. Singuli enim homines ęque ſunt homines, atq́ꝫ rationis participes. Eſt etiam & hoc cõmune, ſemper ijs ad eſſe quibus cõmunicatur. Semper enim Socrates rationalis eſt, ſemper q́ꝫ homo. Proprium differentiæ quidem eſt, ſemper hoc ipſo quale quid eſt prædicari, ſpecie autẽ, hoc ipſo quid eſt prædicari: nam ſi homo vt q̃le quid ſumitur, non tamen eſt ſimpliciter quale: ſed ea ratione, qua differentiæ generi coniunctę ipſum conſtituerunt. Pręterea differentia quidem in pluribꝰ ſæpe ſpeciebus videtur eſſe, vt quadrupes pluribus animalibus ſpecie diuerſis ineſt. Species autem indiuiduis ſolis in eſt, q̃ ſub ipſa ſunt collocata. Pręterea differentia prior eſt ſpecie, quæ ex ipſa conſtat, tollit enim rationale hominem, ſi ipſum tollatur, at homo ſi tollatur, rationale non tollit, eſt enim & angelus. Pręterea differentia quidem cum alia cõponitur differentia: rationale namq́ꝫ atq́ꝫ mortale: ad conſtituendum hominem componuntur: ſpecies autem cum ſpecie non componitur: vt alia qdem ſpecies oriatur: quidam enim equus cũ quodam aſino ad muli generationem concurrit: equus autem ſimpliciter cũ aſino compoſitus: non effecerit mulum. Differentię & proprium commune quidẽ habent æque, vt cõicent his quibus communicãtur. Æque enim rationalia ſunt rationalia, & æqne riſibilia. Et ſemper

ac oī ſpeciei adeſſe:nā ſi diminut9etiam fuit bipes, ratione tamē aptitudinis ſemper dicitur bipes, quoniam & riſibile p aptitudinem ſemper dicitur tale, non quia ſemper ridet. Propria autem hæc: nam differentia quidem per ſępe de ſpeciebus pluribus dicitur, rationale enim de angelo dicitur, & de homine. Proprium autem de vna tantummodo ſpecie, cuius eſt proprium, prędicatur. Et differentia quidem ſequitur ea, quorum eſt differentia: non tamen conuertitur. In propriis vero fit mutua prędicatio, propterea quod conuertuntur.

8. Textus. ¶ Differentię cum accidente commune eſt, de pluribus prædicari, & item ſemper ac omni adeſſe, id modo inſeparabile ſit accidens. Nam bipes cum omni ſemper homini competit, coruis idem, & nigrum eſſe: omnibus ſimiliter competit. Differre autem hiſce videntur. Differentia namq; continet ſpecies, & non continetur: etenim rationale cōtinet hominem & angelum. At accidentia tum continent, ex eo ſcilicet, quia in pluribus ſunt tum continentur, propterea quod ſubiecta non vnius accidētis ſunt, ſed ſuſceptiua plurium. Et differētia quidem expers eſt intēſionis atq; remiſsionis: accidentia autem gradus ſuſcipiunt ac magis talia minus ve dicuntur. Præterea contrarię quidem differentię miſceri non poſſunt, accidentia vero cōtraria nōnunquam miſcentur. Et hęc quidem communia propriaq; differentiæ cum cęteris ſunt: ſpecies autem quo pacto a genere differentiaq; differt quidem dictum eſt tum, cum quo pacto genus & differentia a cęteris differrent diceretur. Reliquum, vt a proprio accidente q; differat, conſideremus.

Textus. 9. ¶ Speciei itaq; cum proprio, eſt cōmune, mutua prędicatio. Nam ſi homo eſt, riſibile eſt: & ſi riſibile eſt, homo eſt, atq; riſibile, vt aptum eſt ad ridendum, ſumere, vt ſępenumero diximus, oportet. Æque pręterea ſpecies aſſunt hiſce, quibus communicantur: & propria hiſce, quorum propria eſſe dicuntur. Differre autē hiſce videntur. Species enim & aliorum genus eſſe poteſt. Proprium vero aliorum proprium eſſe nō poteſt. Et ſpecies quidem proprium antecedit: proprium autem aduenit ſpeciei. Sit enim homo oportet, vt & riſibile ſit. Pręterea ſpecies quidem ſemper actu ſubiecto adeſt, proprium autem interdum & potentia ineſt. Socrates enim actu quidem ſemper eſt homo: non autem ſemper ridet, quāquam ſemper ad ridendum eſt aptus. Pręterea quorum diffinitiones ſunt diuerſę ea etiam ſunt diuerſa. Deniq; ſpeciei quidem diffinitio eſt: ſub genere eſſe, & de pluribus differentibus numero: hoc ipſo quid eſt pdicari, & quæ ſunt ſimilia: proprij vero, ſoli & ſemper atq; omni ineſſe.

¶ Speciei vero & accidenti commune eſt, de pluribus prædicari. Perpauca autem ſunt reliqua, quibus conueniunt: propterea quod plurimum inter ſe ſe accidens, & id cui accidit, diſtant. Propria autem vtriuſque ſunt hęc. Speciei quidem, de hiſce quorum eſt ſpecies, hoc ipſo quid eſt prędicari. Accidentis autem, hoc ipſo quale eſt, aut quomodo ſe ſehabet. Et quęque ſubſtantia vnius quidem ſpeciei, plurium autem accidentium, tā inſeparabilium: quam ſeparabiliū particeps eſt. Deinde ſpecies quidem ante accidentia mente concipitur, etiam ſi inſeparabilia ſunt: (ſit enim ſubiectū oportet, vt illi quippiam accidat:) accidentia autem poſteriora ſunt, & aduentitia natura. Textus. 10.

tura.

tura. Prętera ſpeciei quidem communicatio ęqua eſt: accidentium autem: & ſi inſeparabilia ſunt, æqua non eſt, Aethiops enim: magis aut minus niger, Aethiope eſſe poteſt. At enim reſtat: aut de ꝓprio & accidente dicamus, quo enim modo proprium a genere & ſpecie & diffe-

Textus.11. rentia differt: antea diximus. Commune itaq́ꝫ proprio cum accidente inſeparabili eſt, ſine ipſis non eſſe ea: in quibus inſunt. Vt enim ſine riſibili non eſt homo, ſic & ſine nigro Aethiops eſſe nõ poteſt Et quemadmodum omni ſemper ꝙ ꝓprium adeſt, ſic & ipſum inſeparabile accidens adeſt. Differunt autem hiſce. Proprium enim vni ſoli ſpeciei ineſt: vt riſibile homini inſeparabile autem accidens, ceu nigrum nõ: Aethiopi ſolum, ſed coruo etiam: & pici, & hebeno, cæteriſq́ꝫ cõpluribus ineſt. Qua propter proprium quidem conuertitur cum eo: cuius eſt ꝓprium, & eſt ipſi ęquale: inſeparabile autem accidens non conuertitur. Ac ꝓprio quidem cõmunicatio æqua eſt: accidentium autem ſuſcipit gradus. Sunt & alia communia hiſcę quæ dicta ſunt, atq́ꝫ propria: verum & hæc ad ipſorum diſtinctionem cõmunicationemq́ꝫ demonſtrandam ſufficiunt.

Gloſa.

LAte ſpaciatur hic Porphyri⁹ atq́ꝫ forte vltra q̄ꝫ neceſſariũ fuerit: quippe quę ex omnib⁹ ſupra dictis coliguntur, in q-bus prædicabilia ad inuicem conueniãt, & in quo differãt Atq́ꝫ ſi hic ponendũ eſſet, oporteret paucioribus compręhendere.

¶Iuxta prædicabilium numerum textus 5, ſignati ſunt. Et in primo generaliter quo pacto 5 prædicabilia in vna conueniãt ratione deſcribit. ſ. in p̄dicari de plurib⁹. Verum hoc non ęqualiter omnibus conuenire eſt manifeſtum. Genus enim de pluribus q̄ꝫ differentia prædicari notum eſt. Et etiam de pluribus genus, q̄ꝫ ſpecies, prędicatur.

¶Neq́ꝫ obſtat, quod genus de ſpeciebus, quę

Obiectio. in numero finito ſunt, & ſpecies de indiuiduis, quæ ſunt in infinito numero. Non obſtat (inquam) quia ſemper ſuperius de inferiori prædicabitur: & ſic cum infra genus non ſolum ſpecies ſint, ſed ſpecierum omnia indiuidua: non ſolum prædicabitur genus de ſpeciebus, ſed de omnibus etiam indiuiduis ſpecierum. Tan enim prædicatio hęc directa eſt: Petrus eſt animal: ſicut iſta, homo eſt animal. Quia nunq̄ꝫ ſpecies ipſa reperitur niſi in aliquo indiuiduo participata (vt in ſupiobus declaratum eſt, quando de vniuerſalib⁹ agebamus).

¶Hic etiam conſiderandum eſt in fine textus, quod & nos alias diximus: quod accidentia ſi modo ſint communia: prius cõueniunt indiuiduo: deinde ratione indiuidui: ſpeciei cõueniũt. Si enim albedo ſpeciei humanę cõuenit, erit, quia per prius in Petro: vel Ioãne reperitur. Si tamen ſit accidens proprium, ſecus eſt. Nam cum id ab eſſentia fluat, per prius in ſpecie: in qua eſſentia eſt, q̄ꝫ in indiuiduo. Sicut riſibilitas, & diſciplinę capacitas.

¶In ſecũdo textu q incipit (Cõe eſt. &c.) confert genus ad alia quatuor vniuerſalia. Et licet prius de ſpecie: q̄ꝫ de differentia; hic tamen in comparatione præponit differentiam ſpeciei: quia ipſa ſit magis vniuerſalis, q̄ꝫ ſpecies.

¶Primo ponit conuenientiam: & deinde differentiam. Conuenientia ſit inter genus, & differentiam in tribus. Quia ſicut genus cõtinet ſub ſe ſpeciem, ſic & differentia, licet non tot. Vt animal ſub ſe cõtinet plures ſpecies. Rationale continet ſub ſe Deum. Et nos loquitur more Platonicorum (vt ſupra tetigimus).

¶Secundo. Conueniunt. Quia ſicut quicqd prędicatur de genere: prædicatur & de ſpecie, ita, quicquid prædicatur de differentia, prædicari & de ſpecie oportet. Sicut ſi de

D animali.

animali predicabitur ſubſtantia , prædica-
tur & de homine quod ſit ſubſtantia. ~~Hic~~ ſi
de differentia, rationale, prędicatur dicipli-
nabile vt omne rationale ſit diſciplinabile,
prædicabitur & de homine.

¶ Tertia conuenientia. Quod ſicut valet ar
gumentum a negatione generis, ad negatio
nem ſpeciei, vt non eſt animal, ergo: nõ eſt
homo. Sic a negatione differentię, non eſt
rationale, ergo non eſt homo.

¶ Ponit etiam in textu 6 differentias, inter
genus & differentiam, &. 1. Quod de pluri-
bus genus prędicetur: quam differentia, &
quam ſpecies, & omne aliud prędicabile.

¶ Sed ne forte aliquis obiiciat, quod diffe-
rentia, quæ eſt conſtitutiua, vt ſenſibile, ani
malis, de omnibus illis de quibus animal p̄-
dicabitur. Declarat ſe intelligere de differẽ
tia, quæ diuiſiua eſt, q̃ eſt inferior & non de
conſtitutiua.

Dubium. ¶ Dubium tamen hic eſſet. Quomodo ge-
nus de pluribus quam accidens? cum in præ
dicatione directa; etiam accidens prędice-
tur de ipſo generaliſsimo. Nã ſicut dicitur.
Petrus eſt albus, & dicetur, ſubſtantia eſt al-
ba, ergo accidens de pluribus prędicatur.

Dilutio. ¶ Reſpondetur. Quod hic non fit compa-
ratio generis ad accidens. in quantum tale,
ſed fit ſic, quod in quolibet genere decẽ ge-
nerum ibi eſt, genus: ſpecies, & differentia.
Et genus prædicatur de pluribus. &c. Et ſic
eſt verum.

¶ Secunda differentia eſt. Quia genus con
tinet poteſtate differẽtias, ſed non econtra
Quod patet in diuiſiuis differentiis. Nam
in animali. Rationale, & irrationale, virtute
latet. Sed tamen in rationale vel irrationale
non ſic. Animal. Sed immediate homo, vel
brutum in quo reperitur animal. &c.

¶ Tertia. Quia genus prius eſt differentiis.
Et ſic a negatione generis valet argumen-
tum, ad differentię negationem, & nõ econ
tra. Valet ſi quidem, quia vbi non eſt prius,
neq; poſterius erit, non tamen valet, nõ eſt
poſterius, ergo non erit prius. Nam nõſtan
te animali, non erit rationale neq; irrationa
le, ſed tamen non ſtante rationale, poterit
eſſe animal, quia poteſt eſſe brutum.

¶ Quarta differentia eſt clara. Quia genus
in quid, differentia in quale prædicatur. Li-
cet vtrũq; eſſentialiter.

¶ Quinto differunt. Quia in diffinitiõe ſpe-
ciei, non eſt niſi vnicum genus, ſed differen
tię ſunt plures. Nam leonẽ poteſt quis diffi-
nire per plures differentias, ſi vltimam con
uertibilẽ cum ſpecie non cognoſcat.

¶ Sexto Quia differentia cum ſe habeat vt
forma q̃ actuat, & informat genus, ſe habet
velut recipiens, & materia, quia velut in po
tentia eſt ad recipiendam hanc, & illam dif
ferentiam ſpecificam, ad conſtitutionem
ſpeciei.

¶ In tertio textu qui incipit. (Genus &
ſpecies. &c.) fit comparatio generis ad ſpe
ciem. Et. 1. eſt conuenientia, quia vtrũq; de
pluribus & cęterę aliæ conuenientię ſunt in
aperto. Quod intelligendum docet de gene
re generaliſsimo, & ſpecie ſpecialiſsima, quã
do ponis huiuſmodi conuenientias, Nam
ſi de ſpecie quę eſt ſubalterna, cum & ipſa
genus ſit, non erat opus ponere tales conue
nientias, aut differentias, cum neq; idẽ ad ſe
ipſum dicatur habere differentiam, neq; cõ
uenientiã cum comparatio inter duo debe
at eſſe. Cętera omnia ſunt aperta in litera,
de quibus ſat ſit.

FINIS LIBRI PRÆDICABILIVM.

SEQVITVR RESOLVTIO LIBRI CATHEGORIARVM ARISTOTELIS PER REVERENDVM PATREM Alphonſum a vera Cruce Auguſtinianum, artium ac ſacrę Theologię magiſtrum in lucem edita.

Quis ariſto.

TITVLVS LIBRI Gręce ſic habet, Ariſtotelis cathegorię, quod latine prædicamenta. Ariſto. fuit philoſophorū facile princeps, & naturę monſtrū (vt loquitur Hiero⁹) ab ſtagiria ciuitate Macedoniæ originē ducēs, ex patre Nicomacho medico ortus, nat⁹ ante Chriſti aduentū, āno. 380. 17. ætatis ſuę anno ſub Platone Athenis cępit militare, qui tūc cælebratiſsimus habeatur. Qui poſtq̃, 20. annis eius eſſet diſcipulus, cæpit in multis a ſuo p̄ceptore diſſentire, maxime in idearū ſentētia. Ob id Plato dicere ſolebat, in me Ariſtoteles recalcitrat, non ſecus ac in matrem pulli geniti Et Ariſtoteles dicebat, velut ex aduerſo reſpondens: amicus Plato, ſed magis amica veritas, (vt Ethicorum. 1. inſinuat). Poſtq̃ Platonē magiſtrū dereliquit, 13, annis publice in lycio gymnaſio docuit, & peripateticorum princeps eſt dictus, a peripatin Gręce, eo qđ ip̄e deābulando doceret: quēmodū ante Plato magiſter eius obſeruauerat, vel (vt aliis placet) quia locus vbi docebat peripatum. Ideſt deambulatorium vocabatur. Tandem anno ętatis ſuę. 63. dum in euboa exularet: vitā finiuit: an ęternā illā inuenirit mortē quia infidelis, vulgus non dubitat: & ſi. Abulē in paradoxis, pie ſuſpicetur de ip̄o, & magiſtro Platone ſimul & Socrate: fuiſſe ſaluos. Nā & ſi gentiles, potuerunt vt veriſimile eſt, habuiſſe cognitionē veri Dei: ad ſalutē neceſſariā. Quia quod notū eſt Dei, manifeſtū fuit illis, Deus enim eis reuelauit. (Ait Paul⁹) & de ſalute Ariſto. extat liber editus in vniuerſitate Coloniēſi. Scripſit admodū multa, & q̄ apud nos ſunt; minima eſt eorū ps, obid alia deſiderātur. Ipſi ſoli tribuitur, quod ſciētias ante ip̄m inuētas, & nōdū digeſtas, in ordinē ingenioſe cōgeſsit. Et cū alias ip̄e eloq̄ntiſsimus eſſet, ex ꝓpoſito ſe in ſuis opibus affectauit obſcuritatē: vt agreſtes hōies, & rudes: deterreret a ſui lectiōe, & ingenioſos magis idoneos redderet, & doctiores, eo qđ tenatius hęrēt, q̄ nō ſine labore intelligūtur, & difficilē habēt acceſſum. (Vt experiētia docet). Et quidē huius rei extat teſtimoniū eiuſdē. (vt refert Plutarch⁹ in Alexādri vita) quē ip̄e inſtituerat Ariſto. Nā cū ſub inde ip̄m accuſaret magiſtrū, quod metaphiſicā in publicū ſcriptā tradiderit. in qua ip̄e Alexāder cæteris p̄cellebat reſpōdiſſe fertur, illos libros perinde eſſe editos, ac ſi editi non fuiſſent: inſinuās eos raros fore, qui poſſent intelligere. Et clarius hæc adducuntur ab Aulogelio, noctium athicarū. li. 20. c. 4. Ait. n. Alexandrū ſcripſiſſe in hæc verba, ad Ariſto. non recte feciſſe quod diſciplinas, ab eo ipſę eruditus fuerit, libris foras editis quibus inuulgaſſet, nam qua (inquit) alia re præſtare cęteris poterimus, ſi ea q̄ ex te accepimus, omnibus ꝑſus fiūt cōia, quippe ego doctrina anteire malim, q̃ copiis atq̃ opulētiis. Reſcripſit ei Ariſ. ad hanc ſententiam. Libros quos editos quęris, & non perinde vt arcana abſcōditos, neq̃ editos ſcito eſſe, neq̃ nō editos, quoniā his ſolis qui nos audiūt, cognocibiles erunt. Hæc ex gelio. Et nos ſupra adduximus Themiſtii teſtimoniū, ad hanc rē probandā. Et hęc de titulo ſat eſt dixiſſe.

Ad roma. 1.

Affectauit obſcuritatē ariſto,

plutarchus

gelig

¶ Hic liber p̄dicamentorū ad partē dialecticā pertinēs, editus ab Ariſto. vt & cōis tenet ſchola, & breuitas & ſubtilitas eius teſtimoniū reddit: etiā ſi vt Boetius refert, quidā putarint editum ab Archita tarentino pithagorico philoſopho.

QVAESTIO PRIMA ANTE PRĘDICAMENTALIS.

INprimis hic eſt inquirendum, ātequam vltra progrēdiamur: vtrū Ariſto in iſto libro cathegoriarū, intēdat tractare de rebus, an ſolum de verbis, ſeu de nominibus? Ratio dubitādi ē nā Alexāder Afroſideus, & ſimplici⁹ cū Boetio, exiſtimāt Ariſ. hic ex principali intēto, đ vocib⁹ diſeruiſſe: ſed cōmētator & euſtrati⁹,

contrarium ſentiunt putantes de rebus hic Ariſtotelem loqutum, & vtraq; opinio habent ipſum Ariſtotelem pro ſe. Nam vt nos adnotauimus in principio prædicabilium, quando loquti ſumus in quo nominales a realibus diſtinguantur: aliquando Ariſtote. loquitur de nominibus ipſis principaliter, aliquando de ipſis rebus. Nam in iſto libro prædicamentorum, quando dicit de ęquiuocis equiuocatis loqutus eſt de rebus. Et quã do poſt ait, eorum quæ dicuntur, quędam cum complexione, &c. Loquitur de vocibus: nam rebus ipſis id non conuenit. Ob id reſolutorie, de quæſtione dicamus quantum ad propoſitum eſt neceſſarium per concluſiones.

1. Cõcluſio

¶ Prima cõcluſio, licet tam res, q̃ voces ponantur in prædicamento, non ſolum voces, ſeu nomina prædicantur: ſed etiam res ipſæ realiter, & obiectiue, & nomina tanq̃ rerũ ſigna. Huius concluſionis probari poteſt prima pars ſic. Homo a parte rei, ſine aliqua operatione intellectus, eſt animal rationale, & animal eſt ſubſtantia ſenſibilis, & viuens eſt corpus animatum, & animatum corpus, eſt corpus, & corpus ſubſtantia eſt, ergo in ipſis rebus eſt animal genus cõtractum, per rationale, ad eſſe hominis & per ſenſibile, viuens: ad eſſe animal.

Ratio primę partis concluſionis.

¶ Probatur quod voces ponantur in prædicamento, a qualibet eſſentiali conuenientia intellectus abſtrahit formalem conceptum adęquatum, ergo qualis erit ordo in rebus, erit in nominibus, homo, animal, viuẽs, &c. Tanq̃ in ſignis rerum.

Probatur ſecunda pars.

¶ Secunda pars probatur, quod prędicatio conueniat etiam rebus, & nominibus, ſeu vocibus, Ariſto 1. elencho. ca. 1. poſtq̃ res non poſſumus in diſputationem afferre, vocibus vtimur loco rerum. ex quibus verbis conſtat, voces prędicari inſtrumentaliter, tanq̃ ſigna, ~~Et.1.Perarme.ca.~~ & res ipſas realiter & obiectiue. Et patet ex iſtis, res principali⁹ prædicari quia propter vnum quodq; tale, & illud magis, ſed nomina prædicãtur propter res: ergo ipſę res magis prędicãtur. Licet enim ſit verum quod nomina proprius prędicentur, eo quod ſignificatio propria verbi, prędicari nominibus conueniat. ſed principalitas conſiſtit in hoc, qd' res ipſę velut finis ſunt ipſarum vocum. Ob id. ſ. Tho. opuſcu. 56. affirmat de mẽte. Ariſ. res principaliter prędicari: & poſtea. 1. Peri lectio. 5. dixit, voces magis proprie prędicari: diſtinguens inter principaliter prędicari, & proprie prędicari ad ſenſum iam dictum.

Aliud eſt p̃ncipaliter p̃dicari aliud proprie prędicari.

¶ Eſt tamen hic conſiderandum, quod ſicut ſupra de vniuerſalibus loquti ſumus, quod habeant fundamentum in re, ſed tamen vniuerſalia actu fiunt per operationem intellectus: ſic res ipſæ ante omnem operationem intellectus fundamentaliter prędicantur, & vna alteri ſubiicitur, eo quod ratio ineſt Petro ſubſtantialiter, & albedo accidentaliter. Sed tamen fit actualis prędicatio, quando intellectus actu conſiderat animal, ſub ratione prędicati de ly homo: & ly homo, ſub ratiõe ſubiecti. Et ideo duplex eſt ſenſus iſtius propoſitionis, & ſimilium: animal prędicatur de pluribus differentibus ſpecie. Nam vel eſt ſenſus, quod natura cõmunis animalis eſt quę prędicatur: & ſic ly animal ſupponit ſimpliciter: & ly homo ſimiliter in hac. homo eſt animal. Et alius eſt ſenſus, ſi ly homo, & ly animal materialiter ſupponant. qa tunc velut nomina prędicantur, quia ex rebus non fit propoſitio: ſed ex nominibus.

¶ Liber prędicamentorum eſt de rebus, in quantum per nomina ſignificãtur, & de nominibus, in quantum ipſas res ſignificant. Hęc eſt concluſio. b. p. Auguſtini in principio libri Cathegoriarum, & Auicenę in logica ſua dicentis: quod voces non cadunt ſub conſideratione logica, niſi quatenus rerum ſigna ſunt. — 2. Cõcluſio.

¶ Licet hic res conſiderentur, in ordine ad ſecundas intentiones: quæ ęſt prędicari. &c Non tamen hic diffiniuntur ſecundę intentiones, vt in prędicabilibus: ſed explicantur naturę rerum ſubſtantię, & quantitatis, & aliorum prędicamentorum. — 3. Cõcluſio.

¶ Iſta concluſio eo probatur, quia in prędicabilibus diffinitur quid genus, quid ſpecies Vbi primo & principaliter ipſæ ſecundę intentiones conſiderantur. Sed tamen hic in iſto prędicamentorum libro, naturę rerum, & quid ſubſtantię conueniat, quomodo nõ recipiat magis vel minus, & quod nihil ſit ei contrarium, &c. Et ſic de aliis prędicamẽtis. Hæ concluſiones omnes latius probabũtur in proceſſu libri: ſed appoſita ſint velut pręludium quodam.

¶ Eſt

¶Eſt hic etiam conſiderandum, hunc li-
brum prædicamentorum eſſe valde vtilem
dialectico, eo quod vniuerſalia cognoſcere,
genera, ſcilicet & ſpecies eſt ei neceſſariũ. *vtilitas libri*
Et tamen id non poſſet recte cognoſcere,
niſi haberet notitiam prædicamentorum.
Quomodo enim animal diceret eſſe genus
hominis, & non ly album? niſi quia cognoſ-
cit hoc eſſe accidens: illud ſubſtantiam? itẽ
neſciret dialecticus diffinire rem ipſam, ſe-
cundum quidditatem, niſi prius eius quiddi
tas eſſet cognita ſcilicet ſi eſt ſubſtantia, vel
accidens, &c. Quæ notitia habetur ex præ-
dicamentis. Item eſt neceſſaria cognitio
prædicamentorum, ad demonſtrandum:
quia neſciret quis, quod prędicatum conuẽ
niat de per ſe, & quod de per accidens: niſi
per notitiam pręedicamentorum.
¶Nec ſunt audiendi qui vitio notãt Ariſto.
quod fruſtra cathegorias introduxerit: ad
dialecticam ipſam, dicentes quod logicus
tractat de ente rationis, de ſecundis intentiõ
nibus: puta vniuerſali, genere, & enunciatiõ
ne, ſyllogiſmo, &c. Et hic liber ſit de rebus,
& nominibus primę intentionis, Puta ſub-
ſtantia, qualitate. &c. De quibus Ariſto, ex
profeſſo, quinto metaphiſicę. Et quia diale-
cticus de vero & falſo, quod non inuenitur,
niſi in propoſitione, & non in vocibus ſim-
plicibus. Non inquam ſunt iſti audiẽdi, quia
non obſtante hoc quod opponunt, eſt con-
cedendum Ariſto, ingenioſe, & artificioſe
ad totam ipſam dialecticam propoſuiſſe ca-
thegoriarum tractatum: quia ſimplicium no
titia requiſita eſt, ad recte enuntiandum, cõ
ponẽdum, vel diuidendum. Et licet metha
phiſicus conſideret de ſubſtantia, & quanti-
tate, & qualitate: ſed tamen conſiderat abſo
lute de eis, non in ordine ad operationem in
tellectus. Dialecticus tamen ſic conſiderat
de eis, quatenus ordinem dicunt ad in
tellectum: ad pręedicari de aliis, de
per ſe, vel de per accidẽs. Ob
id licet methaphiſicus cõ
ſideret quod diale
cticus, alia tñ &
alia cõſidera
tione. Ad
ipſum
Ariſto, de ve
niendo.

CAPITV. PRIMVM.
De æquiuocis, Vniuocis. Et denominatiuis.

Textus.

EQVIVOCA DI- *Equiuoca.*
cuntur ea, quorũ no
men cõmune ſolum
eſt: ratio vero ſubſtã
tiæ nomini accomo-
data, diuerſa: vt aial
dicitur, & ipſe homo,
& id quod eſt pictum. Horum enim no
men commune tantummodo eſt, ratio
vero ſubſtantiæ nomini accomodata di
uerſa. Si quiſpiam enim q̃ nam ſit vtri⁹
q; ratio animalis voluerit aſsignare, ra-
tionẽ vtriſq; ꝓfecto propriã aſsignabit
¶Vniuoca ea dicuntur, quorum & no *Uniuoca.*
men cõmune eſt, & ratio ſubſtantię no-
mini accomodata eadem eſt: vt animal
dicitur, & ipſe homo, & equus. Nomini
namq; cõmuni, & homo, & equus ani-
malia nuncupantur, & ratio quoq; ſubſ
tantię vtriſq; eadem eſt. Si quiſpiam v-
triuſq; voluerit rationem aſsignare: quę
nam ſit vtriuſq; ratio animalis, eãdem
rationem omnino reddet.
¶Denominatiua ea dicuntur, qũæ ab
aliquo nominis appellationem habẽt, ſo
lo differentia caſu: vt a grãmatica grãma
ticus appellationem habet, & a fortitudi
ne fortis.

Gloſa.

¶Hoc opus pręedicamentorũ in Gręco exẽ
plari non diuiditur in diuerſos tractatus, ſed
ſub vno titulo pręedicamentorũ. 14. capit. *Diuiſio libri*
continetur. Sed tñ cõis ſchola habet, vt in
tres tractat⁹ diuidatur tot⁹ liber. ſ. in ante p̃
dicamẽta, in quo tria ſunt capitula, & in p̃di
camẽta ĩ quo. 6, & in poſt p̃dicamẽta ĩquo. 5
¶Hæc ergo de vniuocis. &c. Dicuntur an-
te prædicamenta, quia tanq; præ~~ponantur~~: *ludia*
ad ipſa pręedicamẽta, Nam omne multiplex

prius diuidendum,quam diffiniendum.Ob id prius oportet, vocem ipſam, quę habet plura ſignificata diuidere.

Tres reſpectus habēt prędicamenta.

¶ Merito ergo iſtorum trium æquiuocorũ, vniuocorum,& denominatiuorum, in principio prędicamentorum traditur diffinitio. Eo quod ſolum tres reſpectus videntur habere prędicamenta omnia. Primus eſt, in q̃ntum omnia continentur ſub ente.& reſpectu eius ſunt quodammodo æquiuoca. (Vt ſupra tetigimus) & latius dicemus. Saltin ſunt analoga. Secundus reſpectus eſt, quo ſingula genera ſua reſpiciunt inferiora, quę in eis continentur. Vt in genere, ſpecies,& in ſpecie, indiuidua,& ſic vniuocorum cognitio. Quia de eis vniuoce dicitur. Tertius reſpectus eſt, vnius prædicamenti, ad aliud: inquantum res vnius prędicamenti, de re alterius dicitur: ſicut iuſtus de iuſtitia, Et hoc non contingit niſi denominatiue. Et ſic iſtorũ trium in principio tradita eſt diffinitio.

1. Notandũ.

¶ Notandum etiam hic, diffiniri ęquiuoca ęquocata,& vniuoca vniuocata. Quæ ſunt, res ipſæ ſignificatę per terminum æquiuocum,& vniuocum. Nam ſi ſolum ęquiuocũ æquiuocans, & vniuocum vniuocans: quæ ſunt terminus ęquiuocus, & vniuocus, non loquęretur Ariſto, in plurali diffiniendo: ſed in ſingulari poti⁹. Cum ergo in plurali loquitur, intelligit de ipſis rebus ſignificatis per terminum vniuocum,& ęquiuocum. Dicit Ariſto, (Æquiuoca dicuntur.&c.) Non dicit æquiuoca ſunt. Ratio eſt, quia res ipſę non per ſe, aut æquiuoce aut vniuoce ſunt: ſed dicuntur per reſpectum ad nomen, quo ſignificantur. Sicut canis domeſticus,& cęleſtis ſunt æquiuoca, per reſpectum ad ly Canis.

De ęquiuocis

2. ¶ Secundo notandum, per ly ratio diuerſa, in ęquiuocis ſecundum reales, & ad mētem Ariſto, intelligi, diffinitionem. Ita vt ſit ſenſus, quod ratio ſubſtantię eſt diuerſa in ęquiuocis: licet ſit nomen commune. Quia diffinitio ~~ſubſtantiæ~~ non eſt eadem. Nam alia eſt diffinitio Canis domeſtici, & alia erit ſideris cæleſtis, licet poſſet intelligi ratio ſubſtantiæ in ſenſu quo aliqui intelligunt. Quia ſcilicet conceptus formalis, quo canis ſignificat ſua illa plura ſignificata non ſit idem. Puta, quia alio conceptu ſidus, alio domeſticum Canem; & ſic æquiuocus vocatur, quia mediante diuerſis conceptibus, & vniuocus eſſet homo, quia mediāte vno conceptu ſua omnia ſignificat. Verum præſtat loqui, vt Boetius intelligit Ariſtotelem locutum, vt per ly ratio diuerſa, diffinitio intelligatur & non formalis conceptus.

De vniuocis

¶ De vniuocis ſic intelligitur, quod nomen commune,& ratio ſubſtantiæ eadem. Quia eadem eſt diffinitio Ioannis, inquantum homo, quæ eſt Petri, in quantum homo. Et eadem hominis, in quantum animal, & leonis in quantum animal. Quia vtrobiq; vniuoce ſignificat nomen, ſua ſignificata. Sed quia quæ vniuoca ſunt, & eadem dici poſſunt æquiuoca a conſilio,& analoga,& ipſe Ariſ. loquens de ęquiuoco: exemplum poſuit in ipſis ęquiuocis a conſilio, quę ſunt analoga: & vniuoca etiam vocātur, Non erit ab re de analogis aliqua notare.

De añalogis

¶ Notandum circa analogorum naturam, quod idem eſt analogia: quod latine proportio, ſeu comparatio. Analogum ergo eſt qđ ſignificat plura, ſecundum rationem proportionalem. Itaq; vt in illa, ſignificando, nec ratio ſit omnino diuerſa, vt in ęquocis, nec eadem vt in vniuocis: ſed ſit media vt tradit doctor, S p.p.Q.13, ar.5.

¶ Prima ergo analogia eſt proportionalitatis, vt ridens, analogice ſignificat hominem & pratum. Et clauis inſtrumentum ad claudendum,& guturis operculum. Et viſus ſignificat ſenſum corporis, & animę intellectũ (vt ait Ariſto.1.Ethico.ca 7). 1. analogia.

¶ Secundus gradus analogię, quando nomen plura ſignificat per habitudinem, & attributionem, quam habet ad vnum. Et hæc quatuor modis contingit: ſecundum quatuor cauſarum genera. Primo. Quando ad vnum finem, vt ſanum de animali: quia inſe habet ſanitatem,& de vrina, quia ſignificat,& de medicina, quia cauſat,& de loco, quia conſeruat. Hæc ad vnum attributionem habent, tanq̃ ad finem: ad animal (in quam). Ad vnum efficiens, vt medicinale dicitur de medico, qui habet artem medicinę,& de inſtrumentis, & de medicinis quibus vtitur medicus. 2. analogia.

¶ Ad vnum ſubiectum, vt ens analogice de ſubſtantia, quę ſimpliciter eſt tale,& de accidentibus quæ ſunt ſecundum quid talia, ſcilicet entis entia videlicet ipſius ſubſtātiæ.

Quia

Quia in ea ſubiectantur, vt ponitur exem-
plum ab Ariſtotele, quarto metaphicæ,
tex. 2.

¶Ad vnam formam, vel vnum exemplar,
vt homo viuus & pictus. Statua. n. homo di
citur, quia ad exemplar hominis viui facta.
Ad hunc Analogię gradum reducuntur, om
nes metaphoræ, propter ſimilitudinem
quamlibet. Vt Leo de Leone, & homine,
iracundo: propter ſimilitudinem in ira. Et
de CHRISTO, propter ſimilitudinem
in fortitudine. Ecce quomodo dantur ana-
logię gradus. & vt adhuc exactius iſta nota
ſint, ponantur propoſitiones quarum ſit
~~prima~~

1. propoſitio ¶Prima. Quamuis æquiuocum a conſilio,
etiam dicatur analogum, non tamen ęqui-
pollent inter ſe. Nam licet vt ex mente Ariſ-
totelis conſtat, omnia analoga ſint æqui-
uoca a conſilio, non tamen omnia ęquiuo-
ca a conſilio ſunt analoga. Vt ſi pater prop-
ter aui memoriam, filium appellet nomine
patris, eſt nomen ęquiuocum a conſilio, &
tamen non analogum, quia non ſignificat
propter ſimilitudinem.

2. ¶Analoga differunt ab omnibus aliis æqui
uocis, quia alia æquiuoca pluribus impoſi-
tionibus, ſua ſignificata ſignificant: analo-
ga vero vnica ſolum, ~~ſicut Canis illa tria~~.
Et Nichomacus filium Ariſtotelis & pa-
trem eiuſdem Ariſto. Sed tamen ridere ſo-
lum fuit impoſitum ad ſignificandum ho-
minem, ſic gaudio affectum, & deinde ſine
noua impoſitione vſus tranſtulit ad prati
virorem deſignandum, Et ſanum ſolum
fuit impoſitum ad ſignificandum animal
ſanum, & propter attributionem ſignificat
vrinam. &c.

3. ¶Analogum ſemper ſignificat vnum per
prius, & principaliter, & aliud poſterius, &
minus principaliter, vt viſus, principalius
viſum, & ſecundario intellectum. Et leo ani
mal, & deinde hominem iratum.

4. ¶Non eſt eadem ſignificationis ratio om-
nium analogorum. Nam quædam ſignifi-
cant vnam ſolam formam, vt illa quæ per
attributionem ad vnum finem, & ad vnum
efficiens. Vt ſanum, ſolum ſanitatem, quæ
eſt in animali, a qua vrina ſana, & medicina
ſana. Et medicinale, ſolum ſignificat artem
quæ eſt in medico, & ab ea inſtrumenta
dicuntur medicinale, Analogatum propor-
tionalitatis, non ſignificat immediate v-
nam rationem obiectiuam communem, ſed
duas, vt ridere hominis interiectionem, &
analogice prati virorem quæ ſunt diſtincta.
Hæc ſufficiãt dixeſſe de analogis, latius qui
voluerit poterit in Caietano de ente & e-
~~ſſentia~~, ip pro tractatu de analogiſ.

¶Sicut ponuntur analogorum modi diuer
ſi, ſic etiam ęquiuocorum. Primus gradus
æquiuocationis eſt, in genere, vbi ex mente
Ariſto: æquiuocationes latent. Nam dato
animal ſignificet vnum gradum perfectio-
nis, ſcilicet ſenſitiuum: tamen iſte gradus
non æqualiter inuenitur in omnibus anima
libus. Nam ſecundum differentiarum per-
fectionem, ille gradus magis vel minus per-
fectus eſt. Vt ſenſitiuum in homine perfec-
tius, quia per rationale contrahitur. Et in
Elephanto perfectius, quam in aſino, quia
a perfectiori differentia. Et iſti inæquales
gradus perfectionis, vocantur ab Ariſtote.
æquiuocationes. Et ſic licet ſæpe allegatur
ipſum dicere in genere latere æquiuocatio-
nes: non ſic dicit expreſſe, ſed latere multa. Equiuocorũ grad⁹ diuerſi Primus.

¶Secund⁹ gradus ęquiuocationis eſt analo 2.
gia, (vt dictum eſt) qui gradus vocatur ęqui-
uocus a conſilio.

¶Tertius eſt æquiuocus a caſu, quando 3.
illa plura ęque primo ſignificat, & nomen
eſt idem. Sed ratio ſubſtantiæ omnino di-
uerſa.

¶Circa denominatiua, quæ alio vocabulo Dubium.
coniugata dicuntur: & abſtractum, & con-
cretum, eſt Dubium. Quid Ariſto. diffi-
niat in præſenti? vtrum ipſa nomina, vel res
ſignificatas per nomina? pro cuius declara-
tione notandum, tria eſſe in iſtis denomina
tiuis conſideranda, ex parte rei. Scilicet In denominatiuis tria conſideranda.
rem denominãtem, quę eſt forma ipſa, vel
abſtractum: quæ ideo abſtractum vocatur,
quia ipſa non importat ſubiectum in quo eſt
forma. Sicut albedo ſolum albedinem im-
portat, Etiam debet conſiderari denomina
tiuum, vt eſt album, nam denominatiuum
vocatur iſtud concretum a forma, quã de- am
nominat. Et vocatur concretũ, quia licet for
mam ipſam dicat ly album de principali ſig
nificato: ~~et~~ etiam concernit ſubiectũ ipſius
formæ.

formę. Tertio conſideratur denominatum, & eſt Petrus vel Paulus, qui eſt albus.

Solutio dubii

¶ Dicendum ad Dubium, diffinitionis hūc eſſe ſenſum. Denominatiua ſunt res, quę ab aliquo, a quo ſecundum nomen ſolo caſu differunt, appellationem habent. Et poſita eſt diffinitio in plurali vt intelligamus ab eodē abſtracto, plures res denominari vt a ſapiētia dicitur, & homo ſapiens, & ſermo ſapiēs, & conſilium ſapiens. (Vt inquit. p. Aug[9]).

Auguſtinus.

Non ergo intelligendum quod ipſa denominatiua debent interſe caſu differre, ſed debent differre ab illa forma: ſeu ab abſtracto a quo determinātur.

¶ Nomen ergo denominatiuum eſt formaliter ſignificans formā, eā ratione qua ſubiectum denominat, vt album, & ſiue dicam[9] ſignificare formam connotando ſubiectum vt dicit Comentator, 5. meta. co. 14. vel dicamus ſignificare ſubiectum connotando formam: vt dicit Auicena, nihil refert, dummodo in re conueniamus, quod ipſum denominatiuum, ſeu concretum. formam ipſam principaliter ſignificat. Sed modum loquēdi Auicenæ ſequntur nominales. & modum comentatoris reales.

Tria genera denominatiuorum.

¶ Solent diſtinguere tria denominatiuorū genera, puta. Voce tantum, vt homo, & humanitas, vbi homo non connotat humanitatem de formali, vt ly album, cum non ſit terminus connotatiuus. Item ſtudioſus, & ſtudium, quia non eandem rem ſignificant.

¶ Re. Dicuntur tantum, vt virtus, & ſtudioſus. Quia eandem rem ſignificant, ſed voce non conueniunt, vitioſus, & malitia.

¶ Voce, & re. Vt iuſtus & iuſtitia, albus & albedo, & hæc proprie dicuntur denominatiua, quæ alio vocabulo a patre Auguſtino in ſuis cathegoriis, vocantur parinomia.

Auguſtinus.

CAPITV. SECVNDVM.
De complexis & incomplexis.

Textus.

EOrum, quę dicuntur, alia cum complexione, alia ſine complexione dicuntur. Illa talia ſunt: homo currit, homo vincit, hæc iſtiusmodi ſunt, hō, bos, currit, vincit. Eorum, q̄ ſunt: alia de ſubiecto quidem dicūtur: in nullo vero ſunt prorſus ſubiecto: vt homo: de quodam homine dicitur: vt de ſubiecto: in nullo autē eſt ſubiecto. Alia in ſubiecto quidē ſunt: de nullo vero ſubiecto dicuntur. Atq; id in ſubiecto eſſe dico: quod in aliquo quidem eſt: & nō vti pars: vt ſit autem ſeorſum ab eo: in quo ineſt, fieri nequit: vt quędam Grāmatica eſt quidem in anima: vt in ſubiecto: de nullo vero ſubiecto dicitur: & hoc album in ſubiecto quidem eſt corpore (omnis enim color in corpore eſt) de nullo vero ſubiecto dicitur. Alia de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto enim ſunt, veluti ſcientia in anima quidem eſt: vt in ſubiecto, de grāmatica autem dicitur: vt de ſubiecto. Alia neq; in ſubiecto ſunt: neq; de ſubiecto vllo dicuntur: vt quidam homo: & quidam equus: nihil enim talium: aut in ſubiecto eſt, aut dicitur d̄ ſubiecto. Atq; indiuidua ſimpliciter, & ea, q̄ vna numero ſunt: de nullo quidem ſubiecto dicuntur: in ſubiecto autem nōnulla ipſorum nihil prohibet eſſe. Quędam enim grāmatica ex ijs eſt plane: quę in ſubiecto quidem ſunt: de nullo vero ſubiecto dicuntur.

FIGVRA AD OCVLVM DEMONSTRANS ſingulorum membrorum prædictæ diui ſionis conuenientiam aut differentiam.

Subſtantia vniuerſalis

Dicitur de ſubiecto & non eſt in ſubiecto.

Partim conueniunt, quia vtrunq; de ſub iecto dicitur.

Accidens vniuerſale

Dicitur de ſubiecto & eſt in ſubiecto.

Partim conueniunt quia neutrum eſt in ſubiecto.

Maxime quia in nullo

Maxime quia in nullo

Eorum quæ ſunt

pugnant, conueniunt

Pugnant, conueniunt

Partim conueniunt, quia vtrunque eſt in ſubiecto.

Subſtantia ſingularis.

Neque dicitur de ſubiecto, neq; eſt in ſubiecto.

Partim conueniunt, quia neutrum de ſub iecto dicitur.

Accidens ſingulare.

Eſt in ſubiecto, & non dicitur de ſubiecto.

REGVLA BOETII.



¶ Inter ſubſtãtiam & accidens, ponit aſyſtaton, & inter vniuerſale & particulare, quia ſimul nequeunt conſiſtere, aut conuenire. Inter ſubſtantiam autem & vniuerſale non ponit aſyſtaton, quoniã ſimul conſtãt, item in reliquis.

GLOSA TEXTVS ANte figuras poſiti.

PRo intelligẽtia literę Ariſ. vbi de cõplexis & in cõplexis loquitur: oportoret adducere aliqua: niſi iam a nobis dicta eſſent in terminis. Ob id, ſolũ notãdũ erit, q̃ hic poſita ſunt & de vocibus poſſe intelligi: & de rebus. Si de vocibus ſermo ſit, per dici de ſubiecto, debet intelligi: eſſentialiter prędicari de aliquo. Vt animal dicitur de ſubiecto ſcilicet de homine: & homo de Petro, & Ioanne eſſentialiter. & quidditatiue. Et hoc eſt de ſubiecto dici. Et eſſe in ſubiecto eſt, eſſe in aliquo tanq̃ accidens, & de eo prędicari accidentaliter, ſicut album dicitur de homine & albedo eſt in ſubiecto: vel albũ eſt in ſubiecto, puta in Petro, vel paulo. Et iſto modo intelligunt nominales.

¶ Si

¶Si tamen de rebus ſit ſermo, vt reales intelligunt, & verius admētem Ariſto. dici de ſubiecto eſt, eſſentialiter eſſe in aliquo, & mediāte aliquo termino, de illo eſſentialiter prędicari. Et eſſe in ſubieſto eſt, accidentaliter eſſe in aliquo tanq̃ in ſubiecto accidentali, vel mediante aliquo vocabulo, accidentaliter de aliquo prædicari. Et ſic natura animalis dicitur de ſubiecto: quia eſt de eſſentia hominis, & albedo eſt in homine, quia accidentaliter dicitur de eo.

Quid eſt dici de ſubiecto & quid eſt eſſe in ſubiecto.

1. Mēbrũ. ¶Ariſto. ergo diuiſione poſita, vult cōprehendere omnem naturam rerum. Nam cũ quælibet mundi res, vel eſt ſubſtantia, vel accidens. Et ſi ſubſtantia, vel vniuerſalis, vel ſingularis. Et ſi accidens, ſimiliter, vel erit vniuerſale, vt color, & albedo. vel particulare: vt hęc albedo, hic color. Et nil aliud vltra poteſt eſſe. Tunc ſi ſubſtantia eſt, & vniuerſalis, ipſa oportet prędicetur de ſuis inferioribus, & hoc eſt dici de ſubiecto. Et quia ipſa ſubſtantia eſt, & per ſe ſtat: oportet in ſubiecto non ſit: quia eſſe in ſubiecto, ſolum conuenit accidenti, & ſic animal: & homo, & de ſubiecto dicuntur: & in ſubiecto non ſunt: & ſic habetur prima pars diuiſionis.

2. ¶Alia ſunt, quæ cum ſint in ſubiecto, non dicuntur de ſubiecto. Et hęc quidem ſunt ſingularia accidentia, vt hæc albedo, hic color: in ſubiecto quidem eſt, quia ſubſtantia non eſt, ſed accidens. Et quia accidens eſt ſingulare, ſub ſe non continet de quo prędicetur. Ergo in ſubiecto eſt, & de nullo ſubiecto dicitur. Et declarat amplius Ariſto. ibidem in textu naturam accidentis, in ſingulari dicēs eſſe in ſubiecto, quod in aliquo quidem eſt, & non vti pars. Hęc dicit, quia dato ſit differentia in ſpecie, & forma ſubſtantialis in materia, non tamen eſt accidens, quia & differentia, & forma ſubſtantialis: ſunt eſſentiæ partes. Sed tamen accidens non eſt pars ſubiecti, quia aduenit iam completo, & in actu exiſtenti. Et dicit vlterius, de natura ipſius eſſe accidētis eſt: vt nō poſſit extra ſubiectũ in quo eſt reperiri. Et ſic eſt, nam eſſe eius, eſt ineſſe. Per naturam enim fieri nō poteſt, licet per diuinā virtutē in ſacramēto altaris contingat accidens ſine ſubiecto eſſe. Saltin ipſa quantitas erit ſine ſubiecto, etiam ſi alia omnia accidentia in Hoſtia conſecrata:

S.tho.3.p. Q.77.ar.2. in quantitate ſubiectentur. *Juxta doctrinam doctoris ſancti*

¶Tertium membrum diuiſionis eſt. Eorum quę de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt. Quæ intelligitur de accidenti vniuerſali, ſiue ſit genus vt color, ſiue ſpecies vt albedo. Nam vtrunq̃ vniuerſale accidens eſt, & de ſubiecto dicitur: quia de ſuis inferiorib[9] prædicatur quidditatiue. Albedo eſt color, & hęc albedo eſt albedo, & eſt in ſubiecto, quia color non reperitur extra ſubiectũ: qa de ratione accidentis eſt ineſſe. Et quia proprium ſicut eſſe riſibile, flebile, diſciplinabile, in homine naturam accidentis reſpiciũt, quia non eſſentialiter prædicantur de ſuis ſubiectis, licet ab eſſentia fluant, comprehēduntur in parte diuiſionis, ſicut & accidentia quæ communia ſunt. 3.

¶Quartum diuiſionis membrũ ſcilicet. Eorum quę nec in ſubiecto ſunt, neq̃ de ſubiecto dicuntur, comprehendit ſubſtantiā ſingularem indiuiduā, quę vocatur prima ſubſtantia: vt Petrus Joānes, hic leo, hic equ[9], &c. Sic iſtę ſubſtantię indiuiduę, nec in ſubiecto ſunt: quia non ſunt accidentia, nec de ſubiecto dicuntur, in directa prędicatione: quia ſub ſe non continēt alia indiuidua: quando quidem ipſa indiuidua ſunt. Et ſic prima p̄s diuiſionis & vltima, de ſubſtantia intelligitur. Et ſic conueniunt quia nulla eſt in ſubiecto, ſed differunt: quia vniuerſalis ſubſtantia de ſubiecto dicitur, & ſingularis de nullo ſubiecto dicitur. Duę medię diuiſionis partes, de accidente. Et ſecunda quidem de vniuerſali accidente, & tertia de particulari. Et cōueniunt ſecunda, & tertia in hoc, quod vtrũq̃ in ſubiecto eſt. Quia tam vniuerſale accidens, quam ſingulare, in ſubiecto reperitur: differunt tamen, quia vniuerſale de ſingulari: ſibi ſubiecto dicitur, & ſingulare accidēs de nullo ſubiecto dicitur, licet ſit in ſubiecto Etiam conuenit vniuerſale in ſubſtantia, cũ vniuerſali in accidenti: quia vtrunq̃ de ſubiecto dicitur. Sed differunt, quia vniuerſale ſubſtantię in ſubiecto non eſt, & vniuerſale accidentis ſic. Etiam cōueniunt. 3. & 4. mēbrum. ſ. ſingulare accidentis, & ſingulare ſubſtantię: quia nullum de ſubiecto dicitur. Differunt tamen, quia accidens in ſubiecto eſt: et tamē ſingulare ſubſtantię in ſubiecto non eſt. Tertium membrum cum primo in nullo conueniunt: ob id a Boetio dicuntur aſyſtaton, quia ſicut primum non eſt in ſubiecto: 4.

ieсto: & dicitur de ſubiecto: tertiũ eſt in ſubiecto, & non dicitur & ſic ſecundum cũ quarto membro, aſyſtaton; quia ſecundum eſt in ſubiecto, & dicitur de ſubiecto, quartum nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto Et ſic manẽt regulę declaratę & figurę explicatę.

Dubium. Albertus. Venetus.

¶Hic poſſet eſſe Dubium, qualis ſit hęc diuiſio ab Ariſto. poſita Albertus (vt recitat magiſter Soto) dicit eſſe generis in ſuas ſpecies ſed Paulus venetus negat. Verum Solutio patet ſuppoſito ſub hac vna quadrimembri: tres latere bimembres. Prima naturarũ, alia per ſe ſubſiſtens vt ſubſtantia. Et alia inexiſtens, vt accidẽs, & hęc eſt analogi in ſua analogata, eo quod ens dicitur analogice de ſubſtantia, & accidente. Altera diuiſio eſt naturarum, alia vniuerſalis, alia ſingularis: & hæc eſt ſubiecti in accidentia: nam eſſe vniuerſalę, naturę conuenit, non de pſe, ſed per operationem intellectus Tertia diuiſio eſt prædicatorum, ſeu vniuerſaliũ: aliud eſt in natura ſubſtantię, aliud in natura accidentis, & hęc eſt diuiſio generis in ſpecies. Nam hoc, quod eſt quidditatiue prędicari, vniuocum, eſt ſubſtantiæ, & accidenti. Et ſic eſt dubium ſolutum, quod diuiſio illa poſita ab Ariſto. & ſit analogi in ſua analogata & ſubiecti in accidentia, & generis in ſpecies ſuas.

argumentum.

¶Contra hæc prędicta eſt argumentum. Aliqua eſt natura, & tamen non compręhẽditur in aliquo membro diuiſionis: ergo nõ eſt ſufficienter poſita diuiſio. Patet de differentia eſſentiali, vt ly rationale. Quia vel includitur ſub natura accidentis, & hoc non cum eſſentialiter dicatur de homine. Vel includitur ſub ſubſtantia, & hoc non, quia inhęrere videtur ſubiecto, nã ſicut forma materię aduenit, ſic differentia generi. Item, neq; eſt vniuerſale, quia non habet aliquid inferius de quo quidditatiue prędicetur, nec eſt ſingulare: quia prædicatur eſſentialiter de ſpecie, & de indiuiduis ſpeciei: & ſic non videtur compręhendi in diuiſione.

ad argumẽtũ

¶Ad hoc argumentum aliqui reſpondent. Differentiã eſſe vniuerſale, & prędicatũ ſubſtantię, quia dici de aliquo, eſt eſſentialiter prędicari. Et quia rationale prędicatur eſſentialiter de ſpecie, & de omnibus indiuiduis; ſequitur eſſe vniuerſale.

2. Solutio.

¶Sed tamen melius eſt dicere ad intentionem Ariſto. In hac diuiſione non compręhẽdi differentiam. Quia ſolum voluit loqui de illis, quæ per lineam rectam ponũtur in prędicamento, Ob id, ſicut hic non meminit de prędicatione denominatiua, qua iuſtus a iuſtitia, &c. Neq; meminit de illis quę ad latus ponuntur in eodem prędicamento: & ſic ſicut non diffiniuit partes naturę ſubſtantiæ, puta formam, quę in eſt materię, ſed perfectam ſubſtantiam: ſic neq; prędicatum differentię, quæ ad latus ponitur in prędicamento ſubſtantię, Et ratio eius eſt, quia ſolum voluit declarare id quod eſt prędicatum ſimpliciter, quidditatiue inferioris, quod non conuenit differentię. Non enim habet quidditatiue inferius nam licet eſſentialiter de homĩne & de Petro: non tamen in quid, ſed in quale. Quia non eſt ſpecies, nec genus, ſed differentia.

argumẽtũ.

¶Adhuc eſſe poſſet vnum argumentum, cõtra illud quod dicitur, quod ſubſtantia dicitur de ſubiecto. Eſt Ariſto. autoritas. 7. meta. tex. co. 46. dicentis, ſubſtantia non dicitur de ſubiecto: ergo maledictum eſt in primo membro diuiſionis, quod dicitur de ſubiecto: licet non ſit in ſubiecto.

2.

¶Secundo ſic, accidens non eſt in eſſentia ſubiecti, quia nec humanitas eſt calida, neq; riſibilis: ergo ſequitur quod accidens nõ eſt in ſubiecto. Et ſic ſecundum membrum diuiſionis non eſt bene poſitum.

Ad primũ.

¶Reſpondetur ad primum. Cõcedo Ariſ. loqutum in metaphiſica, quia ſic metaphiſice loquẽdo, ſubſtantia non dicitur de ſubiecto: quia ibi non eſt ſermo de prędicatione, ſed de rei eſſentia. Et ſic non conuenit ei, ſecundum hãc rationem: eſſe in ſubiecto, nec dici de ſubiecto: ſed per ſe ſtare. Sed tamen hic loquitur dialectice, in dialectica, vbi de prędicationibus, & vniuerſalibus, ſermo ẽ. Et ideo optime dictum, ſubſtantiam dici de ſubiecto: quia vniuerſale de ſuo quidditatiue inferiori. Sic. ſ. Tho. in loco illo allegato S. tho.

¶Ad ſecundum dicendum non eſſe in conueniens concedere, accidens eſſe in eſſentia. Nam gratiam ponimus in animę eſſentia. Item, quia licet non de directo: ex conſequenti ponitur in eſſentia: vt quia albedo in homine, & ea homo dicitur albus: ſic etiam conſequenter dicatur poni in eſſentia, quia S. tho. 12. q.

in

2.Solutio. in homine cuius eſt. Vel dicendum & meliꝰ quod per ly eſſe in ſubiecto, non intelligitur eſſe in eſſentia, ſed eſſe in ſuppoſito: quod eſt ſubiectum.

CAPITV. TERTIVM.
De regulis ante prædi camentorum.

Textus.

1.Regula. CVm quippiam de quoppiam prædicatur, vt de ſubiecto, ea, quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiam de ſubiecto: vt homo de quodam homine prædicatur, animal autẽ de homine prædicatur: igitur animal de quodam etiam homine prædicatur: quidam enim homo, & homo eſt, & etiam animal.

2.Regula. ¶Eorum, quæ ſunt diuerſa genere, & non ita ſe habent, vt alterum ſub altero collocetur, diuerſę ſunt ſpecie, & differẽtię, vt animalis, atq; ſcientiæ. Animalis namq; differentię ſunt, greſsibile, & bipes, & volatile, degensq; in aquis: ſcientię vero nulla ex his eſt differentia. Non enim hoc ſcientia a ſcientia differt, quod ſit bipes.

¶Eorum vero generum, quorum alterum ſub altero collocatur, eaſdem eſſe differentias nihil obſtat: ſupera enim de ſuis inferis prædicantur. Quare quot quot differentiæ prędicati ſunt, totidem erunt & ſubiecti.

Gloſa.

¶Hic ponit Ariſto. duas regulas ante prędicamentales, nam quia in ſuperiori capitulo egit de prædicatis & ſubiectis, quomodo aliquid dicitur de aliquo, tanquã de ſubiecto In iſtis regulis voluit declare naturam prędicati, & ſubiecti, quomodo id quod dicitur de prędicato, debeat etiam de ſubiecto dici. Vt ſi homo eſt animal, & animal eſt ſubſtantia: homo ſit ſubſtantia.

¶Prima regula ſcilicet cum quippiam de quoppiam prędicatur vt de ſubiecto ea quæ de prędicato dicuntur, dicuntur etiam de ſubiecto: a diuerſis, diuerſimode exponitur, ſed tamen quia Boetii expoſitio magis ad intentionem Ariſ. hanc ponemus quam & ſequimur. Ait enim ipſe, quando aliquid de aliquo, ſeu alterum de altero prędicatur ſicut de ſubiecto ideſt quidditatiue. Quicquid prędicabitur quidditatiue de prędicato: prędicabitur & de ſubiecto Vt ſi homo eſt animal, & animal eſt viuens: homo etiam eſt viuens. Vt videatur regula intelligi ſolũ de linea recta prędicamentali: & non ſe extẽdat ad differentias, quia in ſecunda regula id declarauit. Boetius.

¶Quod oportet regulam intelligere in prędicatione eſſentiali vtrobiq;, patet. Nã alias non tenet. Nam de Ioãne prędicatur homo eſſentialiter, Ioãnes eſt homo: & de homine prędicatur ſapiens, homo eſt ſapiens, ſed qa id non eſſentialiter, ſed accidentaliter, ly ſapiens non prędicatur de Ioanne.

¶Et quidem licet Ariſto. hic non de modo argumentandi loquatur, quia ſolum de ſimplicibus vocibus eſt ſermo: tamen in hac regula fundatur ille modus qui dicitur, De primo ad vltimum. Et quicquid ſequitur ad cõſequens bonę conſequentię: ſequitur ad antecedens. Nam ſi homo eſt animal, & animal eſt ſenſitiuum, ſequitur de primo ad vltimũ quod homo ſit ſenſitiuus. Vt ſic etiam, eſt homo: ergo eſt animal. Eſt animal: ergo ſenſitiuum. Sequitur eſt homo, ergo ſenſitiuus. Modi argu endi hic fundati.

¶Hic obiter (alibi ex propoſito tamen) conſiderandum eſt, huiusmodi argumentationes gratia materię valere, non enim ſunt formales conſequentię. Nam ſi in prędicationibus accidentalibus ſumãtur, non tenet. (Vt diximus Paulo ante). Non enim valet, Petrus eſt homo, & homo eſt calidus: ergo Petrus eſt calidus. Licet poſſet prouideri, vt etiam eſſet bonus modus arguẽdi, in virtute

regulæ,etiam ſi eſſent accidentalia prædica-
ta. Vt ſi vniuerſaliter capiatur prædicatum.
Vt ſic,homo eſt animal , & omne animal eſt
frigidum:ergo homo eſt frigidus. Ioannes ē
homo,&omnis homo eſt iuſtus:ergo Ioānes
eſt iuſtus. Si prædicatum in ſecunda propoſi
tione, vniuerſaliter prædicetur,quicquid de
eo dicatur , dicetur & de ſubiecto.

¶ Iſte modus arguendi , qui in virtute iſtius
regulę poteſt tenere: aliquando eſt pluribus
intermediis propoſitionibus,aliquando ſolū
vna. Nam poteſt ſic contingere , Petrus eſt
homo,& homo eſt animal , & animal eſt vi-
uens,& viuens eſt corpus, & corpus eſt ſub-
ſtantia,ergo Petrus eſt ſubſtantia. Vel ſi ſolū
fiat ſic,homo eſt animal,& animal eſt ſubſtā
tia,ergo homo eſt ſubſtantia , Et hæc de pri-
ma regula.

¶ Secunda regula. (Eorum quæ ſunt di-
uerſa genere,& non ita ſe habent, vt alte
rum ſub altero collocetur : diuerſæ ſunt
ſpecie differentię. Vt aīalis atq́ ſciētiæ).
Hęc regula duas habet partes , prima quod
genera q̄ nō ſunt ſubalternatin poſita: habēt
differentias ſpecię differentes . Et ideo non
debet legi , ſicut paſsim legitur diuerſę ſunt
ſpecies , vt ly ſpecies ſit nominatiuus , ſed di
uerſæ ſunt ſpecie differentiæ: vt ly differen-
tiæ,ſit nominatiuus pluralis, Et iſte error cō-
probatur ex Græco originali.

¶ Secunda pars regulæ eſt. (Eorum vero
generum,quorum alterū ſub altero col
locatur:nihil prohibet eaſdē eſſe differē-
tias):vt animatum eſt differentia viuentis:
& etiā eſt animalis,quia animal ponitur ſub-
animatum. Et ſenſitiuum eſt differentia ani
malis,& eſt differentia hominis.

¶ Oportet latius vtrāq́ partem regulæ decla
rare exemplis. Ipſe ponit exemplum de ani-
mali:& ſcientia. Animal habet volatile, Greſ
ſibile, Reptile, Aquatile, &c. Sciencia habet,
Sermotionalē, Ethicam, Metaphiſicam. &c.
Certum eſt differentias interſe iſtorum ge-
nerum differre ſpecie, Item in eodem prędi
camento ſubſtātiæ ,corpus animatū , & cor-
pus inanimatum. Quia non ad inuicem ſunt
ſubalternatin poſita,differūt differentię. Nā
inanimatum diuiditur in cęleſte & elemen-
tare. Et animatum,in ſenſibile, & in inſenſi-
bile,iſtæ differentiæ ſpecie differunt.

¶ Sed hic eſt Dubium,in prima parte regulę **Dubium.**
de quibus differentiis loquatur. ſ. de diuiſi-
uis:aut de conſtitutiuis. Sunt qui dicāt , eum
loqutum de diuiſiuis. Quia ſic oſtendum exē
pla Et ſic Titilmanus in ſua dialectica,& pro
bat. Quia ſi de conſtitutiuis, non tenet verū. **1. Solutio.**
Nam loq̄ndo de generibus ſuperiorib⁹ , ani-
mal & planta , non ſubalternatin ponuntur
cum nec ſub planta animal, neq́ ſub animali
planta. Tamen habent eaſdem differentias
conſtitutiuas ,nempe, animatum & corpo-
reum.

¶ Sed tamen alii putant Ariſto. loqutum in
differenter,de differentiis , tam diuiſiuis, q̄
conſtitutiuis. Intelligendo tamen de differē
tiis propriis immediate conſtituentibus , nā
tunc etiam eſt verum,quod ſi ſint genera nō
ſubalternatin poſita,non ſolum diuiſiuæ dif-
ferentię ſpecie differunt:ſed etiam conſtitu-
tiuę. Vt patet in exemplo alato a Titilmam,
nam propria differentia animalis conſtituti
ua,quæ eſt ſenſibile: differt a propria quæ eſt
conſtitutiua plantę,quę eſt inſenſibile. Nam
animatum cum inſenſibile, plantam conſti-
tuit,ſicut ſenſibile cum animato, animal.

¶ Hic etiam eſt conſiderandum,regulam nō **Nota.**
intelligi de generibus generaliſsimis , ſi qui-
dem cum generaliſsima prędicamentorum,
non habent ſupra ſe genus, ſic neq́ proprias
differentias. Ob id,licet non ſint ſubalterna
tin poſita,non habent differentias ſpecie dif
ferentes.

¶ Adhuc poteſt eſſe argumentum cōtra pri **Argumētū.**
mam regulam : quia ſecundum opinionem
ſtoicorum,ſubſtantia corporea,& ſubſtantia
incorporea: ſunt duo genera,non ſubalterna
tin poſita, & tamen differētię non differunt
ſpecie. Patet quia rationale differentia , cōſti
tutiua hominis,eſt conſtitutiua angeli, ergo.

¶ Ad hoc reſpondetur ab aliquibus , illa eſſe **Solutio.**
genera ſubalternatin poſita. ſ. ſub ſubſtantia
quia corporeum & incorporeum: ſub ſubſtā
tia. Et ſic non eſſet inconueniens: ſed hoc nō
valet,quia vere non ſubalternatin ponuntur
& ſic dicendum quod illa eſt opinio falſa ſto
icorum.

¶ Secunda regula ſic declaratur, quia cū ſu-
periora ſemper de inferioribus prędicentur,
ſequitur quod differentia ſuperioris: poterit
eſſe inferioris, Nam ſi de animali ſenſibile,&

etiam de homine dicetur: & tamen quia dicit Ariſto. nõ incõuenit, eadẽ eſſe &c. dat intelligere: non eſſe neceſſarium eadem eſſe: quia poteſt etiam eſſe diuerſa. Nam auis, & animal, ſunt genera ſubalternatin poſita: quia ſub animali ponitur auis, & differentiæ animalis ſunt volatile, aquatile, greſsibile, &c. & tamen ſola vna ſuperioris. conuenit inferiori. ſ. volatile. Quæ differentia, eſt conſtitutiua inferioris: & diuiſiua ſuperioris. Et ſic erit verum, quod diuiſiua ſuperioris, poteſt eſſe conſtitutiua inferioris. Vt in exemplo poſito, Et ſi dicamus, quod differentia animati diuiſiua, q̃ eſt ſenſitiuum: eſt conſtitutiua inferioris. ſ. de ly animal, & ſic regula manet declarata, quod quando duo genera ſunt ſubalternatin poſita, non inconuenit eãdem differentiam, quæ eſt ſuperioris diuiſiua: eſſe inferioris conſtitutiuã. Et diuiſiua inferioris poteſt eſſe diuiſiua ſuperioris, inadęquate tamen. Vt rationale, & irrationale, quæ diuidunt animal, diuidũt viuẽs, ſed inadęquate.

DE DECEM PRÆdicamentis generatim. Caput. iiij.

Textus.

EOrum, quæ nulla cõplexiõe dicuntur, ſingula aut ſubſtantiam ſignificãt, aut quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere, aut agere, aut pati. Eſt autem ſubſtantia quidẽ, vt in ſumma dicamus, velut homo, equus: quantitas autem, vt bicubitum, tricubitum: qualitas, vt album, grãmaticum: ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius: vbi vero, in foro, in lycio; quando autem, vt heri, ſuperiore anno: ſitum vero eſſe, vt iacet, ſedet: habere autem, vt calceatum eſſe, armatum eſſe: agere vero, vt ſecare, vrere: pati, vt ſecari, vri.

¶ Singula igitur eorum, quę dicta ſunt, ipſa quidem ſecundum ſe nulla cũ affirmatione negatione ve dicuntur. Horum autem ad ſe inuicem complexione, aut affirmatio, aut negatio ſit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera, vel falſa eſſe. Eorum autem, quæ ſecundum complexionem nullam dicuntur, nihil neq; verum, neq; falſum eſt: vt homo, Album, currit, vincit.

Gloſa.

¶ Poſitis quæ pertinent ad ante prædicamẽta. Hic Ariſto. de ipſis prędicamẽtis tractat. Et reiectis illis, quę ſecundum complexionẽ dicuntur, in quibus affirmatio, vel negatio, diuidit illa, quę incomplexa ſunt, in decẽ genera generaliſsima, in quibus omnia mundi entia continẽtur. Et dicit. Aut ſignificãt ſubſtantiam, aut quantitatem. &c. Et licet videatur hic Ariſto. de vocibus loqui, eo quod voces ſint, quę ſine complexione dicuntur, & q̃ ſignificant. Tamen (vt nos alias diximus) ſic de vocibus loquitur, vt principaliter de reb9 per voces ſignificatas. Quod patet in exemplis ab eo poſitis ĩ litera. Ait enim. Sgnificat ſubſtantiam, vt homo, equus. Sed conſtat quod vox homo non ſignificat ſubſtantiam: ergo de re loquitur, & non de vocibus Obid aliqñ ſermo erit de rebus, aliquando de vocibus, (vt ipſe idem Ariſto.) tamen ſi quando de vocibus, nõ erit principaliter de ipſis, ſed pro quanto res ipſas ſignificant, & important.

¶ In prędicamento non ponitur aliquod cõplexum, ſed ſolum incomplexa, Qua ꝓpter ante diuiſionem in decem genera, dicit. (Illorum q̃ ſine complexiõe dicuntur). Et id probat, ſolum iſta poni in prędicamento, quæ incomplexa ſunt: quia in eis non eſt affirmatio vel negatio: quia non eſt diuiſio, aut compoſitio: ſed ſumũtur ſimplices voces ipſę vel ſimplices res: tanq̃ quędam rudimẽta prima, in quibus conſideratio totius logicę videtur virtute contineri: imo non ſolum ad ipſam dialecticam facit talis conſideratio ſed ad omnem aliam ſcientiam, vt in diſcurſu patebit.

QVAESTIO

QVÆSTIO PRIMA.
An ens ſit genus ad.10. prædicamenta.

QVeritur primo an diuiſio poſita ab Ariſto. entis in decem prędicamẽta, ſit generis in ſuas ſpecies: vel analogi in ſua analogata. Hęc queſtio in parte tractata eſt in ſuperioribus, quãdo de prædicabilibus agebamus: ſed tamen illa quę ibi non ſunt dicta, erunt adducenda.

1. arguitur. Et videtur quod ly ens ſit genus ad decem prædicamenta, & ſic ſit diuiſio generis in ſuas ſpecies Ens vniuoce prædicatur de decem prędicamẽtis, & quidditatiue, qa ens ſignificat eſſentiã in generali, non hanc vel illam, & hoc eſt de eſſentia cuiuſlibet rei: (vt Ariſto. 4. met. comẽ, 4. inſinuat) ergo eſt genus ad omnia. Patet conſeq̃ntia, ex diffinitione generis ſupra poſita. Item quia ſi non eſſet genus, & nõ eſt ſpecies, nec differentia, neq; propriũ, neq; accidens & eſt vniuerſale: ſeq̃retur daretur aliquod vniuerſale, vltra illa quinq; poſita a Porphyrio.

2. ¶ Secundo ſic principaliter, ens eſt vniuocũ ad ſubſtantiam, quia proprie quidditatiue dicitur ens, ergo dato ad alia omnia prædicamenta, ly ens genus non eſſet: eſſet ad ſubſtãtiam ſaltin. Et ſic ens genus dicendum, &c.

In contrariũ ¶ In contrarium eſt, quia non dicitur vniuoce, de ſubſtantia & accidente ſed potius analogice: (vt nos ſupradiximus) ergo genus nõ eſt ad decem prædicamenta.

ad q̃ſtionem. ¶ Ad q̃ſtionem reſpondetur negatiue, ens non eſt genus ad decem prædicamẽta. Hæc

1. eſt concluſio omnium philoſophorum, & aperte eam in iſto loco inſinuant. Nam cum genus generaliſsimum ſit, ſupra quod nõ eſt aliud genus: ſi eſſet generaliſsimum, decem prædicamenta ab eo poſita non eſſẽt generaliſsima; ſed ſunt generaliſsima, & ſic ab Ariſ. vocantur: ergo ens non eſt generaliſsimum ſupra ea.

2. ¶ Secundo ſic. Quod non vniuoce prædicatur de aliquibus, non poteſt ad ea eſſe genus ſed ens non prædicatur vniuoce de ſubſtantia & accidente, ſed analogice, (vt ſupra dictũ eſt): ergo non eſt genus ad ſubſtantiã & accidens. 3.

¶ Tertio ſic. Omnis ſpecies genus ſuperat in differentia, (vt dictũ ẽ in tertio prædicabili:) ſed nulla eſt differentia ſpeciei alicuius vel alicuius prædicamenti, quæ non immediate, & explicite includatur in ente, cũ eo quod ſic eſt ens erit: ſequitur ergo quod ens non eſt genus ad alia prædicamenta. Et Ariſ. 3. metha, comẽ. 10. ſic probat concluſionem Quia omne genus eſt extra eſſentiam, & q̃ddi tatem differẽtiæ, ſed ens eſt de eſſentia & quidditate rerum omnium: ergo non eſt genus, Certum eſt quod animal eſt extra eſſentiam rationalis, quia in ordine ad rationale ſe habet velut materia, & per rationale contrahitur ratio animalis, ad ſpeciem hominis: & quod ens ſit de eſſentia cuiuſlibet rei, patet in loco citato, &. 4. topicorũ, ca. 6. &. 10. meta, come. 6. &. 8. meta, come. 16. probat ens non intrare diffinitionem aliquam quidditatiuam, quia non dicit ſpecialem gradum quidditatis, non incluſum in differentia. Sed cum diffinitio quidditatiua, conſtet ex genere ſequitur quod ſi ens non poteſt conſtituere diffinitionem quidditatiuam, quod non eſt genus.

¶ Ad argumenta in contrarium, ad primum patet ſolutio, tam ex dictis in prædicabilib9, q̃ in iſto loco. Nõ enim dicitur vniuoce ens de ſubſtantia & accidente, ob id non habet rationem generis. ad. 1. argumẽ

¶ Ad ſecundum dicendum. Quod ſi vniuerſale capiatur eo modo quo in prædicabilib9, vt tantum valeat ſicut prędicabile, vniuoce de ſuis inferioribus: ſic non eſt vniuerſale, quia non eſt prædicabile vniuoce. Si tamen vniuerſale dicatur, id quod de pluribus dicitur, ſiue vniuoce, ſiue analogice: ſic ens vniuerſale eſt. Nec eſt inconueniens, quod non ſit aliquod illorum quinq; ibi poſitorum, & dato ly ens non ſit genus ad decem prędicamenta, ſed cõmune omnibus decem, in quãtum actualitatem dicit rerum, poteſt poni reductiue in prædicamento ſubſtantiæ. Quia actualitas proprie ad ſubſtantiã pertinet, & ob hoc dicit. ſ. Tho' eſſe prædicatum ſubſtãtiale. Quia actualitatem importat, quæ videtur eſſe ſubſtantiæ actus vel effectus. ad ſecũdum.

QVÆSTIO

QVAESTIO SECVNDA.
Vtrum ſufficienter numerentur prædicamenta,

QVeritur ſecundo vtrum ſufficienter ab Ariſto. diuiſio facta fuit, rerum omnium in prędicamenta decem, Nam videtur quod non,

1. ¶Fruſtra fiunt per plura, q̃ poſſunt æque bene fieri p pautiora: ſed omnia mundi entia includuntur in hoc quod eſt, eſſe ens perſe, & ens per accidens: ergo nō opus eſt ponere decem prædicamenta.

2. ¶Secundo ſic. Omnia nouē cōprehenduntur ſub vno accidente ergo fruſtra ſunt poſita. Patet. Nā omnia eſſentialiter in hoc cōueniūt, quod eſt in alio eſſe, & non perſe: ergo ſolum vno conceptu omnia intelliguntur cum a conuenientia eſſentiali, ſit abſtrahibilis conceptus communis.

3. ¶Tertio. Quia in entibus ratiōis reperitur ordo ſuperioritatis, & ſubiectionis, & tamē non ponitur aliquod prædicamentum pro ente rationis: ergo non ſufficienter poſita eſt diuiſio. Maior patet, ex ipſis vniuerſalibus prędicabilibus,

In cōtrariū ¶In contrarium tamen eſt Ariſtotelis autoritas, ponentis ſolū decem voces, in quibus omnia mundi entia continētur.

Nota. ¶Pro ſolutione q̃ſtionis eſt notandum. Platonem ſenſiſſe vnum ſolum eſſe generaliſsimum omnium, quod de omnibus vniuoce, & ad quod omnia haberēt ordinem, & reducerentur. & id vocabat ens. Quæ opinio reiecta eſt in ſuperioribus, & reprobatur á Porphyrio. c. de ſpecie, & ab Ariſto. 3. met. tex. 10.

¶Pitagoras tamen ſic multiplicauit prędicamenta, vt non contentus iſtis. 10. vocib9 poſuerit. 20. decem poſitiua, & 10. priuatiua. Quæ opinio etiam reiicitur ab Ariſto. 1. meta. ca. 5. quā & .ſ. Tho. ibi lectione. 8. relegat. Iſtis ſuppoſitis, ſit prima concluſio.

Ad q̃ſtionē. ¶Prędicamēta decem ab Ariſto. poſita, & ſufficienter enumerata, & neq; plura neq; pautiora eſſe ~~probatur ratione~~. Nā ſuppoſito ens dicitur primo & principaliter de ſubſtantia, & minus principaliter per attributionem de accidente, primum prędicamentum ſubſtantia eſt,

¶Statin diuiditur ens, in ens ratiōis, & ens reale. Entis rationis ſunt tres gradus, negatio, priuatio, & ſecunda intentio. Negationes, quia res fictę vt Chimera: no habēt entitatem. Priuationes, quia dicunt priuationē in ſubiecto: ponuntur reductiue vbi poſitiua forma. Secunda intentio, non ponitur in aliquo decem, manet ergo ſolum ens reale ponibile in prædicamento. Et quia nouem modis contingit ens reale, quod perſe non ſtat, eſſe in alio. ponuntur ſolum. 9. prædicamēta, & vnum ſubſtātiæ & ſic ſolū ſunt. 10.

¶Ad cuius ſufficientiam notandum, quod in ſubſtantia tria ſunt notāda: materia: forma, & cōpoſitum, & in accidentibus cōſiderandū, q̄dā ineſſe ſubſtātię ab intrinſeco, & alia ab extrinſeco. Hinc ex iſtis colligitur ſufficiētia p̄dicamentorum vt. ſ. Tho. 5. meta. lectione. 7. & in opuſculis. Si accidens ab intrinſeco ineſt ſubſtātię. vel abſolute conuenit, vel non Si ſic, & ratione materię, eſt quātitas. Si ratione formę: qualitas. Si p reſpectū ad aliud cōueniat, ſumitur p̄dicamentū ad aliqd. Et ſic ſunt q̃tuor p̄dicamēta potiſsima, Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Ad aliquid. Sufficientia 10. p̄dicamē torum.

¶Si tn̄ accidens ſit ab extrinſeco, ponūtur alia. 6. Nā ſi id ab extrinſeco non eſt menſura, eſt p̄dicamentū habitus, vt veſtitum eſſe. Si eſt menſura, ~~nunc~~ vel quātitatis, & ~~tūc~~ eſt vbi: aut eſt durationis mēſura, & ~~nunc~~ eſt qn̄ Et ſi ſit diſpoſitio partium, eſt p̄dicamentū ſit9. Si partim ab intrinſeco: & partim ab extrinſeco. eſt p̄dicamētū actionis & paſsiōis, & ſic ſufficienter ſunt enumerata,

¶Ad argumēta reſpōdetur. Ad primū, dato ita ſit, qd' oīa mūdi entia cōp̄hendantur in hoc, quod eſt ens pſe, & ens per accidēs: ſed quia quod eſt eſſe ens in alio, vel p accidēs: multipliciter cōtingit, vt patet ex enumeratiōe: ob id nō ſufficeret ponere duo p̄dicamēta, ſed fuit requiſitū ponere nouē, ad declarandū nouem modos: quibus contingit eſſe in alio, vel non perſe. ad primum.

¶Dato nouē intelligantur de accidēte, ſed tamen quia aliter & aliter accidēs ineſt ſubſtantię. ſ. ab intrinſeco, vel extrinſeco: ponitur aliud, & aliud prædicamentum. Ad. 2.

¶Circa tertiū argumētū eſt notādū, quod multiplex ē opinio circa ſecūdas intētiōes, vtrū debeāt poni in prædicamēto? & ſic eſt Ad. 3.

1.Opinio diuerſa ſolutio. Nam buridanus in fine præ
dicamentorum, & alii cum eo dicunt, entia
Ubi ponũtur relationes rationis. rationis poni in prædicamento relationis:
quia reſpectum dicunt. Sed tamen hoc non
videtur, quia cum in prędicamentis ſolum
entia realia ponantur, in prędicamento re-
lationis, ſolum reales relationes ponentur.

2.Opinio. ¶ Alii dicunt quod entia rationis, non ſunt
in ſpeciali prędicamento: ſed cõmuniter in
omnibus, quia cum entia rationis ſint de ge
nere, & ſpecie: & in omni prędicamento ſit
genus reperiri: & ſpecies: ſequitur quod in
omni pdicamẽto ſunt. Sed tamẽ hoc nõ eſt
ad mentẽ Ariſto. quia nomina non ponũtur
in prædicamento, ſecundum materiale ſig-
nificatum, ſed ratione formalis. Et dato ſub
ſtantia, quantitas, qualitas. &c. Sint genus
aut ſpecies: ſed intentio generis, eſt aliud q̃
ſubſtantia, vel quãtitas, vel qualitas. Et ideo

3.Opinio. ¶ Dicendum, entia rationis eſſe extra decẽ
prædicamenta, nam anteq̃ Ariſto. poneret
decem, diſtinxit ens, in ens reale: & rationis
& relinquẽs ens ratiõis, de ente reali poſuit
paulus venetus illa decem. Ob id (vt dicit Paulus venetus)
aut entia rationis pertinẽt ad ante prædica
menta, vt prędicabilia ſic dicantur, aut opꝫ
fingere vndecimum prędicamẽtum, in quo
S. tho ſit ordinatio entium rationis. Et quod non
ponatur in aliquo decem, ſ. Tho de poten-
tia. Q. 7, ar. 9, probat. & in opuſculis.

CAPITV. QVINTVM.
De ſubſtantia.

Textus.

SVbſtantia autẽ, quę
quidẽ proprie: in pri
miſq; & maxime ſic
dicitur, eſt, q̃ neq; d
ſubiecto aliquo dici-
tur, nec in ſubiecto
aliquo eſt, vt quidã
homo, & quidã equus. Secundę vero
ſubſtantię, ſpecies hę, in quibus quas in
primis ſubſtãtias appellabamus inſunt,
dicuntur, & hæ quidẽ, & harũ ſpecierũ
genera: vt quidã hõ, in ſpẽ quidẽ homi-
nis eſt, genus vero ſpeciei animal eſt. Se
cundæ igitur ſubſtantię hæ dicuntur, vt
eſt homo, atq; animal.

¶ Manifeſtum autem ex ijs q̃ diximus Tex.2.
eſt, quod eorum, q̃ de ſubiecto dicũtur
neceſſe & nomen & rationẽ de ſubiec-
to prædicari: vt homo de ſubiecto quo
dam homine dicitur. Prędicatur etiam
& nomẽ: hominem enim de quodã ho
mine prædicabis: & ratio quoq; homi-
nis de quodam homine prædicabitur:
quidam enim homo, & homo, & aĩal
rationale mortale eſt: quare & nomẽ &
ratio de ſubiecto prędicabitur. Eorum
vero quæ in ſubiecto ſunt in plurimis q
dem neq; nomen, neq; ratio prædicabi
tur de ſubiecto: in aliquibus autẽ nomẽ
quidem nihil prohibet de ſubiecto præ
dicari interdum, ratione vero eſt impoſ
ſibile: vt album, cum in ſubiecto ſit cor
pore, prędicatur de ſubiecto: dicitur. n.
corpus album: ratio vero albi, de corpo
re nunq̃ prędicabitur. Alia vero omnia
aut de ſubiectis dicuntur primis ſubſtan
tijs, aut in ſubiectis eis ſunt. Hoc autem
manifeſtum ſingula depromenti fuerit:
vt animal de homine prædicatur: ergo
& de quodam homine prædicabitur:
nam ſi de nullo quorũdam hominum,
neq; omnino de homine. Rurſus color
in corpore eſt: ergo & in quodam cor-
pore. Nam ſi non in aliquo corporũ ſin
gulorum eſt: nec omnino in corpore, q̃
re alia omnia aut de ſubiectis primis di-
cuntur ſubſtantijs, aut in ſubiectis eis
ſunt. Non exiſtẽtibus igitur primis ſub-
ſtantijs, aliquid aliorum eſſe, eſt impoſ-
ſibile. Omnia. n. alia aut prędicantur de
eis, aut in ſubiectis eis ſunt: q̃re non exi
ſtentibus primis ſubſtantijs, impoſsibile
eſt aliorum aliquid eſſe.

¶ Secundarum vero ſubſtantiarũ, ma 3.Textus.
gis

gis ſubſtantia eſt ſpecies ꝙ genus ꝓpin quior enim eſt primę ſubſtantię. Si quis enim prima ſubſtantia quid ſit edat, eui dentius conueniẽtiusq́ reddiderit, ſi ſpe ciem ꝙ genus reddat: vt hominem q̃n dam manifeſtius aſsignabit, hominem potius ꝙ animal aſsignans: illud enim proprium magis cuiuſdã hominis, hoc autem communis. Et cum quãdam ar- borem aſsignauerit, manifeſtius aſsig- nabit, arborem aſsignando, ꝙ plãtam. Præterea primæ ſubſtantiæ ideo quod alijs omnibus ſubijciuntur, & omnia a- lia de ipſis vel prędicantur, vel in ipſis ſunt, ea gratia primæ ſubſtantię maxi- me dicuntur. Vt autem primę ſubſtan- tię ad omnia ſe habent cætera, ita ſe ſpe cies ad genus habet: ſubijcitur enim ſpe cies generi. Genera enim de ſpeciebus prædicantur: ſpecies autem cum generi bus non conuertũtur. Quare & ex his ſpecies genere ſubſtantia magis eſt. Ip- ſarum vero ſpecierum q̃cunq; genera non ſunt, altera magis altera ſubſtantia nulla eſt. Nihilo enim accomodatius aſ ſignabis de quodam homine hominem aſsignando, ꝙ de quodam equo equũ. Similiter autem & in primis ſubſtantijs nulla altera magis altera ſubſtantia eſt: nihilo enim magis quidam homo ſub- ſtantia eſt, ꝙ bos quidam.

Textus. 4 ¶ Merito igitur poſt primas ſubſtãtias ſole aliorum omnium ſpecies generaq́ ſecundę ſubſtantię dicuntur. Sola enim hęc, eorum q̃ prędicantur primã ſubſtã tiam indicant: q̃ndam enim hominẽ ſi quis ediſſerat quid ſit, ſpẽm ꝙ genus ac comodatius demõſtrabit: & manifeſti9 quid ſit faciet, hominem ꝙ animal attri buendo. Aliorũ vero omnium quicq̃d attribuat quis, tribuet extraneę: velut al bum, aut currit, aut aliud quodcũq; hu- iusmodi depromendo. Quare merito hæ ſolę aliorum ſecundæ ſubſtantiæ di- cuntur. Ad hæc, primę ſubſtantię eo ꝙ de alijs omnibus ſubijciũtur, & omnia alia de illis vel prędicantur, vel in ipſis ſunt propriſsime dicuntur ſubſtantiæ. Sicut autẽ primę ſubſtantię ad omnia ſe habent cætera, ita genera & ſpecies primarum ſubſtantiarum ad reliq̃ om- nia ſe habent: de his enim reliqua om- nia prędicãtur. Quẽdam enim hõiem dices grãmaticum eſſe: ergo & hominẽ & animal grãmaticum dices eſſe: ſimi- liter autem & in alijs.

¶ Cõmune autẽ omni ſubſtantię eſt, in ſubiecto non eſſe. Prima namq; ſubſtã tia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto ẽ, nec de ſubiecto aliquo dicitur. Secunda rum vero ſubſtantiarum conſtat quidẽ etiã ſic, in ſubiecto nullam eſſe. Homo enim de ſubiecto quidẽ homine quodã dicitur, in ſubiecto vero nullo eſt: nec. n. in quodam homine hõ eſt. Similiter au tem & animal de ſubiecto quidẽ dicitur quodã hõie, nõ etiã eſt animal in quodã hõie. Pręterea, eorũ q̃ in ſubiecto ſunt, nomẽ quidẽ de ſubiecto prędicari inter dum nihil prohibet rationem vero, eſt impoſsibile. Secundarum vero ſubſtan tiarum de ſubiecto, & rõ & nomẽ prę- dicatur, rationẽ enim hominis de quo- dã hõie ꝑdicabis, & aĩalis ſimiliter: q̃re nõ erit eorũ ſubſtãtia, q̃ ſunt in ſubiecto Nõ eſt aũt ꝓpriũ ſubſtãtię hoc quippe & differẽtia eorũ eſt, q̃ in ſubiecto non ſunt, bipes enim & greſsibile de ſubiec- to quidẽ homine quodã dr̃, in ſubiecto vero eſt nullo: nec. n. in homine bipes ẽ, neq; greſsibile. Ratio quoq; differentiæ de illo prędicatur, de quocũq; ipſa diffe rentia dicitur: velut ſi greſsibile de ho- mine prædicatur, & ratio greſsibilis Textus. 5.

de homine prædicabitur: eſt enim ho-
mo greſsibilis. Neq; nos vero ſubſtan-
tiarũ partes conturbent,quaſi quę in to
to ſunt,etiam in ſubſtantia ſint ,quę ita
in toto quaſi in ſubiecto ſint , nec forte
eas non eſſe ſubſtantias fateri cogamur
Non enim ſic in ſubiecto quippiam eſſe
quemadmodum partem eſſe dicitur.
Textus .6. ¶ Ineſt autem ſubſtantijs differẽtijsq;,
omnes vniuoce vt prædicentur. Om-
nia enim quę ab his prædicata ſumun-
tur, aut de indiuiduis, aut de ſpeciebus
prędicantur. A prima namq; ſubſtãtia,
p̃dicatio nulla eſt:de nullo enim ſubiec-
to dicitur.Secundarum vero ſubſtãtia-
rũ ſpecies quidẽ de indiuiduo prædica-
tur:genus autem & de ſpecie p̃dicatur,
& de indiuiduo.Similiter autem & dif-
ferẽtię.& de ſpeciebus, & de indiuiduis
p̃dicãtur.Iam vero & rationẽ primę ſub
ſtantię ſpẽrum generũq; ſuſcipiunt, &
ſpecies generis. Quęcũq; enim de p̃di-
cato dicuntur: eadẽ & de ſubiecto dicẽ
tur.Similiter autẽ rationẽ differentiarũ
ſuſcipiũt ſpecies & indiuidua .Vniuoca
autẽ ſunt quorũ & nomẽ cõe eſt & rõ
eadem.Quare omnia q̃ a ſubſtãtijs dif
ferentijsq; ſunt,vniuoce prędicantur.
7.Textus. ¶ Omnis autẽ ſubſtãtia hoc aliquid ſig
nificare videtur. In primis igitur ſubſtã
tijs indubitabile id, verũq; eſt,hoc aliqd
ipſas ſignificare. Indiuiduũ enim vnũq;
numero eſt,quod ſignificatur. In ſecun
dis vero ſubſtãtijs, ſimiliter quidẽ prop
ter appellationis figurã hoc aliquid ſig
nificare videtur, cum quis aut hominẽ
aut animal dixerit,nõ tñ eſt verum: ſed
quale quid poti⁹ ſignificat:nõ eſt enim
vnũ ipſum ſubiectũ, vt ipſa ſubſtantia
prima:ſed de plurib⁹ ipſe hõ & animal
dicitur,verũ nõ quale quid abſolute ſig
nificat,perinde ac albũ,nihil enim aliud
album q̃ quale ſignificat.At ſpecies &
genus circa ſubſtantiam quale ipſum di
ffiniunt:qualẽ enim quandam ſubſtan-
tiam ſane ſignificant. Genere tamen
amplior diffinitio q̃ ſpecie fieri ſolet,qui
namq; animal dicit, is plura complecti-
tur q̃ is qui hominem dicit.
¶ Competit preterea ſubſtantijs, & ni 8.Textus.
hil ipſis contrariũ eſſe. Primæ nãq; ſub-
ſtantię,vt alicui homini: aut alicui aĩali
quid nam contrariũ fuerit? nihil enim
prorſus his aduerſatur. At neq; ipſi hõi
vel animali contrarium quicq; eſſe vide
tur.Non tamen hoc ſubſtantię propriũ
eſt:& alijs enim competit, vt quãtitati.
Bicubito enim, aut tricubito nihil cõtra
rium eſſe videtur:neq; ipſis decem,neq;
taliũ cuiq; quicquam aduerſatur. Niſi
quiſpiam multũ pauco, aut magnũ par
uo dixerit eſſe contrarium. Attamen ni
hil eorum quæ diffinitę ſunt quantitatis
cuiq; prorſus aduerſari videtur.
¶ At vero ſubſtantia non ſuſcipere gra Textus. 9.
dus videtur, vt ſit magis minus ve ta-
lis. Atq; non dico ſubſtantia non ma-
gis ſubſtantiam eſſe: hoc enim iam dixi
mus ita eſſe: ſed quamq; ſubſtantiam
id ipſum quod eſt, non dici magis ac mi
nus eſſe: veluti ſi ſubſtantia eadem ho-
mo ſit,non eſt magis ac minus, aut ſe
ipſo,aut alio,homo. Nõ enim alius alio
magis homo eſt:perinde atq; album a-
liud alio magis ac minus eſt album.
Corpus enim album magis albũ nunc
q̃ prius, & calidum magis nunc calidũ
ac minus dicitur eſſe: ſubſtantia vero
non magis dicitur,nec minus , neq; ho-
mo magis nunc homo q̃ prius dicitur
eſſe, neq; cæterorum quicq; omnino
quæ ſubſtantiæ ſubeunt rationem.
Quare patet ſubſtantiam gradus ſuſci
pere nõ poſſe, vt magis ſit vnq; id quod
eſt,

eſt, atq; minus.

Textus.10. ¶ Maxime vero ſubſtantiæ proprium hoc eſſe videtur, idem (inquam) vnum q; numero permanens, contrariorum eſſe ſuſceptiuum: quale nihil in ijs quæ ſubſtantię non ſubeunt rationem proferre poſsis, quod vnum numero cum ſit recipere in ſe ſimul contraria poſsit, vt color vnus idemq; numero, albus idem ac niger: negotium ve idem numero, bonum malum q; vt dicatur: ac in cæteris ſimiliter: quæcunq; ſubſtantia non ſunt. Subſtantia autem vna eademq; numero contrariorum eſt ſuſceptiua veluti quidam homo vnus ac idem interdum ſit albus, interdum niger, & calidus atq; frigidus, & vitioſus ac ſtudioſus. Ad alia vero nulla id ipſum accõmodari vr̃ niſi fortaſſe quiſpiam inſtaret, orationem opinionemq; dicens contrariorum eſſe ſuſceptiuas. Eadem enim oratio falſa veraq; eſſe videtur, nam ſi vera eſt hæc oratio, quempiam inq; ſedere, ſi ille ſurgat eadem hęc oratio falſa erit. Idem & in opinione fieri videtur. Nam ſi quiſpiam opinatur quempiam ſedere, ſi ſurgat ille, falſo nimirum opinabitur, qui de illo eandem habet opinionem. Enimuero ſi quiſpiam & his illud accommodatum duxerit eſſe in modo tamen habebit vtiq; differentiam. Subſtantiæ enim ipſæ ſui mutatione contrariorum ſunt ſuſceptrices: ſi fit enim ex calido quippiam frigidum, mutatur ſane, alteratur enim vt patet. Et ſimiliter ſi nigrum ex albo fit, & ſtudioſum e uitioſo, & in cęteris ſimili modo, vnumquidq; mutationem ſuſcipiens, contrariorum eſt ſuſceptiuum. In oratione vero atq; opinione non ita fit ſed ipſę quidem immobiles penitus manent: ſi res autem moueatur, ibi tamen euadunt circa eas contraria: orõ namq; eadem manet, quempiam inq; ſedere: re autem mota, interdum vera, interdum falſa fit. Eadem circa opinionem etiam fiũt. Quare ſaltem hoc quidem modo ſubſtantiæ proprium erit, ipſam ſui mutatione ſuſceptricem contrariorum eſſe. Quod ſi quiſpiam & hoc acceptet, opinionem vt putet, orationem ve ſuſceptiuas contrariorum eſſe, ſciat id ipſum verum non eſſe. Oratio nam q; opinio ve, non quia ſuſcipiunt aliquid, ideo ſuſceptiua contrariorum eſſe dicuntur: ſed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo namq; vera vel falſa oratio ac opinio dicitur eſſe, quia res ipſa eſt, aut non eſt: non quia ipſę contrariorum ſunt ſuſceptiuę. Simpliciter enim a nulla re prorſus aut oratio aut opinio mouetur: quare non erunt ſuſceptiua profecto contrariorum ſi paſsio in ipſis nulla efficiatur. At ſubſtantia hoc ſuſceptiua contrariorum dicitur eſſe, quod contraria ſuſcipiat ipſa. Morbum enim & ſanitatem, nigredinem atq; albedinem ſuſcipit: atq; vnum quodq; talium ipſa ſuſcipiens, ſuſceptrix contrariorum dicitur eſſe. Quare ſubſtantię proprium erit, ipſam vnum idemq; numero permanentem, mutatione ſui ſuſceptricẽ eſſe contrariorum.

Sed de ſub
ſtãtia
quidem
hacte
nus.

 Gloſa.

Gloſa.

in 2. textu. CIrca textus declarationem aliqua veniunt notanda. Inſecundo textu ponit differentiam inter vniuerſalia ſubſtantię, & vniuerſalia accidentis. Quod vniuerſalia ſubſtantiæ, prędicantur de ſuis inferioribus, nomine. Et ratione, accidentia vero de ſubſtantia quædā neq; nomine prædicantur, neq; ratione, & q̄dam nomine, & non ratione. Aliquid prædicari de alio ſecundū nomen eſt, quod nomen prędicati, ſit nomen ſubiecti. Ratione quod diffinitio p̄dicati, ſit & diffinitio ſubiecti. Vt ſi dePetro dicitur quod ſit homo, de eo etiam prędicatur quod ſit animal rationale, & ſi de eo p̄dicatur quod eſt animal: & quod eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Accidentia tamen in abſtracto, neutro modo p̄dicantur de ſubſtantia. Quia Petrus neq; eſt albedo, neq; eſt color viſus diſgregatiu⁹. In concreto tamen accidens p̄dicatur ſecundum nomē, quia nomen concretum albedinis, eſt nomen corporis: nam corpus eſt album, tamen albi diffinitio, non eſt diffinitio corporis. nota

in 5. textu ¶ In quinto textu, quando dicit (Eorum quæ ſunt in ſubiecto, &c.) vbi diſtinguit eſſe in ſubiecto, quod eſt accidentis: a dici de ſubiecto, quod eſt ſubſtantiæ. Vis rationis in hoc cōſiſtit, quod eſſe in ſubiecto ſimpliciter eſt eſſe in aliquo, tanq; in ſuſtinente a quo & eſſe recipit, ſicut accidens in ſubiecto ēſt: ſed ſecundę ſubſtātię non ſic ſunt in primis, quia potius conſtituunt eſſentiā primę. Vt homo conſtituit eſſentiam petri, & non recipit homo eſſe a Petro: ob id ſecūdæ ſubſtantię ſunt in primis, tanq; de ſubiecto prædicationis: ſed non ſunt in illis tanq; in ſubiecto inhęſionis.

¶ Etiam ibi notandū, circa illud quod dicit (Ratio.n.rationalis eſt, vti ratione, &c) Si quis arguat, diffinitionem, non habere differentiā, dicendū rationē vocari diffinitionē, in his q̄ habent. Et in his q̄ non habēt, Ratio vocatur cōceptus obiectiuus, vel deſcriptio: q̄ ſuplet locum diffinitionis.

¶ Hic oportet etiā conſiderare, iſta differre Subſtantia, Eſſentia, Subſiſtentia, Res naturę. Et ſignificare idē, licet ſecūdū aliā, & aliā conſiderationem, quia ſubſiſtētia, in quantū perſe ſtat. Et ſubſtātia quia ſubſtat accidētibus. Res naturæ, quia ſupponitur naturę cōmuni. Eſſentia ab eſſe, de quo. ſ. Tho. prima. p. Q. 29. ar. 2.

¶ Eſſentia q̄ ſumitur ab actu eſſendi, aliquādo eſt vt quod: aliq̄n vt quo. Cum ſpecies ſit tota eſſentia indiuidui, ipſa ſignificatur vt quod, & nomine ſpeciei, & nomine indiuidui. Vnde dicimus & Petrum eſſe quādam eſſentiam, & hominem eſſe eſſentiā petri, & aliquando eſt vt quo, vt q̄n dicimus humanitas, quia eſt id quo homo eſt homo. Et ſic eſt quo q̄n eſſentia in abſtracto, & quando vt quod, eſt in concreto.

QVAESTIO PRIMA
Circa textum ſubſtantiæ.

PRimo queritur vtrū diuiſio quā ſubſtātia in primā & ſecundam diuiditur, ſit bene poſita, & diffinitiones tā primę ſubſtātię quā ſecundę bene aſsignatę & videtur quod non. Primo Deus eſt ſubſtantia, & tamen in eo: non poteſt diſtingui prima & ſecūda ſubſtantia: ergo diuiſio eſt inſufficiens. 1.

¶ Et cōfirmari pōt, qa CHRISTVS in quantū hō, q̄ndoquidē verus hō, ponitur in p̄dicamento ſubſtantię, & tū neq; eſt prima neq; ſecunda ſubſtantia Primo nō eſt ſecunda, quia eſt indiuiduū naturę hūanę. Neq; ē prima ſubſtantia, quia prima eſt in ſecunda ſicut pars quidditatiue inferior in toto vniuerſali, ſed CHRISTVS non eſt quidditatiue inferior ad hominem, eo quod humanitas incluſa in homine non eſt de eſſentia CHRISTI: ergo nō eſt prima ſubſtātia. Cōfirmatur

¶ Secundo ſic principaliter, ſi diuiſio eſſet bona, vel diuiditur ſubſtātia vt generaliſsimū eſt, & hoc nō, qa cū generaliſsimū ſit ſecunda ſubſtātia, diuiſum cōuerteretur cū vno mēbro diuiſiōis. Aut accipitur ſubſtātia vt cōe eſt ad primā, & ſecundā: & hoc nō, qa nō pōt eſſe vna cōis intentio, primæ & ſecūdę, cū primę ſit eſſe ſubiectum, & ſecundæ eſſe prędicatum. 2.

¶ Et

¶Et cõfirmatur.qa aut inter primã & ſecũ
dã ſubſtãtiã ẽ diſtinctio ex natura rei ſine o-
patiõe intellectus,aut ſolũ eſt ꝑ opationẽ in-
tellectus,ſed nec hęc neq; illa eſt. Nõ prima
qa ſic ſecũda ſubſtãtia nõ p̃dicaretur forma
liter de prima,& ſic neq; eſſet ſpẽs, neq; ge-
nus reſpectu ipſius,qđ aũt nõ ſola opatione
intellectus,patet ex Ariſ.qui ait, Primã ſubſ
tãtiã eſſe principalr̃ ſubſtãtiã :ſecundã vero
nõ eſſe ſubſtãtiã,niſi cũ addito Itẽ qaprima
ſignificat hoc aliqd,& ſecũda q̃le quid:ergo
nõ ſolũ ꝑ opationẽ intellectus diſtingũtur.
Incontrariũ ¶In contrariũ eſt autoritas ipſius Ariſto.di
uidẽtis ſubſtantiã,in primã & ſecundã. Pri-
mã vocans indiuiduũ. Secundã ſpẽs vel ge-
nera quę de indiuiduis prędicantur,
1.Nota. ¶Hic oportet ante ſolutionẽ q̃ſtionis nota
re,nominales totũ capitulũ intelligere đ ter
minis,Vt ſic ſit diuiſionis ſenſus, ſubſtãtia-
rũ,i,terminorũ abſolute ſignificãtiũ ſubſtã-
tiã,alia eſt prima : & alia ſecũda.i,alius ẽ ter
minus ſingulariter ſignificãs ſubſtãtiã,vt ly
Petrus:alius cõiter ſignificans ſubſtantiam
vt ly homo,
¶Sed tñ quicqd ſit de veritate opiniõis nõ
videtur ad mẽtẽ Ariſto,q de rebus loquitur
qñ dicit: ſubſtãtiã primã maxime ſubſtare,
Certum eſt non loquitur de termino.
2.Nota. ¶Pro quo notandum ſubſtantiã ad ſenſum
Ariſto.tripliciter ſumi poſſe,Primo mõ pro
generaliſsimo ſubſtãtię. Secũdo mõ vt diſ-
tinguitur cõtra accidẽs. Et ſic includit par-
tes ſubſtantię Tertio mõ pro eo quod eſt in
recta linea primi prædicamenti,vt excludit
differẽtias,& partes ſubſtantię, & includit
omne illud de quo generaliſsimũ p̃dicatur,
ad q̃ſtionem. ¶Ad q̃ſtionẽ ſit cõcluſio,licet ſubſtãtia ca-
piendo primo & ſecũdo mõ,nõ poſsit diui-
di in primã & ſecũdã : recte tñ diuiditur ca-
piẽdo tertio mõ. Probatur prima ps,nã ca-
1. piẽdo ſubſtãtiã primo mõ ꝓ generaliſsimo,
vt bene ꝓbat argumẽtũ:nõ põt ſtare, qa ſic
vnũ mẽbrũ diuidẽs,cõuerteretur cũ diuiſo.
Nec ſi ſecũdo mõ, qa ſic cũ mã & forma eſ-
Sint ſent ſubſtãtia,forma vl̃ mã diceretur indiui
duũ.vl̃ ſpẽs,vl̃ genus,vl̃ pſe ſtaret, Et ſic ca
put in hõie eſſet ſubſtãtia,& pſe ſtans,& ſic
eſſet aĩal,qđ tñ apparet eſſe falſũ, Probatur
ſecũda ps cõcluſionis,nã ſubſtãtia diuiditur
in primã & ſecũdam,& nõ capitur ſubſtãtia
primo neq; ſecũdo mõ, ergo capitur tertio,

¶2 ſic,Ariſ,loq̃ns de recta linea p̃dicamẽta 2.
li, vult ponere *illa* q̃ nõ ſunt in ſubiecto,di-
cũtur tñ:& q̃ neq; ſunt,neq; dicũtur:ſed hoc
eſt ſubſtantiã diuidire,in primã & ſecundã,
ergo ſufficienter ponitur talis diuiſio.
¶3.Ariſto. hic loquitur de rebus,prout prę 3.
dicãtur mediãtibus terminis, ſed in ſubſtan
tia cõtingit p̃dicari vel ſubiici ſolum, & hoc
eſt eſſe ſecũdã vel primã ſubſtantiã:ergo ſu
fficiẽter ab Ariſto. poſita eſt talis diuiſio.
¶In primo argumento tangitur vna q̃ſtio
quæ diſputari ſolet non ſolum a dialecticis
in iſto loco:ſed etiã a theologis in, 1, ſẽ, d, 8
vtrum. Deus ponatur in prædicamento. Et Vtrũ Deus
ratio dubitandi eſt,eo quod cum res quę po Ponatur in p̃
nitur in prędicamento,ex genere & differẽ dicamen.
tia conſtet, & compoſitionem ponat : cum
Deus ſit ſimpliciſsim⁹,videtur quod nõ de
beat poni. De q̃ſtione ſunt varię opiniones,
Olchot,Gregorius Ariminẽ. & Gabriel, 8. gregorius
dis,primi tenent partem affirmatiuam. Nõ olchot
reputant inconueniens dicere, Deum poni gabriel
in prædicamẽto. Quod & probãt, quia hoc
nomen ſubſtantia vniuoce de Deo & crea-
turis dicitur,cum ergo creatura ponatur in
prædicamento:& creator etiam. Item quia
ſpiritus etiã vniuoce dr̃ de deo & angelis:er
go cũ ãgelica nã ponatur in p̃dicamẽto ſubſ
tãtię:& etiã ponetur Deus. Secũdo qa pater
& filius dicũtur in diuinis,& ponũtur in prę
dicamẽto relatiõis, cũ diſtinctio realis pſo-
narũ,ſolũ ſit ꝑ relationẽ originis vni⁹ ab alio
ſeqtur ꝙ de⁹ poneť ĩ p̃dicamẽto.ſ relatiõis.
¶2.opo eſt huic cõtraria,q̃ tenet,Deũ nullo 2.Opinio.
mõ poni in p̃dicamẽto. Hęc eſt magiſtri in, 1 magr
d.8. & eã ſeqtur doctor ſub,ibidem.Q.3.&
doctor.S.1.p,Q.3.ar,5.& eſt theologorum
cõis ſentẽtia. Et dato Scotus teneat ens vni Scotus
uoce dici de Deo & creaturis, (vt ſupra di-
ximus)nõ tñ audet dicere Deũ poni in p̃di- s.tho
camẽto, Nã cũ ipe ſit infinitus, & illimitat⁹
non eſt ſignãdum aliquod genus,quod poſ-
ſit eum continere,& limitare, Pro deciſione
clara quęſtionis ſint concluſiones.
¶Deus in nullo prædicamẽto ponitur, ſiue 1. Cõcluſio
vniuoce nobiſcũ,ſiue æquiuoce, Probatur
autoritate Ariſ,3.met,tex.9.&,15. Species
conſtat ex genere quod ſe habet vt materia
& differentia q̃ ſe habet vt forma, ſed om-
nis talis compoſitio repugnat diuinæ ſimpli
citati:ergo in Deo nõ datur ſpẽs neq; gen⁹.

Sed vbi genus, neq; ſpecies, neq; p̃dicatio
erit prædicamentalis: & ſic neq; prędicamẽ
tum. Et hæc ratio eſt multum notanda. Nã
eo quod Deus ſit infinitus, non habet vnde
poſsit fieri aliqua contractio, vel limitatio,
non ſolum realiter: ſed neq; per operationẽ
intellectus poteſt id fieri. In quo deceptus ẽ
Gregorius arimi. Secundo ſic. Si Deus po-
neretur in genere, maxime ſub ly ens, ſed
ens non eſt genus: (vt dictum eſt) ergo nõ
ponitur in genere. Et ratione maximę eſt,
quia ſi deberet poni in genere, non deberet
niſi in genere entis: quia in genere ſubſtan-
tię nullo modo, cum non ſubſtet accidenti-
bus, quia in Deo nullum accidens ſubiecta-
tur, nec poteſt ſubiectari. Item quia ſubſtã-
tia dicit aliquid limitatum ſ. quod diſtingui
tur ab accidente, & tamen ens nõ dicit hoc:
ob id ſi deberet poni in genere, ſub ente eſ-
ſet, & non ſub ſubſtantia.

2. Conluſio. ¶ Secunda concluſio. Licet ſolum duo præ
dicamenta dicantur de Deo proprie, ſ. ſub-
ſtantia & relatio: nullum tamen attributũ
Dei quod in nobis eſt accidens, ponitur in
Auguſtinus. aliquo prędicamento. Hæc eſt concluſio. b.
p. Auguſtini in. 5. de trinitate, qui dicit ſub-
ſtantiam & relationem dici in diuinis, &. c.
primo dicit ſecũdã partẽ ſic. Deum eſſe bo-
num ſine qualitate, & magnum ſine quanti
tate, prę ſentem ſine ſitu, & ſine habitu om-
nia continentem, ſine loco vbiq; totum, ſine
tempore ſempiternum, ſine vlla ſui mutatio
ne mutabilia facientem, nihil q; patientem.
Ex quo apparet quod quãtitas, qualitas, & c
De deo non dicuntur. niſi metaphorice. Ex
iſtis manifeſte ſoluitur argumentum, Deũ
non poni in prędicamẽto, licet enim de eo
dicatur ſubſtantia, & relatio: non tamen po
nitur in prędicamento. Nam dato ita ſit,
quod non ſit neceſſarium quod res q̃ ponũ
tur in prędicamento componãtur phiſice,
ex materia & forma. debet tamen compo-
ni ex genere & differentia. Et ſic erit res, cu
ius eſſe nõ erit de eius quidditate: ſicut ſunt
omnes creaturę. Et quia deus habet eſſe qđ
eſt de eius eſſentia, non poteſt poni in præ-
dicamento. Et tenendo hanc ſententiã, ſol-
ad argumẽ. uitur argumentum Gregorii dicẽdo quod
Gregorij. quãuis nomen ſubſtantia, & nomẽ ſpiritus,
prędicentur de Deo & nobis: non tamẽ eſt
vniuoce. Neq; ly pater de Deo & creaturis
vniuoce, quia in creaturis dicitur accidenta
liter, in diuinis non eſt accidens eſſe patrẽ.
Quia vt ait, p. Auguſtinus in Deo nihil eſt p Auguſtinus.
modum accidentis, ſed relationes diuinæ
ſunt ſubſiſtentes: vt docet. ſ. Tho. p. p. Q. 29 S. Tho.
arti. 4. & ſic dicendum de directo ad argu- Ad argumẽ.
mentum in contrarium, quod ſicut De9 nõ
eſt in prędicamento: ita neq; proprie prima
neq; ſecunda ſubſtantia debet dici, vt loqui
tur Ariſto, quia neq; accidentibus ſubſtat,
nec eſt illic ratio vniuerſalis, generis, vel ſpe
ciei, aut ratio prędicabilis de pluribus per in
differentiam.

¶ Ad confirmationem primi argumenti, q̃
tangit vtrum ly hõ inquantũ pro CHRIS
TO ſupponit, ſit terminus cõnotatiuus vel
abſolut9: relicta opinione nominaliũ, qui te
nent hominem eſſe cõnotatiuum etiam p
nobis ſumpto (de quo alias dictum eſt) quia
ſignificat compoſitum ex corpore & anima
cõnotando per ſe ſubſiſtat, & dicunt quod
quando de CHRISTO dicitur homo, ſu
mitur connotatiue, quia ſignificat aliqd cõ
notando ſubſiſtineat humanitatem. Et qa
hoc facit CHRISTVS, dicunt connota
tiue ſumi. Sed quicquid ſit de hoc, tenendũ
abſolute dici hominem tam de nobis quam
de CHRISTO & vniuoce. Quandoqui-
dem fides abſolute concedit CHRISTVM
eſſe hominẽ, & proprie concedit, ſicut iſtã
Petrus eſt homo. Et ſic probat. ſ. Tho. 3. ſen
d. 7. Q. 1. ar. 1. ad tertium. Et ſic docet Pau-
lus ad Philipem. Habitu inuentus vt homo.
& ad confirmationem. Negatur quod
CHRISTVS non ſit quidditatiue infe-
rior ad ly homo. Nec requiritur ad hoc qđ
ſit quidditatiue inferior, quod humanitas
ſit de eſſentia ſubiecti: ſed ſatis eſt prędica
tum dicat naturam ſubſtãtialem, in qua ſup
poſitum ſubſiſtit. Et ſic eſt quod CHRIS-
TVS ſubſiſtit in humanitate.

¶ Ad ſecundum patet ſolutio ex dictis, ad Ad. 2.
q̃ſtionem. Et ad confirmationem quomo-
do diſtinguantur prima ſubſtantia, & ſecũ-
da. Dicitur: quod prima ſubſtantia & ſecũ
da ſunt eadem res: ſed differunt per opera-
tionem intellectus. Homo enim vt per intel
lectum abſtrahitur a conditionibus indiui-
duãtibus eſt ſpecies: & quantũ abſtrahitur
a cõditionibus ſpecierũ, eſt genus. Et inquã
tum idem homo eſt cognitus notitia ſingu-
lari

lari,eſt prima ſubſtantia. Et hac rarione eſt ſubiectum, reſpectu ſpeciei, & generis. Et hęc diſtinctio eſt ſufficiẽs, ad hoc quod ſpecies & genera dicantur ſecundę ſubſtantię. Et indiuidua dicantur primę.

Corolariũ. ¶Ex iſta ſolutiõe ſequitur quod prima ſubſtantia & ſecunda, ſunt nomina ſecundę intentionis, & quod illa diuiſio non eſt generis in ſpecies, (vt ait. ſ. Tho. de potentia. Q. 9. ar. 2. ad. 6.) quia vna ſpecies non prędicatur de alia oppoſita: ſicut album nõ prædicatur de nigro: & tamẽ ſecunda ſubſtãtia de prima prędicatur. Eſt ergo diuiſio eiuſdem naturę: prout ſubſtat diuerſis ſecundis intentionibus, & poteſt dici analogi, ſecundum Ariſ. Quj ait, ſolam primam ſubſtantiam, eſſe maxime ſubſtantiam: ideſt ſimpliciter. Et ſecundę ſubſtantię ſunt ſubſtantię ſecundum quid, quia non per ſe ſubſtãt: ſed ſunt in indiuiduis.

Nota. ¶Hic obiter notandum, quia diximus primam ſubſtantiam eſſe indiuiduum, & ſingulare. Tamen eſt differentia inter iſta tria nomina, quia indiuiduum dicit reſpectum ad inferiora, vt eo ſit indiuiduum Petrus, quia amplius diuidi non poteſt. Et ſic homo nõ eſt indiuiduum, quia poteſt diuidi in petrum & Paulum. Dicitur ſingulare reſpectu ad ſuum vniuerſale, penes hoc: quod ratio vniuerſalis ſit facta in cõmunicabilis, propter aliqua accidentia indiuiduantia. Prima ſubſtantia vocatur reſpectu ad omnia prædicata, tam ſubſtantię quam accidentis, qa omnibus ſubſtat. Et ſic tam indiuiduũ, quã ſingulare, reperitur nõ ſolum in recta linea ſubſtantię: ſed in partibus eius, & in omnibus prædicamentis accidẽtium. Vt hęc manus, hęc albedo. Sed prima ſubſtantia eſt quid completum. Ob quod etiam ſi anima rationalis per ſe poſsit ſtare: nõ vocatur prima ſubſtamia, & ſic docet. ſ. Tho. 1. p. Q. 29 ar. 1. ad vltimum.

QVAESTIO SECVNDA. Vtrum textus ſit optime ſignatus.

QVeritur ſecundo circa ſecũdam partem textus, vtrum ſex proprietates ſubſtantiæ poſitę ab Ariſ. ſint ſufficiẽter enumeratę?

¶Primo videtur quod non, quia illa quarta proprietas, ſcilicet quod ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, non ſufficienter ponitur. Patet, elementa ſunt ſubſtantię, & tamen habent contrarium: quia ignis aquę, & terrę aer contrariantur: ſecundum vtranq́ȝ qualitatem, quod aſſerit Ariſto. primo đ generа, comen. 24. 1.

Aristo

2. Secundo ſic principaliter contra quintã proprietatem. ſ. quod ſubſtãtia non poteſt ſuſcipere magis vel minus. Anima intellectiua ſubſtantia eſt, non ſolũ quia pars ſubſtantię ſed quia poteſt per ſe ſubſiſtere, tamen recipit magis vel min⁹, ſecundum eſſentialem perfectionem, & ſic ſentire videtur. ſ. Tho. 1. p. Q. 85. ar. 7. & de elementis. Expreſſe Comentator. 3. de cęlo tex. co. 67. S. Tho

3. ¶Tertio arguitur contra illam proprietatẽ tertiam. ſ. in qua dicit, quod propriũ eſt primę ſubſtantię ſignificare hoc aliquid &c. In aliis prædicamentis ſunt indiuidua, & vniuerſalia, vt. ſ. hęc quantitas & quantitas, hæc albedo & albedo: ergo in aliis reperitur hoc aliquid, & quale quid.

In cõtrariũ ¶In cõtrarium eſt autoritas Ariſto. qui ponit 6 proprietates ſubſtantiæ.

¶Ad q̃ſtionem oportet conſiderare, quod illę 6 proprietates quę aſcribuntur ſubſtantię, non ęquali ratione omnes ei conueniũt. Nam aliquę ſic dicuntur proprietates, vt etiam aliis conueniant extra ſubſtantiã. Vt eſt verbi gratia, quod nihil ſit ei contrariũ, q̃ proprietas etiam tribuitur quantitati. Nã bicubito nil eſt contrarium. Et prima proprietas conuenit etiam differentiis ſubſtantię ſ. in ſubiecto non eſſe. Nec ſecunda proprietas ei ſolum, quia etiam differentiis earum. Neq́ȝ etiam 3. Sola 6 videtur eſſe propria proprietas ſubſtantię, quia omni & ſoli Et quidem contraria ſuſcipere vt quod ſoli ſubſtantię, quia vt quo conuenit quantitati, vt ſi ſuperficies ſuſcipit albedinem, eſt quia in ſubſtantia eſt ſuperficies.

Cõcluſio. ¶Concluſio ad q̃ſtionem. Proprietates aſſignatę ab Ariſto. in textu conueniẽtes ſubſtantiæ, ſunt optimę poſitę, Patet illud dicitur proprium quod alicui conuenit, ratione eius, ſed omnes ſex proprietates ſubſtantiæ conueniunt: ſiue ſit proprium proprie, ſicut quarto modo, quod ſoli & omni: ſicut ei cõuenit, 6, proprietas, ſ. quod ſit contrariorũ

ſuſceptibilis, ſiue ſit proprium quod aliis cõuenjat: (vt diximꝰ de cęteris ꝓprietatibus) ergo conuenienter poſitæ ſunt tales 6 proprietates, ſ. prima quod in ſubiecto nõ ſit ſecunda quod vniuoce de inferioribus prędicetur, 3, quod hoc aliquid ſignificet, 4, qđ nil ei ſit contrarium, 5, quod non poteſt magis & minus ſuſcipere, 6, quod contrariorũ ſuſceptibilis ſit.

Ad primum. ¶ Ad primum quando dicis quod elemẽta recipiunt contrarietatem. Concedo ita eſſe ſed contrarietas non prouenit eis ratione ſubſtantiæ, ſed ratione qualitatum contrariarum. Oppoſitio enim proprie vt ex Ariſ. conſtat, ſolum primo in qualitatibus reperitur, quę ſunt accidentia, & ob id in ſubiecto recipiuntur, & cum nec prima ſubſtantia, necꝫ ſecunda recipiatur in ſubiecto: quia accidens non eſt, non poteſt in eis contrarietas reperiri, & ſi duæ ſubſtantiæ ad inuicem contrariẽtur, ■■■ ratione qualitatum erit, ſicut de igne & aqua, terra & aere probat argumentum. Nec valet etiam ſi replices, qđ formę ſubſtantiales circa idem ſubiectum mutuo ſe expellunt, & ſi formę ſubſtantiales ſint ſubſtantiæ, quia iſta expulſio, nõ ꝓuenit eis. Niſi a qualitatibus, quas ſibi determinant & requirunt.

Ad ſecũdum. ¶ In ſecundo argumento tangitur bona difficultas, vtrum ſ. vna anima rationalis, alia ſit perfectior eſſentialiter. Et licet in libris de anima locus proprius, & a theologis in ſecundo ſen. & a ſ. Tho. in prima parte expoſito. [S. Tho. p. p q. 75. infra] Tamen quantum ad præſens inſtitutum. & veritas hæc eſt, nec, ſ. Tho, necꝫ Ariſ aliter ſentit, quin omnes animæ rationales, quandoquidem ſunt in eadem ſpecie, & (vt ait Porphyrius) participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, ſint eiuſdem eſſentialis perfectionis. Nam eo quod vna aliã excederet, in eſſentiali perfectione: eſſet alterius ſpeciei, cum ſpecies ſe habeãt velut numeri. [8. meta. tex. 10.] Et id circo ſiquando. ſ. Tho. vel aliquis philoſophorum concedit vnam aliã excedere in perfectione: loquntur ratione diſpoſitionis, ſeu complexionis corporis in quo eſt: quia ꝑ hoc quod vtitur organo corporali, ad ſuas operationes, pro iſto ſtatu, vbi fuerit melior organorum diſpoſitio, & erit perfectior operatio. Et ex hac parte poteſt dici perfectior, ſicut Ariſto, 2, de anima tex, 64, ait, moles carne: eſſe mente aptiores. [Oẽs animę rationales ſũt eiuſdem perfectionis] [Ariſto]

Caietanus tamen in loco, ſ. Tho. ſupra citato, in argumẽto ait, vnam animam eſſe alia perfectiorem, ſicut vnus homo eſt alio melior, vel pulchior: ſed tamen bona venia eius, eſt contra Ariſto, & veritatẽ. [Cõtra Caie.] Quomodo poteſt eſſe in eadem ſpecie, eſſentialis perfectio maior in vno q̃ꝫ in alio? Nec etiã poteſt eſſe iſta maioritas, (vt ita dicã) penes aliquam accidentalem perfectionem additam animę, quia (vt optime magiſter Soto in iſto loco argumentatur contra eũ) vel illa perfectio faceret vnam animam alia perfectiorem, aut ratione intenſiõis in ſubiecto, vel ratione extenſſionis, ſicut vnũ calidum, eſt alio maius: quia intenſius, vel vnũ corpus maius, quia extenſius. Aut ratione partium diſpoſitionis, ſicut vnum eſt alio pulchrius Sed tamen nullum iſtorum, in anima rationali ſecundum ſe ipſam conſiderari poteſt, ſecluſis habitibus. Nam necꝫ intenſio, necꝫ extenſio, necꝫ partium diſpoſitio: ob id non poteſt intelligi opinio Caieta. quomodo vna anima ſit perfectior eſſentialiter alia.

¶ Si tamen intelligeretur, eſſe vnã alia perfectiorem, eo quod vna perfectiores actus competentes ad ſuam ſpeciem poſſit habere q̃ꝫ alia, quia organa requiſita ſint melius diſpoſita, dandum eſſet Caietano, ſicut rei veritas habet. In quo ſenſu anima Chriſti fuit profectior quacunq̃ꝫ alia anima. Nec tamẽ ex hoc ſequitur, quod ipſa natura magis vel minus reciperet, imo dato Caie, opo eſſet probabilis, id non ſequeretur: quia illa perfectio maior ad mentẽ Caietani conceſſa a principio, vel concreata, non intenditur, vel remittitur poſtea. Qua propter ſemper manet verum, quod non recipit magis necꝫ minus. Capreolus in. 2, ſen. d, 32, dicit vnam formam ſubſtantialem, alia perfectiorem in eadem ſpecie ſecundum eſſentiam, id eſt ſecũdum aliquid ad hęrens eſſentiæ & quod eſt actus eius. [Capreolus] Non tamẽ propter hoc ſequitur, quod recipiat magis vel minus, quia eadem anima rationalis, nõ habet prius imperfectius exiſtere, & poſt perfectius. Et illo modo anima CHRISTI, perfectior anima Iudę eſt.

¶ Ad tertium argumentum concedendum eſt, in aliis prędicamentis eſſe indiuidua, de quibus

¶ quamuis hec pr. sic mihi oꝑ babiſſiora apparuerunt unam aĩam rõnalem alia non eſſe ꝑfectiorem eſſentialiter post tñ exactius cõſiderãs et contemplãs in aperto coram me huius orbis indigenas in quibus eſt tanta ruſticitas in cõpar. ad hiſpanos nrõs probabile uz. qd. aſſerit caie unam animam rõnalem dari alia ꝑfectiorem eſſentialiter et non ſolum me mouet hec comparatio noſtratium ad indigenas ſz consideratio iſtorum nãlium ad inuicem nam notabilis uz exceſſus in intellectu, et incapacitate ex quo uz qd differentia non causet solum nõle ſolium aut cõſtellatio, aut gñatio aut cõmunicatio ſz gradus ꝑfectionis maior in uno q̃ in alio et q teneret hanc opinionem hz ꝑ se acm parisienſem dicere qd aĩa Jude eſt ita ꝑfecta ſicut aĩa christi error el faciles pondebil addo aristo ſpẽs se habent ſicut numeri ſicut exponit subtilitr et ꝓfunde egidius romanus q lib. 3. q. 5. s. ſpẽs se habet ſicut numeri qz ſicut in numerus qualibet unitate addita uel depta uariatur ſpẽs ſic diffa eſſẽtiali addita uel depta/ uide ibi ~ et in q lib 2 q 18

quibus genera & ſpecies quidditatiue prędicantur,(vt diximus in ante prædicamẽtis) & Ariſto. 7. meta. tex. 2. &. 15. docet. Sed tamen quia accidentia non ſunt ſimpliciter entia, neq̃ ſimpliciter quidditates: ideo etiã ſi ſint ſpecies, & genera in accidentibus: nõ vocantur proprie ſecundę ſubſtantię, neq̃ indiuidua primę ſubſtantię. Et ſic ad formã argumenti, ſicut enim non ſunt proprię ſecundę ſubſtantiæ in accidẽtibus: ſic nec ſignificatio hoc aliquid proprie reperitur. Et quia non ſunt proprie in eis vniuerſalia, neq̃ quale quid proprie ſicut ſecundę ſubſtantiæ. Sed tamen eo modo quo & indiuidua, & ſpecies, & genera, poſſent & ſignificare hoc aliquid. &c. Ob id manet verum, ſubſtantiam primam ſignificare hoc aliquid, & non conuenit proprie accidenti ſingulari, & ſecunda quale quid, quod non conuenit ſpeciei vel generi in accidentibus.

CAPITV. SEXTVM.
De quantitate.

1. Textus. QVantum autem partim eſt cõtinuũ, partim diſcretũ: & partim ex habentib9 poſitionẽ partibus, partim, e non habentibus conſtat. Atq; diſcretum quidem eſt, vt numerus atq̃ oratio: continuum autem, vt linea, ſuperficies, & corpus, & in ſuper pręter hæc, tempus, & locus.

¶ Partium enim numeri nullus terminus cõmunis eſt, quo ipſę copulantur, ceu quinq̃ & quinq̃ ſi ſint denarij partes, nullo communi termino copulãtur: ſed ſunt ſeiuncta. Similiter tria & quinq̃ communi termino nullo copulantur. Neq̃ omnino fit, vt numeri partiũ terminus communis vllus ſumatur, ſed ſemper partes ſeiunctę ſunt: quare diſcretus numerus eſt. Similiter & oratio diſcretum eſſe videtur: nam quantũ ipſam eſſe ex eo patet, quia longa breuiſq̃ ſyllaba menſuratur. Eam vero orationem dico, quę fit cum voce: etenim nullę partes ipſius communi termino copulantur: neq̃ enim terminus communis vllus eſt, ad quẽ ſyllabæ coaleſcant: ſed quæq̃ per ſe ſunt ſeiunctę.

¶ Linea vero continuum eſt, ſumi nãq̃ cõmunis terminus, quo partes lineæ copulentur, punctum poteſt: itidem vt ſuperficiei linea. Plani namq̃ partes cõmuni quodam termino copulantur. Similiter & in corpore ſumere aſsignareq̃ lineam ſuperficiem ve cõmunem terminum potes, quo partes corporis copulantur.

¶ Porro autem & temp9 & locus generis huius ſunt. Tempus enim præſens cum exacto futuroq̃ copulãtur. Rurſus & locus continu9 eſt, corporis enim partes, quæ quidem aliquo cõmuni termino copulantur, locum occupant: igitur & loci partes, quas quæq̃ pars corporis occupat, eodem ſane termino copulantur quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiam continuus erit quippe cum partes ipſius vno communi termino copulentur.

¶ Præterea partim vti diximus ex habentibus poſitionem partibus, partim e 2. Textus.
non habentibus conſtat: nam lineę quidem partes poſitionem habent: quæq̃ enim ipſarum alicubi ſitum habẽt: atq̃ qua in parte plani quæq̃ ſita eſt, quaq̃ cum parte copulatur: ſumere aſsignareq̃ potes. Similiter & plani partes poſitionẽ quandam nimirum habent, ſimili namq̃ modo quæq̃ partium vbi iacet, quaq̃ cum parte copulata eſt, aſsignabitur. Partes etiam ſolidi loci ve poſitionẽ idẽtidem habent. At in numero nemo demonſtrare

demonſtrare partes ipſius poſitionem quam habeant, aut vbi ſint ſitæ, aut q̃ quibus cum copulẽtur, poteſt. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis ꝑmanet, quod autem non permanet: id quo nam pacto poſitionem habebit? Sed ordinem habere potius dices, propterea quod hęc pars ſit prior temporis, hæc poſterior. Et in numero ſimili modo: ex eo plane, quia prius vnum q̃ꝫ duo & duo q̃ꝫ tria, & tria, q̃ꝫ quatuor numerãtur. Atq; hęc quidem pacto ordinem quẽdam habent, poſitionem autem ipſarum non vtiq; ſumas. Oratio quoq; ſimiliter ſe ſe habere videtur: nulla enim ipſius pars permanet: ſed iam quę dicta eſt, præhendi amplius non poteſt. Quare partium ipſius poſitio ſane non erit, cum nulla prorſus permaneat. Quę cũ ita ſint, patet partim ex habentibus poſitionem partibus, partim e non habentibus poſitionem cõſtare.

3. Textus. ¶ At qui hęc ſola quæ dicta ſunt, proprie quanta dicuntur: cætera vero vniuerſa per accidens. Ad hoc enim aſpicientes, & cętera quãta dicimus, velut album, ex eo multum dicitur, quia multa ſuperficies eſt, & actio longa, motus ve, quia tempus eſt longum: non enim per ſe vnũquodq; horum dicitur quantum. Etenim ſi quiſpiam quanta nam ſit actio aſsignauerit, tempore ſane ipſam difiniet, biẽnem dicendo, aut triennẽ eſſe, aut alio ſimili modo. Et album etiam quãtum ſit ſi aſsignauerit, ſuperficie nimirum difiniet: quanta enim eſt ſuperficies, tãtum dicet & album eſſe. Quare ea ſola quæ dicta ſunt, proprie & perſe quanta dicuntur: cęterorum vero nihil perſe, ſed per accidens dicitur quantum.

4. Textus. ¶ Præterea quantitati nihil eſt contrarium. In difinitis enim quantis nullam omnino contrarietatem eſſe, patet: ceu bicubito, aut tricubito, aut ſuperficiei, aut alicui tali: nihil eſt illorum omnino cõtrarium. Niſi quiſpiã pauco multũ, aut paruo magnum dixerit cõtrariũ eſſe. ¶ At horum nihil eſt quantũ, ſed potiꝰ eſt ad aliquid. Nihil enim perſe magnũ vel paruum dicitur, ſed ad aliud ſane refertur, ceu mons quidem paruus dicitur, milium autem magnum: propterea quod hoc maius, ille minor hiſce quæ generis eiuſdem ſunt exiſtat. Ad aliud igitur eſt ipſorum relatio: nam ſi paruũ quicquam, magnum ve perſe diceretur nunquam mons quidem paruus, miliũ vero magnũ vtiq; dicatur. Rurſus in pago quidẽ multos homines Athenis autẽ paucos dicimus eſſe, qui tamen lõge ſunt illis plures: & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, quiquidem & ipſi multo ſunt illis plures. Præterea bicubitum quidẽ atq; tricubitũ, & talium vnum quodq; quantũ ſignificat: magnũ aũt & paruũ: quãtum non ſignificat, ſed magis ad aliquid. Alterius enim contẽplatione magnum paruũq; intelligitur. Quare patet, hæc ex his eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Pręterea ſiue quãta hęc quiſpiam eſſe ponat, ſiue non ponat, nihil eſt ipſis cõtrarium: quod enim perſe ipſum ſumi non poteſt, ſed ad aliud ſemper refertur, ei quo nam pacto contrarium quicquam fuerit? Pręterea ſi magnum ac paruum contraria ſunt, fiet vt idẽ contraria ſimul ſuſcipiat, & eadem ſibi ipſis contraria vt ſint. Fit enim interdũ, vt magnũ atq; paruũ ſit idem. Eſt enim ad hoc quidem paruũ, ad aliud vero magnũ, quare fit, vt idẽ eodẽ tempore magnũ ſit atq; paruum. Quod ſi hæc contraria ſint, idẽ profecto contraria ſimul ſuſcipiet, at nihil videtur

detur ſimul ſuſcipere contraria poſſe. Subſtantia namq; ſuſceptrix quidẽ contrariorũ eſſe videtur, non tamen valet ſimul atq; ęgrotat quiſq; :neq; ſimul albũ eſt quicq; atq; nigrum, neq; cæterorum quicq; quod quidem contraria ſuſcipiat ſimul. Fit etiã, vt ipſa ſibi ipſis cõtraria ſint. Nam ſi magnũ contrarium paruo eſt cũ idẽ corpus & magnũ ſit & paruũ eodẽ tẽpore: maxime: ſequens videtur, vt idẽ quoq; ipſum ſibi contrariũ fateamur. Sed vt quicq; ſit ipſum ſibi contrariũ, fieri nequit: ergo nec magnũ paruo contrariũ eſſe poteſt, neq; pauco multum. Quare & ſi quiſpiam hęc nõ ad aliquid, ſed quanta eſſe dicet contrarium tamen nullum prorſus habebũt. Maxime autẽ quantitatis contrarietas verſari circa locũ videt̃, Supernũ enim infero contrariũ ponunt locũ qui eſt in medio inferũ eſſe dicentes: propterea quod medij ad fines ipſius mundi diſtãtia, maxima eſt. Cęterorũ quoq; diffinitionẽ contrariorũ, ab his afferre ac aſsignare videtur. Quæ nãq; plurimũ inter ſeſe ſub eodẽ genere diſtant, ea cõtraria eſſe dicunt.

Textus. 5. ¶ Porro autẽ quanto magis ac minus eſſe non cõpetit: vt bicubito: non eſt. n. aliud alio bicubitũ magis: neq; in numero: vt tria magis q̃ quinq;, tria vel quinq; econtra ve dicãtur. Neq; tẽpus aliud alio magis tẽpus dicitur: neq; in eorum vllo omnino quę dicta ſunt, magis minus ve dicitur. Quanto itaq; non magis ac minus eſſe competit.

6. Textus. ¶ Proprium autem quantitatis eſt maxime, æqualitas & inæqualitas, vt hac æquale vel inæquale vnum quodq; eorum quæ rationem quantitatis ſubeũt dicatur, vt corpus æquale ac inæquale, & numerus & tempus ęquale inęquale ve ſimiliter dicitur, & de cæteris quæ iam dicta ſunt, ſimili modo. Reliqua vero quæ non ſunt quanta, non omnino ęqualia ac inęqualia videbuntur, veluti diſpoſitio ęqualis inęqualis ve non omnino dicitur, ſed ſimilis potius, atq; diſsimilis, & album itidem æquale inęquale ve, non omnino, ſed ſimile dici atq; diſsimile ſolet. Quare quãtitati maxime proprium erit, æquale ac inęquale vt dicatur.

Gloſa.

POſt prædicamentũ ſubſtantiæ: merito ſecundum locum obtinet p̃dicamentum quantitatis. Nam licet quãtitas a materia, ſicut qualitas a forma; tamẽ quia poſt ſubſtantiam: quæ ſubſtat aliis, quantitas eſt in qua omnia accidentia corporalia ſubiectantur, primo de quantitate. Item quia inter accidentia quæ ſubſtantię corporeę conueniunt: primũ eſt quantitas. S.Tho.3.p Q.77.a.r.2.

¶ In prima parte iſtius capituli Ariſtote. ponit omnes ſpecies quantitatis. Et in ſecũda parte, eius proprietates aſsignat. Et preſupponit tres quantitatis diuiſiones: ſcilicet in per ſe: & per accidens: in diſcretam, & continuam: in poſitionem habẽtem in cõtinuo & non habentem.

¶ Septem numerantur ſpecies quantitatis, quinq; intrinſicę. ſ. Numerus, Oratio, Linea Superficies, Corpus: & duę extrinſicę: Tempus, & Locus, & duę. ſ. Numerus & Oratio diſcreta quantitas ſunt, alia quinq; pro continua reputantur.

¶ Beatus pater Auguſtinus ſic in ſuis aſſerit cathegoriis de quanto loquens. Ipſius autẽ quanti: aliud eſt cohęrens: aliud ſeparatum. Cohęrens eſt: Grammi, Epiphania, Corpus Locus, Tempus. In his enim ſingulariũ partium terminus: non poteſt habere menſurã Grammi vocat. p. Augu quod nos lineam eſt enim longitudo ſine latitudine, mẽſuræ ſubiecta. Et Epiphania eſt, vbi latitudo cum longitudine: quod nos ſupficiẽ appellamus. b. Augu⁹.

Et

Et ſi omnem habeat dimẽſionem, corp⁹ vocat. Et ſic omnes numeratas quinq́ʒ ſpecies, facit quantitatem continuam, ſeparata vero ſunt numerus, & oratio: quæ nos diſcretam vocamus quantitatem. Et ſic in vniuerſum cum, 7. ſint ſpecies quantitatis, & quinq́ʒ ſint continuæ: diſcretæ ſunt ſolum duę.

¶ Adhuc in primo textu, declarat quod q̃ntitas diſcrera ſit, cuius partes ad vnum terminum communem non copulãtur. Quod eſt dicere, quod vnus non ſit & idem terminus vtriuſq́ʒ partis. Nam partes terminari ad aliquẽ terminum communem, eſt vnum eſſe terminum vtriuſq́ʒ partis, quod ſolum in continuo contingit. Et hac ratione, linea continua dicitur, quia partes ad vnum communem terminum terminantur. Nam ſi diuidatur linea, iam partes ad duos terminos terminantur, & ante diuiſionem, ſolum ad vnum lineę partes, ad punctũ. Superficiæ, ad lineam. Et corporis, ad ſuperficiem. Nec hic refert intelligas punctum eſſe diſtinctũ a ſubſtantia, nec ne. Sed oportet illa ponere in re: vel ſaltim per intellectum. Alias verba Ariſto. intelligi non poſſunt, & ad hoc ꝓpoſitum ſecundo phiſicorum dicitur, abſtrahentium non eſt mendatium. ſ. conſiderãtium lineam a ſuperficie, & ſuperficiem a corpore diſtingui.

¶ Et quia de oratione poſſet eſſe dubium, ponit quomodo ſit quantitas diſcreta. Quia loquẽdo de vocali, cum ſit ens ſucceſiuum, & eſt quantitas, quia longum, & breue: in oratione reperitur, quæ ſunt paſsiones quantitatis. Et erit diſcreta, quia partes ad vnum terminum communem non copulantur.

¶ Cum tres ſpecies quantitatis, Linea, Superficies, Corpus, continuẽtur, etiã cõnumeratur & tempus. Nam ſicut partes lineę ad punctum, & ſuperficiei ad lineam, & corporis ad ſuperficiem continuãtur, & copulantur, ſic temporis partes, ad nunc, indiuiſibile inſtans, ſicut & partes motus, per indiuiſibilia, mutata eſſe† Et locus eſt quantitas, q̃a cum quanta ſint in loco, & ipſe locus eſt q̃ntum. Et ſicut partes locati copulantur ad terminum communem, & partes loci, ſimili modo. Nam cum ſuperficies corporis cõtinentis, ſit locus, habeat oportet ſuas partes ad vnum terminum communem copulatas.

†et quidem temp⁹ et di quãtitas continua et diſcreta ſm tñ aliam et aliam cõſiderationem nam cum ro temporis in numeratio cõſiſtat eſt quantitas diſcreta et hi q̃ motꝰ eſt in quo fundat prius et poſterius q̃ numeratur cõtinuum dz de q̃ egidius q̃ lib. 5. q. 20.

¶ Linea Superficies, Corpus, & Locus: habent poſitionem in cõtinuo, quia partes habent continuas, & permanentes, & ſignabiles, & continuantur. Sed Tempus, & Numerus, & Oratio, tales non habent. In diſcreta quidem conſtat. Et in tempore eſt notum quod licet temporis partes per nunc. indiuiſibile continuentur, non poſſunt partes ſignari, quia non permanẽt. Nam pars preterita iam non eſt, & futura non dum preſens eſt. Vnde. p. Augu⁹. in ſuis Cathegoriis ait. Vnum enim cum dicimus: ipſum ſolum numerum dicentes, non aliquid corporaliter numerãtes, non videmus, vel eius dextram vel ſiniſtram. Quippe cum in verbo ſit tantum, in ſono: & in nullo ſit corpore, poſitionem ſuarum partium non poteſt demõſtrare, niſi forte ordinem dixerimus. Vnum ſequitur duo, poſitio autem in his dũtaxat nõ poteſt inueniri. Similiter & in tempore, atq́ʒ ſermone, maxime cum hæc mox videantur labi: cum dixeris & tempus currit, & ſermo cum nondum dictus fuerit, non eſt, & cum dictus fuerit, non apparet Hęc ille.

In .2. textu. Auguſtinus Auguſtinus.

¶ De per accidens quanta, vt albedo multa vel album multum, quia ſuperficies magna (inquam) & actio magna, quia tempus magnum in quo ſit, &c. In .3. textu.

QVAESTIO PRIMA
Circa textum.

Quæritur. Vtrũ poſita in textu ab Ariſto. ſint cõgrue aſsignata. Et videtur quod non.

¶ Primo ſic. Non rectę poſitę ſunt, Linea, Superficies, Corpus, ſpecies Quãtitatis. Patet, nam ſi eſſent in prædicamẽto quantitatis iſta, ſeq̃retur etiam quod paſsiones eius ibi ponerentur, ſed hoc eſt falſum. Patet, quia triangulus, penthagonus, &c. Sunt paſsiones lineę (vt notũ eſt) & tamen ponũtur in quarta ſpecie qualitatis. Cubus etiã eſt paſsio corporis, nam eſt corpus conſtans ex omnibus ſuis lateribus, vt teſara: & tamen cubus ad qualitatem pertinet. 1. arguitur.

¶ Secundo ſic. Alicubi reperitur numerus, vbi quantitas non eſt: ergo non bene Ariſ. 2.

quantitati

quantitati tribuit numerum, dicens: numerum eſſe diſcretam quantitatem. Patet, in angelis eſt numerus, nam teſte ſcriptura decies centena millium miniſtrabant ei.

3. ¶ Tertio ſic. Oratio non eſt quantitas. Patet, non continua, neq̀ diſcreta. Nam ſi in mente ſumatur, eſt qualitas, quia conceptus quidā. Si in voce, vel accipitur vt ſignificatiua, & ſic eſt in genere ſigni, & ſic non quātitas. Vel accipitur in quantum eſt quodam ens naturale, & tunc oratio eſt aer verberatus, & ſic in prædicamento ſubſtantię. Si vero accidens ſit, ex reuerberatione productum in aere, erit in prædicamento q̄litatis.

4. ¶ Quarto, Nulla eſt quantitas continua: ergo male dictum eſt. Patet, quia omnis eſt diſcreta. Nam omne continuū diuidi poteſt, & ſic erit diſcreta, & cum verba indiuiſionibus ſicut in diffinitionibus, potius aptitudinem q̄ actum importēt: ſequitur omne continuū, debere dici diſcretum.

5. ¶ Quinto, & vltimo. Contra illam vltimam proprietatem quantitatis. ſ. quod ſecūdum eam, aliqua æqualia vel inequalia dicantur. Non eſt proprium quarto modo, quia conuenit ſubſtantię, patet. Subſtantię cōuenit ratione eſſentiæ, ſunt enim animalium ſpecies inęquales in gradu quidditatiuo perfectionis, & ſimiliter duæ albedines dicuntur æquales vel inequales ratione extenſionis, vel intenſionis. Item, quia ad relationis prędicamentum ſpectat, æquale vel inęquale, ergo non ad prædicamentum quātitatis.

¶ Incontrarium tamen eſt Ariſto. autoritas qui & ponit diuiſionem quantitatis, in diſcretam & continuam, & ponit diffinitionē & proprietates eius in textu.

Ad q̄ſtionē cō. ¶ Ad q̄ſtionem ſit cōcluſio. Sicut vere quātitas illa eſt, qua aliquid quantum eſſe dicitur, cum non ſit niſi quātum continuū, cuius partes ad vnum terminum communem copulantur: ſic & quantum diſcretum, cuius non copulantur. Nam forma eſt q̄ dat eſſe rei, & denominationem: ſicut albedo dat eſſe albi, & denominationem: ergo quātitas q̄ etiam forma accidentalis eſt, & dat eſſe quāti, & denominationem. Sicut enim non dicitur quis albus, a quantitate: ſic neq̀ quantus, a qualitate.

¶ Quod non niſi continuum & diſcretū ſit, patet. Quia nulla res quanta eſt alia, niſi cuius partes actu diuiſæ ſunt, & cuiꝰ partes nō ſunt actu diuiſæ. Non enim poteſt alia ſignari, ſed ſi partes actu diuiſe, diſcreta dicitur & ſi non diuiſæ, continua: ergo optime ab Ariſto diffinitio, & diuiſio poſita eſt. & ex argumentorū ſolutione clarius apparebit. Qua propter dicendum.

¶ Ad primū. In iſto primo argumēto tangitur difficultas, vtrum vna & eadem res, poſit de perſe & directe, poni in diuerſis prædicamentis: etiā dato aliqui doctores cōtrarium putent. Fundamētalē ad omnem prædicamētorum doctrinam regulam oportet ponere. Nullum terminum ſecundum eandem ſignificationem poni in diuerſis prędicamentis, nec aliquā rē formaliter acceptā quia ſic rueret tota ars prædicamentorum Ariſto. qui voluit ponere iſtas decem ſimplices voces, in quibus omnia mundi entia intelligerentur. Et ſic eas diſtinxit, vt nullo modo conueniāt ad inuicem: ſed diſtinguātur realiter. Secūdum diuerſas ſignificationes tamen non repugnat aliquam rem poni in diuerſis prędicamentis. Sicut ſcientia, prout in ordine ad ſcibile, ponitur in prædicamento relationis, ſed prout eſt qualitas, & habitus quidam ponitur in prædicamento qualitatis, in prima ſpecie. Sicut pes ſi capiatur vt hominis pars, ponitur reductiue in p̄dicamento ſubſtantiæ, inquantum tamen menſura eſt, in prędicamento quantitatis. Sic modium, amphora, dolium, ſi ratione figurę conſiderentur, ſunt in prędicamento qualitatis: in quarta ſpecie. Si ratione menſuræ, in prædicamento iſto. Ad argumentum dicendum, quāuis linea ſit in quantitatis prędicamento: verum lineę paſsiones, vt triangulus, circulus. ſunt in prædicamento qualitatis, in quarta ſpecie. Quia ſunt paſsiones quantitatis. De formali enim figuras dicunt, q̄ ad qualitatē expectāt. Nec inconuenit quod paſsio vnius prædicamenti, ponatur in alio, ſicut & diximus vnam rem ſecūdum diuerſam conſiderationem in diuerſis prædicamentis poſſe poni. Sic & cubus ibi ponitur in prædicamēto qualitatis. Imo iſtæ figuræ quantitatis continuę, etiam conueniunt diſcretæ vt Ariſ. 5. meta. comē 19. vocat numeros, facientes tales figuras compoſitas. Nam ſicut in ſuperficie triangulus eſt figura plana, & in corpore; cubus eſt corporalis

Ad primū.

Regula.

Nulla res ponitur in duobus prędicamentis formaliter.

Ad arg... in form...

Ariſto

poralis figura. ſic ſenarius dicitur nume
rus ſuperficialis, triãgularis, trilaterus quia
conſtat ex ter tribus. &, 27. eſt cubus, nam
ter, tria, ter, ſunt 27. Et ſic iſti numeri, abſo
lute ſunt in prędicamento quantitatis: & ra
tione figurę in prędicamento qualitatis. Sic
ſi dicas numerus nouenarius, poni debet in
prędicamento quantitatis, ſed ſi dicas trian
gularis, ratione figurę poni debet in q̃litate.

Ad. 2. ¶ Ad ſecundum oportet diſtinguere, de v-
nitate, vel ſumitur trãcẽdentaliter, vel prę
dicamentaliter. Nam ſi ly vnum, tranſcen
dentaliter tunc quęlibet res mundi, eo qđ
eſt, vna eſt, & cum ente conuertitur, tanq̃
propria paſsio eius a quo diſtinguitur ſecũ
dum rationem, in opinione, ſ. Tho. Et vt di-
S. Tho. p. p q. 30. ar. 3. cit Scotus, formaliter. Iſto modo quælibet
res mundi, etiam ſi ſit incorporea, & inuiſi-
bilis: vna dicetur. Et ſic non ſolum in ange-
lis, ſed in Deo eſt numerus. Vt ſint tres per-
ſonę diſtinctę, in eſſentia vna. Alio modo v-
nitas capitur prout ſequitur diuiſionẽ quan
titatis, q̃ eſt principium numeri: & vocatur
vnitas prędicamentalis. Et hęc in rebus ſpi-
ritualibus nullo modo poteſt reperiri, nam
vbi quantitas non eſt, vbi fieri poſsit talis ac
tualis diuiſio neq̃ vere ratio vnitatis erit.

Ad. 3. ¶ Circa tertium argumentum, de oratione
dicendum, neq̃ capi in mente, neq̃ in ſcrip
to, neq̃ in voce, eo modo quo argumentum
probat: ſed ſumitur vt eſt nomen menſuræ
rei diſcretæ ſucceſiue. Et tãdem dicendum
orationem eſſe quantitatem diſcretam, nõ
penes ſyllabas quas habet, ſed penes breue
vel longum, ipſarum ſyllabarum. Et hic eſt
vna ſpecies ſubalterna. Oratio, q̃ continet
ſub ſe: innumeras ſpecialiſsimas ſpecies.
Cunctas. ſ. ſpecies pedum, carminum, vt eſt
ſpondeus conſtans ex duabus longis, vt gẽ
tes: perrichius, ex duabus brebibus: vt Deus
iambus, ex breui & longa, vt Deos, trocheus
ex longa & breui: vt tempus. Et eodem mo
do in triſyllabis, moloſus, ex tribus longis.
Tribachus, ex tribus brebibus, &c.

¶ In hac ſpecie orationis ponuntur nomi-
na metrorum. Vt metrum carmem, exame
trum, pẽthametrum, ſaphicũ, adonicũ, &c.
Et non ſolum voces, ſed in inſtrumentis, ſo
ni, ſecundum metri quantitatem, qui ſunt
in eadem ſpecie quantitatis, ſicut ſi voce ex
primerentur.

¶ Ad quartum reſpondetur, optimam eſſe Ad. 4.
diuiſionem, neq̃ ſequi omnẽ quantitatem
eſſe diſcretam: licet moderni cõcedãt, Sed
tamen contra mentẽ Ariſto. Non enim eo
dicitur continua, quia diuidi non poſsit ſed
eo dicitur, quia habet partes copulatas ad
vnum terminum communem, quod nõ po
teſt dici de diſcreta quantitate. Et licet ve
rum ſit quod omnis continua quantitas, poſ
ſit ſi diuidatur diſcreta eſſe: nõ tamen ſequi
tur, membra diuiſionis coincidere. Et ob id
vnum & plura, realiter opponuntur: (vt do
cet Ariſto. 10. meta. tex. 17).

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, ad. 5.
concedendo dari inęqualitatem in ſpecie-
bus, in perfectione eſſentiali. ſed tamen hoc
non contra Ariſto. Nam quando dicit eſſe
proprium quarto modo quantitatis, vt ſecũ
dum eam aliqua dicantur æqualia, vel inęq̃-
lia. loquitur de ęquali vel inęquali extenſſio
nis, quod in veritate, ſecluſa quantitate: non
poteſt inueniri. Et ita eſt proprium eius, vt
ſi inueniatur alibi: non ſit niſi methaphori-
ce per ſimilitudinem ad quantitatẽ quia om
nia vnitatibus menſurantur. Vt ſi duæ ſub-
ſtantię dicantur ęqualiter perfectæ, eo eſt:
quia eoſdem gradus habeant perfectionis.
Et ſi vna aliam excedit, erit quia vna plures
habet, q̃ alia. Sic ſi vna albedo alteri ęqualis
ſit, oportet habeat eoſdem gradus. Et ſi inæ
qualis, debet habere illa quę maior plures: ſi
ue hoc in intẽſsione, ſiue in extenſsiõe conſi
deretur. Imo & quantitas virtutis, ponitur
in rebus ſpiritualibus, & in diuinis ęqualitas
eſt, vbi molis quantitas non poteſt reperiri.
Sed vt ait. p. Auguſtinus. 8. de trinitate, in
his quę non mole magna ſunt, id maius qđ
mellius.

¶ Et ſic dicendum, quod ęquale & inęquale Ad formam argumenti
formaliter, relationem ſignificat, licet fun-
damentaliter quantitatẽ. Sicut pater dicit
relationem formaliter, & fundamentaliter
ſubſtantiam. Et ſic non repugnat (vt ſupra
dictum eſt) quod ęquale & inęquale ratione
quantitatis ponatur in iſto prędicamẽto, &
ratione relationis in ad aliquid.

QVAESTIO SECVNDA.
An q̃titas diſtinguatur.
a re q̃ta?

Hæc

¶ Hæc q̃ſtio fere ab omnibus eſt mota, tam in dialectica, q̃ in phiſica, & in metaphiſica Quod eſt dicere, an id quod eſt quãtum, ſit per aliquid diſtinctum ab ipſa ſubſtantia? Arguitur quod non.

1. argumẽ. ¶ Probatur quod non ſit quantitas accidẽs diſtinctum, argumento cõmuni. Nõ eſt ponenda pluralitas ſine neceſsitate, ſed omnia q̃ a philoſophis vere tradita ſunt ſaluari poſſunt, ſine hoc quod ponatur quãtitas diſtinctum accidens a ſubſtantia, & qualitate: ergo non debet poni. Sed res ipſa per ſe eſt quanta, ſicut per ſe eſt ſubſtantia. Probari poteſt aſſumptũ, nam officium quantitatis eſt partes extendere, & eas facere diſtare; ſed hoc habet & per ſe ſubſtantia & qualitas ſimiliter. Quod patet. Quia poſito diſtingueretur ſubſtantia a quantitate, Deus poſſet ſubſtantiã ſine quantitate ſeruare ſicut in Sacramento ſeruatur quantitas, ſine panis ſubſtantia. Si ergo eſſet ſubſtantia panis ſine tali quantitate, nunquid eſſet partium confuſio? nõne partes adinuicem diſtarẽt? an eſſẽt in aliquo indiuiſibili omnes? adinuicem.

2. ¶ Secundo ſic. Si quantitas eſſet quid a ſubſtantia & qualitate diſtinctum, ſeq̃retur & ſpecies quantitatis, ſimiliter diſtinguerentur adinuicem, & ſic punctum eſſet a linea diſtinctum, & linea a ſuperficie, & ſuperficies a corpore: ſed hoc eſt falſum. Nam ſi pũctum a linea eſſet diſtinctum: ~~ergo pot~~ *erat poſſet* deus ſeparare illa talia puncta a linea. Ipſis ſeparatis, vel partes lineę manẽt coniunctę, & cõtinuę, & ſic continuũ erit diuiſum in quãlibet ſuam partem, quod eſt contra Ariſto, & veritatem. Nam ob id continuũ dicitur infinitum, quia non poteſt actu eſſe diuiſum, in omnem ſuam partem. Similiter poteſt argumentum formari, de linea in ſuperficie, & de ſuperficie in corpore. *[margin: erat poſſet]*

3. ¶ Tertio ſic. Si quantitas continua eſt accidens diſtinctum ab ipſa re quanta, ſeq̃retur quod ſimiliter & quantitas diſcreta. ſ. nũerus diſtingueretur a rebus numeratis. Et ſic ternarius eſſet vna forma, & quaternarius alia: ſed hoc eſt falſum. Nam ſic, ſi ternarius eſſet tale accidens, tribus hominibus numeratis, eſſet in tribus illis ſimul tanq̃ in ſuo adęquato ſubiecto, & non pars in vno, ſed repugnat, quod vna res ſit in tribus diſtinctis, eo modo quo tres homines diſtinguuntur

Sequeretur q̃d aliquod accidens indiuiſibile continuaret diuiſibile.

¶ In contrarium eſt Ariſtote. autoritas in textu: vbi loquitur de quantitate tanq̃ de accidenti realiter diſtincto a ſuo ſubiecto: ſicut qualitas diſtinguitur a ſuo. Et communiter omnes antiqui tan philoſophi, q̃ theologi, ſic intelligunt. In cõtrariũ

¶ De hac quæſtione ſunt duæ opiniones diuerſæ, nominalium & realium. Et nominalium primus autor Guillelmus Ocham, in ſua Dialectica capitulo. 44. &. 45. ponit, quod nulla ſpecies quantitatis diſtinguitur a ſubſtantia, neq̃ a qualitate ſed quælibet ſubſtantia eſt ſua quantitas, & quodlibet accidens corporale eſt ſua quantitas, & quot ſunt accidentia corporalia in ligno, tot ſunt quantitates, vt color, ſit ſua, & ſapor ſua. &c. Et ſic conſequenter, exponunt omnes ſpecies quantitatis, ſic ſecundæ intentionaliter. Exempli gratia. Iſte terminus linea, rem ſignificat: ſcilicet lineam connotando quod poſſit diuidi ſolum ſecundũ vnam dimenſsionem: & ſic de aliis. Rationes huius opinionis præcipuę ſunt, q̃ a principio ſunt poſitæ. De q̃ſtiõe varię opiniões

¶ Alia eſt opinio oppoſita, realiũ in alio extremo. Et loquendo de quantitate diſcreta aduc inter reales eſt differentia, (vt nos dicemus in ſolutione argumentorum) reales tenẽt, quantitatem diſtingui a re quanta: ſicut accidens a ſuo ſubiecto diſtinguitur: ſic ſ. Tho. prima parte. Q. 77. ar. 2. Et doctor ſub. in. 2. d. 12. & in 4. ſen. d. 12. Tenẽt ergo, quod q̃titas continua eſt accidens, ex quo extenſio partiũ ſubſtantię. Nam ratione quãtitatis in alio loco eſt caput, in quo pedes, & ratione quantitatis, ſubſtantia ipſa diuiditur, & mouetur, & habet alias actiones. Ob id corpus de p̃dicamento ſubſtãtiæ eſt ſubiectũ corpis dep̃dicamẽto quãtitatis. Nã ratio corpalis ſubſtãtię in hoc cõſiſtit, q̃d ſit capax quãtitatis, Et eſſe ſubſtãtiã indiuiſibilẽ per naturã, eſt eſſe incapacẽ quantitatis. 2. Opinio. *S. tho* *Scot.*

¶ Vtraq̃ iſtarum opinionum, videtur habere ſuam probabilitatem, quia neutra demonſtrari poteſt. Et ideo oportet q̃d magis probabile eſt, per concluſiones proponere.

¶ Sicut eſt impoſsibile quantitatem eſſe ſubſtantiam quantam ſic & ipſam eſſe qualitatem extenſſam. Hęc concluſio ponitur expreſſe a Paulo veneto, in 2. metaphi. capitulo. 1. Cõcluſio. *Venetus*

ca.12.& probat innumeris Ariſto autoritatibus,& Cometatoris. Ariſto ait.7.metap. come.8. dico materiam quę ſecundum ſe, neq́ꝫ eſt quantum, neq́ꝫ quale quando ipſa eſt potentia ad omnia. Et comenta. primo phi.comẽ.64.ait, Qui dicit materiam eſſe corpus: peccat.

¶ Et probatur, Si quantitas eſſet ipſa ſubſtã tia, ipſa ſubſtantia ſentiretur per ſe .quod ẽ contra Ariſto, 2. de anima, tex.61. Quod ꝓbatur, Nam hoc ſentitur per ſe, demonſtrata quantitate: & hoc eſt ſubſtantia: ergo ſubſtantia ſentitur per ſe. Item ſeq̃retur ſi quantitas eſt ſubſtantia, quod ſubſtantia eſt accidens, quod eſt contra veritatem, & Ariſto. 6.&.7.&.8. metaphiſicę. Probatur ſeq̃lla. Quia omnis quantitas eſt accidens: ſed aliq̃ quantitas eſt ſubſtantia: ergo aliqua ſubſtantia eſt accidens, in tertia figura in datiſi.

¶ Secunda pars concluſionis ſic. Quia ſi albedo extenſſa eſſet quãtitas, ſeq̃retur ſenſibile proprium eſſe ſenſibile cõmune, cõtra Ariſto. 2. de anima comen. 54. Quia color eſt ſenſibile proprium, & quantitas ſenſibile cõe (vt ibidẽ Ariſto). Secundo ſic. Seq̃retur quod alteratio eſſet augmentatio, contra ſententiam Ariſ. Patet, quia calefactio, eſt immediate ad calorem extenſſum: ergo ad maiorem quantitatem, ergo alteratio eſſet augmentatio: quod tamen negat Ariſ. 1. de gene. comẽ 27.&.5 phiſico. comẽ 22. Et tandem Paulus venetus in loco citato cõcludit, quod quantitas cum non ſit ſubſtãtia & ſit accidens, & non reſpectiuũ, quia nullũ reſpectiuum habet pars extra partem, ſequitur quod ſit accidens abſolutum. Quia cum quęlibet quantitas ſit ens, & non ſit ſubſtantia: erit accidens, & non eſt reſpectiuũ, erit abſolutum, vt.5.meta.comen.02.& relictis argumentis & autoritatibus adductis a magiſtro Soto in iſto loco.

¶ Vltimo probetur concluſio, quod.ſ. quantitas ſit quid a ſubſtantia diſtinctũ. In Sacramento altaris, non manet panis ſubſtantia, vt tenet fides catholica: & tũc vel manet q̃ntitas, vel non, ſi ſic: ſequitur vera concluſio, quantitatem diſtingui a ſubſtãtia: ſi nõ, ſeq̃tur ergo qualitates ibidẽ exiſtẽtes, in nullo eſſe ſubiecto. Ergo qñ Hoſtia conſecrata caleſcit, vel frigeſit: calor ille vel frig⁹, in nullo reciperetur ſubiecto, q̃a nõ in quãtitate per te, q̃ ibi non eſt, neq́ꝫ in ſubſtantia, quia non eſt: ergo nul'ibi, ſed hoc repugnat in philoſophia, ergo vel oportet innumera multiplicari miracula, vel concludere quod eſt verũ ſcilicet ibi manere quantitatem, in qua omnia ſubiectantur accidentia.

¶ Nec numerus qui eſt quantitas diſcreta, 2. concluſio.
diſtinguitur ab vnitatibus ex quibus cõponitur, neq́ꝫ vnitas a quãtitate continua. Hęc cõ. notetur, q̃a reales q̃ ponũt realẽ diſtinctionẽ inter q̃titatẽ, & ſubſtãtiã. dicũt q́d vnitas cuiuſcũq́ꝫ indiuidui q̃nti, ẽ q̃dã res indiuiſibilis addita q̃ntitati. Et cõſeq̃nter dicunt, quod numerus triũ lapidũ propter ſe ſignifi t⁹, neq́ꝫ eſt tres lapides ſimul ſumpti, neq́ꝫ eius vnitates, ſed ſignificat de formali vnam ſimplicẽ formam, q̃ eſt in omnibus tribus, a qua habẽt vt ſint ternarius. Et ratio eſt ſecũdũ eos, quia nil formaliter ponitur in p̃dicamẽto, niſi ſit ens reale & ſimplex, cum ergo ternarius, quaternarius, &c. ſint ſpecies diſtinctę quãtitatis, ſequitur quod ſicut linea dicit rem q̃ eſt vna, & ſuperficies aliã rẽ: ſic ternarius dicit vnã formã ſpecificã, & quaternarius vnam aliam.

¶ Cõtra hãc imaginationẽ, poſita eſt cõcluſio. Nõ enim vnitas qua ego vnus, eſt res indiuiſibilis, diſtincta a mea quãtitate. Quod poteſt perſuaderi, quia quælibet res mũdi, eo ipſo quod eſt ens: eſt vnũ, vnitate tranſcẽdentali, & eo quod quanta, eſt vna vnitate p̃dicamentali. Et quod numerus nõ dicat aliquã ſimplicẽ formã diſtinctã a rebus numeratis in eis exiſtentẽ: probatur Quia non capit intellectus quomodo vna forma ſit in tribus, (vt probatũ eſt ſupra) & quantitas in ea, eo eſt vnitas: quia non eſt actu plura, & non aliquo ſuperaddito. Et in hoc ſenſu oportet intelligere, & Ariſto. &.ſ. Tho. & ſic tres vnitates trium hominũ, vel lapidum ſunt ternarius. Neq́ꝫ eſt opus aliã ſuperaddere vnitatẽ. Et ſpecies diuerſę, ternarius, quaternarius &c. conſtituuntur ab vnitate. Nã binario addita vnitas, facit ternariũ diſtinctam ſpeciem numeri, & addita vnitas qua ternario, facit aliam ſpeciem. Sic intelligit, ſ. Tho. 8. meta. lectione. 3. Ex quo ſequitur Corolariũ.
intelligentia illius diuiſionis, alius eſt numerus numerans. i. anima vel conceptus eius: alius numerus numeratus, qui eſt in rebus. Qui eſt duplex, formalis & materialis. For-

malis

malis eſt vnitates vt conſiderantur abſtractę ab hac vel illa materia: & materialis eſt, tres lapides, tres homines, &c. Vnde ternarii omnes, ſunt eiuſdem ſpeciei, licet materialiter differãt. Et tandem ſi quis antiquorum dicat, quod numerus eſt res ſimplex, diſtincta a rebus numeratis: oportet vel cogitare id dixerit in bono ſenſu, vel ſi vt iacet non eſt ei credendum.

ad primum. ¶Ad argumenta in contrarium Reſpõdetur non eſſe fruſtra ponere quantitatẽ rem diſtinctam a ſubſtantia & qualitate. Imo eſt neceſſarium ad hoc quod extendat partes ſubſtantię, in loco. Non enim per aliud corporea ſubſtantia, ab incorporea ſeparatur: niſi quia corporea eſt capax quãtitatis, quę extenſsionem partium facit. Nam ſubſtantia ſecundũ ſe, nullã dicit quãtitatem. Et ſic nullum ſibi determinat locũ, neq̃ paruum, neq̃ magnũ. Ob id in Sacramẽto altaris, cõcedimus CHRISTVM ibi eſſe ſubſtantialiter, nec opus eſt tãta ſit Hoſtię quãtitas: quãta ipſius CHRISTI, quia nõ fit mutatio quãtitatis, in q̃ntitatẽ: ſed ſubſtãtię in ſubſtantiã. Et ~~ſic~~ põt Deus ſubſtantiã a quantitate ſeparare, & cã ſeruare, licet nõ cõcedat [aliqui] Capreolus. Verũ affirmat Paulus venetus, in ſua metaphiſi. Et tunc dicendũ, illã talem ſubſtantiã eſſe omnino immobilẽ, quocũq̃ genere motus. Et manerẽt ſubſtãtię partes, ſicut erãt, qñ erat q̃ntitas. ~~Nec eſt hoc ſuperflua eſt q̃ntitas, qa Deus vicẽ eius ſuppleret.~~ [non confuse neque in fra clarig]

[ut ref(er)t Capreolus. 2. ſẽ. d. 18.]

ad. 2. ¶Ad ſecundũ. Cõceditur in omni ſpẽ quãtitatis ſic eſſe. ſ. diſtingui adinuicẽ. Et qñ arguis de puncto, ſi eſſet a linea diſtinctũ, aliquod accidẽs indiuiſibile &c. Dicẽdũ, quod punctum nõ habet ſubiectũ adęquatũ, ſicut ip̃m eſt: ſed inadęquatũ in ip̃a linea qa non eſt p ſe primo punctũ in ſubſtãtia, ſed ratiõe lineę ſicut neq̃ ſupficies, niſi ratiõe corpis. Solũ corp⁹ eſt in ſubſtãtia, tanq̃ in ſubieſto adęquato, & alię ſpẽs ſunt quodãmõ inadęq̃te in ſubſtãtia. Et qñ infers ergo põt Deus ſepare oĩa pũcta a linea, &c. Negarur. Quia id repugnat, Quia ſic ſeq̃retur cõtinuũ iſtud in oẽ; ſuã partẽ diuiſũ, nã ſi cõtinuũ nõ põt eſſe actu diuiſũ, & ſi actu diuiſũ, non eſt cõtinuũ. Licet Gregori⁹ arimi. & maio. nõ habeãt p icõueniẽti cõcedere cõtinuũ poſſe eſſe actu diuiſum in omnem ſuam partem.

ad. 3. ¶Ad. 3. reſpõſum eſt in 2 cõcluſione, vbi oſtẽſum eſt numerũ nõ eſſe ſpẽm diſtinctã ab ip̃is rebus numeratis, ſed eſſe ip̃as res ſic numeratas. Nec eſt diſtinctio nũeri ab ipſa q̃ntitate nũerata. Nec eſt opus ponere nũerũ, ſicut ponit Iacobus faber, vt ſit nũerus notitia mẽtalis, & iuxta plura q̃ numerãtur: ſint plures conceptus: & illi ſint ſpẽs p̃dicamẽti quãtitatis nec vt Picus mirãdulanus declarat, nũerũ in anima eſſe tanq̃ inſtrumentũ, quo mẽſurantur res exterius ab ipſa anima Sicut vlna pãnũ mẽſurat, & mẽſura nõ dicitur niſi applicetur, neq̃ res ip̃a mẽſurata: niſi menſura fuerit ei applicata. Sic aĩa, applicat qñ vult numerare, & alias nec res dicuntur numeratę: neq̃ numerus ip̃e dicitur mẽſura. Et ſic idẽ denarius, & decẽ hõibus, & decẽ equis: indifferẽter põt applicari. Et dicit quod hæc nomina abſtracta, binari⁹, ternarius. ip̃m aĩę numerũ ſignificãt: ſed eorũ cõcreta, duo, tria, quatuor. &c. pro reb⁹ numeratis accipiũtur: cõnotando animę nũerum. Et addit iſte Picus mirandula, nũeros ip̃os virtutes quaſdã naturales habere & inſeparabiles ꝓprietates, quibus agãt in res exteriores perfectius q̃ qualitates actiuæ elementorũ. Et qui tales numerorũ ꝓprietates agnoſcũt, poſſunt applicatiõe illorũ nũerorũ, ad res nãles, facere mirabiles effect⁹, qđ dicũt ad magiam nãlẽ pertinere. Hæc ex pico. Sed iſta vidẽtur ad libitũ ficta, neq̃ ẽ vnde tales nũeri ſint, in ip̃a anima. Nec apparet vnde talis virtus. Quaꝓpter ſufficit ponere numerũ eſſe quãtitatẽ ipſam rerum numeratarũ, ad ſenſum declaratum.

Picus mirãdula.

Mirandula

QVAESTIO.III.VTRVM ſubſtantia materialis, abſoluta a quãtitate: ſit indiuiſibilis?

argumẽtum. VIdetur quod nõ, quia adhuc ſi materialis, diuidi poteſt.

¶In contrariũ tñ eſt, qa diuiſio cõuenit ſubſtãtię, ratiõe quantitatis.

Duplex indiuiſibile. ¶Pro ſolutiõe notãdũ indiuiſibile dr̃ dupl'r vl' qa ptes nõ habet, vt pũct⁹, & aĩa rõnalis, vl' indiuiſibile, qa nõ habet ptẽ extra ptẽ, ſicut ſpẽs ſenſibilis. Secũdo notandum iuxta Ariſ. ſentẽtiã in iſto loco, corp⁹ dupl'r capi, vno mõ vt ẽ đ p̃dicamẽto ſubſtãtię, & ſic dicit cõpoſitũ ex mã & forma ſubſtãtiali. Alio mõ, ꝓut ẽ đ p̃dicamẽto q̃ntitatis: & ~~ſic~~ dicit qđ habet trinã dimẽſionẽ. Ad q̃ſtiõem.

 ¶Aliquod

1. Cõcluſio. ¶ Aliquod corpus quantum, poteſt fieri nõ quantum: ipſo manente corpore. Et aliqđ eſt corpus, quod nullo modo poteſt fieri nõ quantum ipſo manente corpore. Patet de corpore prædicamenti ſubſtantię, quandoquidem quantitas eſt accidens diſtinctum, poteſt a ſubſtantia ſeparari. & manebit cõpoſitum ex materia & forma, & ſic corpus de prędicamento ſubſtantię, vt poſſet De⁹ a Petro tollere omnem qnantitatem, & ipſe maneret rationalis, & intellectiuus, & volitiuus, & riſibilis, dummodo ſpecies manerẽt in intellectu poſsibili.

¶ Secunda pars patet. Nam ſi a corpore de prędicamento quantitatis tollatur ipſa quãtitas: iam non maneret corpus de illo prædicamento.

2. concluſio. ¶ Materia denudata a quantitate, actu eſſet indiuiſibilis: ſicut ſpecies viſibilis in eodem medio habens omnes partes ineodem ſitu inuicem multiplicatas. Ratio eſt, quia p quantitatem fit partium ordo & diſtinctio, & adinuicem coadunatio.

3. Cõcluſio. ¶ Materia denudata a quantitate, eſt diuiſibilis, & non actu: ſed potentia, pro quanto poteſt adueniente quantitate, habere partẽ extra partẽ: & ſic poſſet actu diuidi. Quia poteſt fieri actu quanta, quod tamen nõ poteſt punctum, necꝫ anima intellectiua. Quia indiuiſibilia ſunt ſimpliciter. Eoquod materia non quãta, habet partes integrales, quarum q̃libet: poteſt eſſe extra aliã, per aduentum quantitatis. Dato ablata quantitate, vna non ſit extra aliam.

¶ Ex iſtis patet Solutio, quomodo materialis ſubſtantia, ſecluſa quantitate. & poteſt dici indiuiſibilis actu, ad modũ quo ſpecies ſẽſibilis in medio multiplicata, q̃ ſe habet ſicut accidens intẽtionale. Quia cum nõ habeat partem extra partem, non poteſt pati talẽ diuiſionem actu. Et poteſt dici diuiſibilis in potentia tamen, quia cum ipſa materialis ſubſtantia, etiam ſecluſa quantitate per Dei potentiã habeat partes integrales, q̃ ſunt de eſſentia eius: licet non ſit pars extra partẽ, tamen adueniente quantitate, per quã pars ſit extra partem, & extenſio fiat partium, poteſt talis ſubſtantia materialis diuidi. Et ſic etiam ſine quantitate, poteſt dici diuiſibilis: potentia tamen, & non actu. Nõ tamẽ ex hoc ſequitur, quod ſubſtantia materialis ſine quantitate, ſit indiuiſibilis, ſicut eſt pũctum: quia ſi ſic, ſequeretur quod cõtinuum componeretur ex indiuiſibilibus, quod eſt contra Ariſto. 6. phiſicorum, licet id concedat Gregorius ariminẽſ. & maioris. Nã ſi. a. materia ſuſceſsiue depeidat quãtitatẽ, & ex prima pte proportiõabili medietatẽ, & ex ſecũda medietatem medietatis, ſic in infinitum, ad finem horę. Tunc ſic, in prima pte horę prima medietas erit reducta, ad pũctum, & 2, in. 2 & ſic de aliis. Cum ergo. a. materia componatur ſubſtantialiter, ex his quæ relinquntur in corruptione quantitatis & illa ſunt indiuiſibilia per dicentem oppoſitum, ſequitur ergo ipſam ſubſtantiam, ex indiuiſibilibus conſtare quod eſt falſum. gregorius majoris

CAPITV. SEPTIMVM.
De his quę ad aliquid.

1. Textus. EA vero dicuntur ad aliquid, quę id, quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur veluti duplũ, id, qđ eſt cuiuſpiam dicitur duplum enim alicuius ſcilicet: & maius id, quod eſt, alio dicitur maius: aliquo namcꝫ maius dicitur: ſimiliter & cętera, quæ iſtiusmodi ſunt. Sunt & hæc etiam ex hiſce, quæ ad aliquid ſunt vt habitus, diſpoſitio, ſcientia, atcꝫ poſitio: omnia enim hæc id quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & non aliud quicquam. Habitus enim cuiuſpiam habitus, & ſcientia alicuius ſcientia, & poſitio alicuius poſitio dicitur eſſe, cęteracꝫ ſimilimodo. Ea igitur ſunt ad aliquid, quæ id quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur ceu mons magnus ad aliud dicitur; ad aliquid enim mons magnus

nus dicitur. Simile quoq; cuipiã ſimile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur. Sunt autem & recubatio, & ſtatio, & ſeſsio, poſitiones quædam: poſitiones vero ad aliquid ſunt. Recubare autem, aut ſtare, aut ſedere, poſitiones non ſunt: ſed a dictis poſitionibus denominatiue dicuntur.

Tex.2. ¶ Eſt autem & contrarietas in hiſcæ, quæq; ad aliquid ſunt: virtus namq; vitio contrarium eſt, quorum vtrumq; ad aliquid eſt, & ignorationi ſcientia. Non tamen vniuerſis contrarietas ineſt: duplo namq; & dimidio, & ſimilibus, contrarium eſt nihil.

3.Textus. ¶ Videntur etiam ea, quę ſunt ad aliquid, & gradus ſuſcipere, vt magis, minus ve, talia ſint: ſimile namq; & magis, & minus dicitur ſimile, & diſsimile, & æquale & inæquale ſimiliter: quorum vtraq; ad aliquid ſunt. Quippe cum ſimile cuidam ſimile, & diſsimile cuidam diſsimile, & inæquale cuidam inęquale dicatur. Non vniuerſa tamen hanc ſubeunt legem: duplum enim non magis minus ve dicitur duplum, neq; quicq̃ talium vllum.

Textus.4 ¶ At qui vniuerſa, quæ ſunt ad aliquid, ad ea dicuntur, quę conuertuntur: ſeruus enim heri dicitur ſeruus: & herus ſerui dicitur herus: & duplum dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium dicitur: & in cęteris ſimili modo: quanq; interdum dictio caſu differt. Scientia enim ſcibilis ſcientia, & ſcibile ſcientia, ſcibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile dicitur.

¶ Verum interdum conuerſio fieri non videbitur, ſi ad id ad quod dicitur, non accommodate fuerit aſsignatum, ſed qui aſsignat errauerit: veluti ſi ala auis fuerit aſsignata, non conuertitur auis alæ; non enim primo accommodate eſt aſsignata ala auis: nam non hoc ala ipſius dicitur, quo eſt auis, ſed quo eſt ales, complurium enim & aliorum alę ſunt, quæ aues non eſſe cõſtat. Quare ſi accõmodate fuerit: aſsignata fiet conuerſio ſane: veluti ala alitis ala, & ales ala eſt ales.

¶ At qui interdum & nomen facere neceſſe eſt, ſi poſitum nomen ad quod accommodata fuerit aſsignatio, non ſit: ceu ſi clauus nauigij aſsignabitur, non accommodata ſit aſsignatio, non enim eo clauus ipſius dicitur, quo nauigium eſt, ſunt enim nauigia, quorum claui non ſunt. Sed forſitam accommodatior aſsignatio fuerit, ſi clauus clauati clauus, aut aliquo alio ſimili modo dicatur, non enim poſitum nomen eſt. Atq; conuertitur, ſi accommodata fuerit aſsignatio: clauatum enim clauo eſt clauatum. Idem fuerit & in cęteris modus: veluti caput accommodatius fuit aſsignatum, ſi capitati caput, quam ſi animalis eſſe dixerimus: non enim eo caput habet, quo animal eſt, complura namq; animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillime quippiam eorum nomina ſumet, quibus nomina poſita non ſunt, ſi a propoſitis primum vocibus, etiam his imponat nomina, quæ cum primis conuertuntur: vt in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & a clauo clauatum aſsignabatur.

¶ Vniuerſa igitur ea quæ ſunt ad aliquid, ſi accommodate quis reddat, ad ea ſane dicuntur quæ conuertuntur.

¶ Nam ſi ad quoduis vnumquodq;: & non ad id ad quod dicitur aſsignatur, non fit ſane cõuerſio neq;.n. quicq̃ eorũ, q̃ ſine controuerſia ad ea dicũtur

 quæ

quæ conuertuntur, nomenꝗ habẽt, cõ
uertitur: ſi non ad id quod dicitur, ſed
ad accidentium aliquid aſsignetur. Ve-
luti ſi ſeruus non heri: ſed hominis: aut
bipedis: aut cuiuſpiam ſimilium fuerit
aſsignatus: non fuerit ſane conuer-
ſio, non enim accommodata eſt aſsig-
natio.

¶ Præterea ſi accõmodate ad id quod
dicitur fuerit aſsignatum, ſublatis qui-
dem cæteris omnibus quæ ſunt accidẽ-
tia, relicto autem eo ſolo ad quod eſt aſ
ſignatum accõmodate, ad illud ſane di-
cetur: ceu ſi ſeruus ad herum dicatur ſu
blatis quidem cæteris vniuerſis quę ac-
cidunt hero, bipede inquam, ſcientię ſuſ
ceptiuo, hac homine: relicto autem tan
tummodo hero, ſeruus ad ipſum ſem-
per dicetur: ſeruus enim heri dicitur ſer-
uus. Quod ſi non accõmodate ad id ad
quod tandem dicitur, fuerit aſsignatũ,
cæteris quidem ſublatis, eo vero ſolo re
licto ad quod eſt aſsignatum, non ad ip
ſum ſane dicetur. Aſsignat9 enim ſit ſer
uus hominis, alaꝗ auis: atꝗ ab homine
herus auferatur, non ad hominem ſane
ſeruus dicetur. Nam cum herus non ſit
neꝗ ſeruus eſt ſane. Similiter & ab aui a
les auferatur, non vlterius ala profecto
ad aliquid erit: ſi enim ales non ſit, neꝗ
erit ala cuiuſquam. Quare quodꝗ aſsi-
gnetur ad id, ad quod tandem dicitur
accommodate, oportet. Atꝗ ſi ſit qui-
dem poſitum nomen, facilis aſsignatio
fit: ſin vero non ſit, nomina fortaſſe po
nantur neceſſe eſt. Quod ſi hoc aſsig-
netur modo, ea quæ ad aliquid ſunt,
vniuerſa ad ea ſane dicentur quæ con-
uertuntur. Vt patet.

Textus. 5. ¶ Ad vero ea quæ ſunt ad aliquid, ſi-
mul natura eſſe videntur: atꝗ in pluri-
mis quidem vera eſt hæc ſententia, in
quibuſdam autem vera non eſt. Simu
enim duplum eſt: & dimidium: & ſi eſt
dimidium, duplum eſt, & e cõtra: & ſi
ſeruus eſt, herus eſt etiam, ſimiliter &
in cæteris. Quin & mutuo hæc interi-
munt ſe ſe. Nam ſi duplum non eſt, di-
midium non erit: & ſi dimidium non
eſt, duplum non erit. Idem eſt & in
cæteris modus, quæ rationis ſunt ſi-
milis.

¶ Non tamen in vniuerſis quę ſunt ad
aliquid, verum hoc eſſe videtur, ſimul
inquam natura vt ſint: ſcibile nãꝗ ſcien
tia prius eſſe videbitur. Plerumꝗ enim
rerum quę antea ſunt ſcientias nos acci
pimus: in paucis enim, aut nulla in re, ꝓ
ſus, ſcientiam fieri quiſpiam cum ſcibili
ſimul videbit. Pręterea ſi ſcibile tolla-
tur, tollitur & ſcientia: ſcientia vero ſi tol
latur, non tollitur ſcibile. Nam ſi ſcibile
non ſit, ſcientia non eſt: nullius enim ꝓ
ſus ſcientia erit. Scientia vero etiam
ſi non ſit, ſcibile eſſe nil prohibet, qua-
drationis enim circuli & ſi ſcibilis eſt,
ſcientia quidem nondum eſſe videtur:
eſt autem ſcibilis ipſa. Præterea anima
li ſublato, ſcientia quidem animalis non
erit, cum complura interim quę ſcibilia
ſunt animalium exiſtant.

¶ Sic & in ſenſu res ſe ſe habere vide-
tur: ſenſibile enim antecedere ſenſum
videtur: ſi ſenſibile namꝗ tollatur, tolli-
tur, & ſenſus, & ipſum ſi ſenſus aufera-
tur, non tollitur. Senſus enim circa cor-
pus & in corpore ſunt, itaꝗ ſenſibili ſu-
blato, corpus medio tollitur, eſt enim
& ipſum corpus ſenſibile: ſi corpus ve-
ro non ſit, etiam ſenſus aufertur. Qua-
re fit, vt ſecum ſenſibile: ſi corpus aufe-
rat. At ſenſus ſecum ſenſibile non tollit:
nam ſi animal tollatur, tollitur quidem
ſenſus ſenſibile vero non tollitur. Eſt
enim

enim ſenſibile corpus: vt calidum, frigidum, dulce, amarum, & cętera omnia quæ ſunt ſimilis generis. Prętera ſenſus quidem cum ſenſitiuo ſimul emergit: nam vna cum animali, & ipſe ſenſus efficitur. Senſibile autem eſt & antea ꝙ ſenſus ſit ortus: eſt enim ignis, & aqua cæteraq́ꝫ talia, e quibus animal cōſtat, & antea ꝙ ſit omnino animal aut ſenſus: quare ſenſibile prius ipſo ſenſu videbitur eſſe.

Textus .6. ¶ Exiſtit autem hoc loco dubitatio quædam, vtrum nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid, quemadmodum & videtur: an hoc in aliquibus ſubſtantijs ſecundis cōtingat: in primis namq́ꝫ ſubſtantijs verum eſt. Nam neq́ꝫ tota, neq́ꝫ partes ad aliquid ſane dicuntur, quidam enim homo non dicitur cuiuſdam quidam homo, neq́ꝫ quidam equus cuiuſdam quidam equus. Et itidem in partibus, quædam enim manus non cuiuſdam quædam manus, ſed cuiuſdam dicitur manus: & quodam caput, non cuiuſdam quodam caput, ſed cuiuſdam dicitur caput. Eadem & in pluribus ſecundis ſubſtantijs dici poſſunt: homo namq́ꝫ non cuiuſdam dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum, ſed alicuius poſſeſſio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid eſſe. In quibuſdam autem ſecundarum ſubſtantiarum eſt dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus: & vnunquodq́ꝫ tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid eſſe.

7. Textus. ¶ Si igitur eorum quę ſunt ad aliquid, diffinitio eſt aſsignata, aut omnino eſt difficile, aut impoſsibile, nullam ſubſtātiam ad aliquid eſſe oſtendere: ſin vero non ſufficienter eſt aſsignata: ſed ea ſunt ad aliquid quorū eſſe idem eſt ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſe ſe habere, fortaſſe ad hæc aliquid dici poteſt.

¶ Prior autem diffinitio ſequitur quidem ea, quæ ſunt ad aliquid, omnia: nō tamen idem eſt, propterea quod ipſorum ad aliquid eſſe, eſt id quod ſunt aliorum eſſe dici. Ex his igitur patet, ſi quiſpiam aliquid eorum quę ſunt ad aliquid, diffinite ſcit, ſimul id quod ad illud dicitur diffinite ſciet. Hoc autem patet quidem ex his ipſis. Nam ſi ſcit quiſpiam hoc aliquid eſſe, eſt autem eorum quæ ſunt ad aliquid eſſe idem ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſe ſe habere, & illud profecto ſciet, ad quod hoc aliquo modo ſe habet. Si enim neſcit omnino id, ad quod hoc aliquo modo ſe habet, neq́ꝫ fit ad aliquid hoc modo ſe habet ſciet. Patet autem & ex ſingulis: nam ſi quiſpiam hoc ſcit diffinite duplum eſſe, & id cuius duplum eſt continuo diffinite ſciet. Nam ſi nullus diffinite duplum ſcit illud eſſe, neq́ꝫ ſi eſt duplum omnino ſcit, ſimiliter & hoc ſi ſcit præſtabilius eſſe: & quo præſtabilius eſt diffinite ob hęc eadem ipſum ſcire neceſſe eſt. Nec indiffinite ſciet, hoc præſtabilius eſſe deteriore: hæc enim opinatio eſt, non ſcientia. Non enim exacte iam deteriore pręſtabilius eſſe ſciet: nam ſi forte ſic accidat, nihil eſt deterius ipſo. Quare patet neceſſarium eſſe, vt quicquid eorum quæ ſunt ad aliquid quiſpiam diffinite ſciat, & id identidem ad quod illud dicitur vt ſciat. 8. Textus.

¶ Fit autem vt caput & manus & q̄cūq́ꝫ talium q̄ ſubſtantiæ ſunt, id quod eſt ipſum diffinite ſciatur: at non fit neceſſario, vt id ad quod diffinite ſciatur, Textus. 9.

Cuius enim hoc caput, aut cuius eſt manus, non fit vt difinite ſciatur. Quare hæc non ad aliquid erunt. Quod ſi hæc non ſunt ad aliquid, vere dicere licet, nullam ſubſtantiam ad aliquid eſſe. Difficile autem eſt fortaſſe, de talibus vehemẽter aſſerere eum, qui non perſępe cogitationem in his poſuerit: circa tamen vnum quodq; ipſorum non eſt inutile dubitaſſe.

Gloſa.

HOc prædicamentum non cenſebatur diſtinctum, apud Zenonem, & alios philoſophos: (vt refert Albertus ex Alexandro) putabant illi eſſe commune quid omnibus prædicamẽtis ad aliud dici, verum Plato docuit ſpeciale ens eſſe, ad aliud dici, a quo & Ariſto. eius diſcipulus. Et alii. & merito poſt quantitatẽ orſi ſunt. Nam ante conſiderationem qualitatis in ſubſtantia, poſt ipſam quantitatem conſequitur menſura eius: & quod ſit dupla ad ſuam medietatem. & tripla ad tertiã. &c

¶ In quinto textu ſcilicet quando dicit. (Quadrationis circuli eſt ſcibile & non eſt ſcientia. &c.) Eſt ſenſus Ariſto Quod licet ſit verum, quod poteſt eſſe ſciẽtia, quo modo poſsit dato circulo, dare quadratum quod habeat æqualem aream, nam dato circulo, poteſt minus quadratum, intra circulum dari, & poteſt dari maius ergo & poterit eſſe ęquale, ergo licet hoc ſit ſcibile, quadrare circulum: nondum ſcientia talis ſcibilis eſt reperta. ariſto. 1. phſ. tex. 11.

QVÆSTIO PRIMA.

An ea quæ dicta ſunt in relationis prædicamento ſint vera?

1. arguitur. PRimo circa hoc prędicamentum quęritur, vtrum textus ſit bene poſitus ab Ariſto? & videtur qđ nõ. Nam in prædicamento ſolum ponitur quod habet eſſe reale, ſed eſſe ad aliud eſt per operationem intellectus comparantis: ſicut dominum dici in ordine ad ſeruũ, ſolum eſt per hoc quod intellectus intelligit & cõparat iſtum hominem, ſicut ſuperiorẽ ad alium inferiorem, hoc autem non eſt niſi per intellectum.

¶ Scibile dicitur in ordine ad ſcientiam, ſicut ſenſibile ad ſenſum, & ſimiliter ſcientia, dicit ordinem ad ſcibile. Sed hoc non eſt p aliquid reale in ſcibili, neq; in ipſa ſcientia: ergo non recte ad aliquid ponitur prædicãmentum. Quod ſcibile dicat ordinẽ ad ſciẽtiam, & ſine ſuperaddito, patet: quia etiam ſi non ſit ſcientia, ſcibile eſt: ergo hoc quod ad ſcientiam referatur, non eſt per aliquid reale: ſed ſolum per operationem intellectus. 2. inquãtu ſcibile reſpectu ideam

¶ Si relatio eſſet ens reale, vere produceretur ſicut alia accidentia producuntur, ſed hoc eſt contra Ariſto. 3 phiſico. comẽ. 10. dicentis ad relationem non eſſe per ſe motum: ergo. 3.

¶ Aliqua non relatiua dicuntur ad conuertentiam: ergo non eſt proprium quarto modo ad aliquid ad conuertentiam dici. Patet antecedens. Nam ſi quantum eſt, quantitate quantum eſt: & ſi quale eſt, qualitate quale eſt: & ſi calor eſt calidi calor eſt. &c. 4.

¶ Aut illa quarta proprietas poſita, eſt generalis omnium relatiuorum, & ſecundum eſſe & ſecundum dici, vel ſecundum eſſe ſolum. Non primum quia Ariſto. excludit ſcibile & ſcientiam ab hac proprietate. Et ſi ſecundum. arguitur ex eodem exemplo, ſcibile & ſcientia ſunt ſimul natura: ergo male ſecludit Ariſto. Patet, quia ſi ſcibile eſt actu & ſcientia: & e cõuerſo, & ſi ſcibile eſt in potentia, & ſcientia ſimiliter, & tamen Ariſto. videtur ſentire quod non ſequitur ſi ſcibile eſt in potentia, quod actu ſcientia ſit. 5

¶ Sed cõtra eſt autoritas Ariſ. qui in textu & ponit relatiuorum diffinitionem & proprietates.

¶ Pro ſolutione q̃ſtionis eſt notandum, duplicia eſſe relatiua. Quædam quę dicuntur ſecundum eſſe, alia quę ſecundum dici, quorum. ſ. Tho. 1. p. Q. 13. ar. 7. ad primum meminit. Et de potentia. Q. 7. ar. 10. ad. 11. Relatiua ſecundum eſſe illa ſunt, q̃ ſic ſunt relatiua: quod nõ important principaliter rem Notandum. s. tho

alterius

alterius prædicamenti. Vel ſicut alii dicunt quę ſunt impoſita ad ſignificandum habitudines ipſas relatiuas, vt pater & filius, dominus & ſeruus, &c. Relatiua ſecundum dici ſunt, q̃ important ſimul cum reſpectu, rem alterius prædicamenti. Vt ſcientia. importat qualitatem, cum ſit in prima ſpecie. Et dicit etiam reſpectum ad ſcibile, & tandem vocatur relatiuum ſecũdum dici: cuius qdditas non eſt eſſe ad aliud. Sed tamen explicari non poteſt, niſi per ordinem ad aliud. Sed relatiuum ſecundum eſſe eſt res, cuius quidditas nil aliud eſt, q̃ ad aliud eſſe. Quæ ideo ſic dicta, quia in veritate talia proprie ad aliud ſunt. Illa tamen quæ ſecundum dici, non ſic: quia quidditatem abſolutam important, ſed reſpectum dicunt. Et iſta relatiua quę ſunt ſecũdum dici, (vt bene notat Paulus venetus) non ęqualiter ponuntur in duobus prædicamentis, vt aliqui modernorũ putãt, ſed primo & principaliter ponuntur in prædicamento qualitatis, & ſecundario & minus principaliter, in iſto: quia min⁹ principaliter reſpectum ſignificant. Quapropter in hoc prędicamento, ſimpliciter tantũmodo ponuntur relatiua ſecundum eſſe: qa talia ſolum proprie relatiua dicuntur. Et eſſe non habẽt aliud, niſi aliorum eſſe, vel ad aliud eſſe. Sed relatiuum ſecundum dici, nõ habet principale ſignificatum reſpectũ, ſed abſolutam rem, vt ſciẽtia. Non ergo poteſt poni in hoc prędicamento.

¶ Et quidem manifeſtum id eſt, quia cũ talia relatiua quę ſunt ſecundum dici, principaliter & ſimpliciter ponantur in prędicamento alio: vt ſcientia in prędicamẽto qualitatis, & non poſſit vna & eadem res in diuerſis prædicamẽtis directe poni, quia alias tota ars ipſa prædicamentorum ab Ariſto. poſita corrueret.

Ad q̃ſtionẽ cõ.

¶ Cunclusio. Recte ab Ariſto tum relatiuorum diuiſio, tum ipſorum diffinitio & proprietas: in textu poſita eſt. Quod patet diſcurrendo per ſingula, & ex argumentorum ſolutione hæc fient nota.

Ad primũ.

¶ In iſto primo argumento tangitur potiſſima difficultas, in materia de eſſe relatiuũ. Pro quo oportet ante q̃ ad formã argumenti deueniamus, circa materiam eius: aliquid adducere. Dicit Comentator, 12. meta. comẽ. 19. antiquos eſſe opinatos, relationem ſolum dicere actum intellectus: eo quod ſit minimę entitatis, & quidem relatio id importat. ſ. actionem comparatiuam. Quapropter forte Plato vocauit ad aliquid, quod ſignificat ipſas habitudines: ſine tali intellect⁹ ordine. Quod eſt dicere, vt antiqui loquuti ſunt relationem ſignificare ipſam relationẽ vt conceptam, & ad aliquid eam vt exercitam, & ſic relatio ſignificat actum intellectus: ſed ad aliquid rei naturam.

Duplex relatio.

¶ Diuiditur ergo relatio, in realem: & rationis. Illa eſt realis, q̃ eſt inter duo extrema realiter diſtincta. Vtrum diſtinguantur a relata, ſeu fundamento? (modo nõ dicim⁹ poſt dicturi) vt ordo exercitus, ordo rerum in vniuerſo. Vt notat Doctor ſub. in. 2. d. 1. Q. 5. & ſ. Tho. p. p. Q. 13. ar. 7. & de potentia q̃ſtione. 7. ar. 9. Et doctor ſub. in. 1. d. 31 dicit tria requiſita ad relationem realem. ſ. quod ſit inter entia realia, & realiter diſtincta, & ſecluſa operatione intellectus.

¶ Relatio rationis erit, quando eſt inter extrema quæ non ſunt vere entia. Secundo cõtingit inter illa, quæ non ſunt realiter diſtincta. Vt idem a ſe ipſo. Tertio quando nullo modo ſine operatione intellectus, poteſt eſſe talis ordo, vel reſpectus. Vt contingit ex eo, quod in Deo iuſtitia & miſericordia ad inuicem diſtinguntur, ſolum per operationẽ itellect⁹. Et hoc. ſ. Tho. 1. ſẽ. d. 2. q. 1. ar. 3 & 4. & 4. & 1. p. Q. 13. ar. 4 dicit. Attributa diuina, non ſolum differunt ratione ratiocinãte: ſed etiam ratione ratiocinata. Rationem ratiocinãtem vocat intellectũ, vel conceptum. & ratio ratiocinata eſt ipſe obiectiuus conceptus, ſeu quidditas in re: per diffinitionem declarata. Vult ergo dicere, quod Dei attributa, non ſunt ſolum conficta ab intellectu: ſed ſunt in re formaliter: hoc excepto, quod ex parte rei non ſunt duæ res: ſed diſtinctio eorum in Deo eſt fundamentaliter, & formaliter in intellectu.

Ad formam.

¶ Ad argumenti formam, negatur relationem non habere aliud eſſe, niſi per intellectum. Nam quando eſt inter entia realia, talis reſpectus, & inter res realiter diſtinctas: ſecluſa omni operatione intellectus contingit ex natura rei. Vt pater in ordine ad filiũ licet verum ſit relationem rationis, non niſi per intellectum habere eſſe. Non poteſt tamen negari, quin alię quę reales ſunt: ha-

beant eſſe ſecluſa omni operatione intellectus.

Ad.2. ¶ Ad ſecundum argumentum, dicendum ~~ſic eſſe quod~~ ſcibile refertur ad ſcientiam, & ſcientia ad ſcibile: & quando infers, & tamen non eſt per aliquid reale, ſed ſolum per operationem intellectus, negatur minor. Nam ſcientia ad ſcibile refertur realiter, & ſecluſa omni operatione intellectus: quandoquidem non poteſt eſſe ſcientia, quin ſit alicuius ſcibilis, ſed tamẽ ſcibile refertur ad ſcientiam, per operationem intellectus, qa nihil reale eſt in ipſo ſcibile, quando actu eſt de ipſo ſcientia Et ſic contingit, in relatiuis ſecundum dici, quod creatura refertur realiter ad creatorem, relatione reali exiſtenti in ipſa creatura, ſed non correſpondet talis realitas in alio extremo, ſ. in ipſo creatore. Sufficit ergo quod relatio ſit realitas q̃dam etiam in relatiuis ſecundum dici: dato non ſit in vtroq; extremo (de quo alias latius). *intreſulutionib9.*

Ad.3. ¶ Ad tertium, quando dicis. Si relatio eſſet ens reale, produceretur ſicut alia accidentia concedo. Sed quando arguis. Hoc eſt cõtra Ariſto. dicentem ad relationem nõ eſſe pſe motum: negamus. Nam Ariſto. illis verbis non voluit dicere, relationem non eſſe reale quid, neq; negauit abſolute generationẽ: ſed dicit quod relatio non proprie producitur, ſed comproducitur. Nam ipſa ad productionem fundamenti reſultat, ob id ad eã non eſt per ſe motus, ſed ad fundamentum eſt ipſe motus de per ſe, & ad relationem nõ per ſe: ſed mediante fundamento. Nam vltra motum generationis, qui ad ſubſtantiã eſt: eſt augmentatio, q̃ ad quantitatem. Et ſic ſequitur ęquale vel inęquale, quæ eſt relatio: duplum & ſuduplum. Et eſt alteratio q̃ eſt motus ad qualitatem, & conſequitur ſimile & diſſimile. Et eſt motus ad vbi, ad qd' conſequitur propinquũ & remotum. Et ſic apparet quomodo non eſt proprie & de per ſe motus ad relationem, eſt tamen ad fundamentum: quod conſequitur relatio.

Ad.4. ¶ Ad quartum, conceditur non ſic eſſe proprium quarto modo, vt dicantur relatiua ad conuertentiã. Nam cum illa conueniat relatiuis ſecundum dici: etiam cõuenit omnibus denominatiuis. Et ſic iuſtus, iuſtitia, eſt iuſtus. & ſapiens, ſapiẽtia, ſapiens. & quãtus quantitate, quantus, &c.

¶ Ad quintum tãgitur dubium, apud Ariſ. quomodo ipſe ponat exemplum, quod aliqua relatiua non ſint ſimul natura? vt ſcientia & ſcibile, nam poteſt eſſe ſcibile, & non ſcientia: vt de quadratura circuli, eſt ſcibile, ſine ſcientia. Nam ſi vtrunq; in actu capiatur, ſunt ſimul natura, & ſi vtrũq; in potẽtia, ſimiliter. Et ſic intellexit Amonius, & alii antiqui expoſitores. &. b. p. Aug9 in ſuis Cathegoriis, ca. 11. ad propoſitum ait. Sũt qui huic diffinitioni, vellint mouere ſuperfluã queſtionem aſſerentes inueniri poſſe ad aliquid dictum, quod ante ſit: & poſtea naſcatur. Quod de ipſo debeat nũcupari. Vt etiã videantur hæc duo, neq; ortu neq; occaſu, eſſe ſibi coniuncta. Atq; dant exempla ſcibilis, & ſcientiæ, aſſerentes ante ſcibile fuiſſe, & poſt, eius ſcientiam conſequtam. Verbi gratia, ante geometricos circulus fuit. Sed hæc eorum ſcientia poſtea a ſapientibus comprehenſſa eſt. Et poſt ſubdit, hęc ſolent parum diligenter naturam rerum conſiderantes aſtruere, omnia enim q̃ ſunt aut naturali potentia dicuntur eſſe: aut opatione faciendi: quam gręci dinamin & energiã vocant. Quas ſi quis ſeparare voluerit, neq; vlla ſocietate confundere: intelliget ad aliquid eſſe non poſſe, ſine altero cuius eſſe dicitur. Scibile enim grãmi ſiue circulo, in ipſo ortu naturæ ſcientia ſociata eſt: ſimul nãq; vt ſcibile eſſe cępit, habuit ſcientiam ſui. Sed nec dum energia ideſt operatio, monſtrata eſt. Non ergo tunc cępit eſſe ſcientia eius, quando cępit operari: ſed cum ipſo ſcibili orta eſt. & operatio poſtea eſt conſequta. Hæc. p. Aug9. Ex quo apparet eũ ſentire, ſcientiam & ſcibile, etiam ſimul eſſe. Et quando fuit ſcientia, fuit ſcibile: & e cõtra. Nam ſcibile in actu, habuit ſcientiam in actu, & ſcibile in potentia, ſcientiam in potentia. ad.5. Auguſtinus.

¶ Verum. ſ. Tho. 1. p. Q. 13. ar. 7 ad. 6. dicit Aliqua relatiua ſecundum dici, vt ſcibile & ſcientia non eſſe ſimul. Quia eſt talis natura, quod vnum ſimpliciter includit aliud in actu: ſed tamen aliud ſimpliciter, ſolum includit aliud in potentia. Vt ſcientia non eſt ſimpliciter ſcientia, niſi actu ſit, ideſt habit9 ſit actualiter in intellectu. Scibile tamẽ ideſt obiectum, quod eſt cauſa ſcientię: actu eſt, quando producitur habitus, Et ideo ſciẽtia

dicit

dicit relationem realem ad ſcibile,ſicut effe ctus ad cauſam,ſed ſcibile non indiget actu ſcientia, quia nomina in,bile, ſolum dicunt potentiã. Dicitur enim ſimpliciter ſcibile, quia de illo poteſt eſſe ſcientia, & ſic ſolum dicit relationem rationis ad ſcientiam, quã alii dicunt aptitudinalem. Ob id Ariſto. dicit,quod ſcibile eſt ſimpliciter: prius ſciẽtia. Et hæc de quæſtione.

¶Hic tamen obiter notandum, tanq̃ appendix præcedentis q̃ſtionis,Doctorem ſubtilẽ in.3.d.1.Q.1.& in 4.d.13.q.1. & quolib.11. diſtinguit relationem in extrinſecus aduenientem,& intrinſecus aduenientem Relatio intrinſecus adueniens eſt illa,q̃ neceſſario conſequitur ſuum fundamentum intrinſecum Vt quantitas, quam cõſequitur ęqualitas,& qualitas quam ſimilitudo. Vel eſt illa q̃ neceſſario conſequitur.fundamento & termino poſitis.

Relatio intrinſecus ad ueniens et extrinſecum.

¶Relatio extrinſecus, eſt oppoſito modo. Vt vnio materiæ & formę. Nam ſi materia & forma ligni eſſent in eodem loco, in quo nunc ſunt:non tamen eſſẽt vnitę, & poſt vnirentur, illa vnio non conſequitur aliquã rationem fundandi abſolute,puta quantitatẽ,aut qualitatem. Et ſic ſtat amboextrema eſſe,& quod non ſit vnio. Et idem dicit de vnione hũanitatis ad verbum ,& etiam ponit exemplum de vbi:quam ponit extrinſecus aduenientem.

¶Secũdo dicit, quod ad relationem extrinſecus aduenientem,eſt per ſe motus, qa per motum adquiro eſſe in hoc loco,ex quo eſt reſpectus ad centrum terrę, vel ad orientẽ.

¶Tertio dicit,omnia 6 alia prædicamenta exceptis quatuor primis: eſſe relationes extrinſecus aduenientes. Hæc diſtinctio ante Doctorem ſubtilem non fuit inuenta, ſicut nec illa d e diſtinctione formali. Et poſſet ſententia Doctoris ſub.impugnari, quia eſt contra Ariſto qui diſtinxit omnem relationem, in illam quæ fundatur in qualitate, vel in quantitate, vel in actione. Et quęlibet earum conſequitur fundamentum intrinſecum. Item ad hominem,vnio materię & formę conſequitur aliquid abſolutum. ſ.actionem formę in ipſo ſubiecto qua vnitur:ſicut enim poſita in Petro albedine, fit ſimilis alteri:ſic poſita actione formæ qua vnitur materię conſequitur vnio. Sic in vnione humanitatis in verbo:conſequitur eſſe ſubſtantiale,& in eo fundatur relatio.

¶Nec valet quod dicit ipſe de relatiõe extrinſecus adueniente,quod ſtat fundamentum & terminum poni, & quod non ſit ipſa Nam ſi intelligat de remotis, etiã contingit in intrinſecus aduenięte. Nam ſtat me eſſe, & Petrum, & quod non ſit ſimilitudo, ſi ipſe fiat niger. Sic etiam poteſt eſſe de materia & forma. Tamen ſicut non poteſt eſſe, quod fundamentum & terminus propinq̃ ponãtur,quin & relatio ſit:ſic & non poteſt poni materia & forma & actio illa, vel eſſe ſubſtantiale reſultans, ex vnione, q̃ eſt fundamentum proprinquũ:quin ſequatur vnio Et forte in hoc ſtat ſua opinio, quia non credit aliud fundamentum propinquius:quam ipſas res vnitas, cum tamen ſit aliud.

¶Nec ſequitur bene, vt ipſe infert,ad relationem eſſe per ſe motum, quia in vnione illa,non eſt motus ad relationem: ſed ad ſubſtantiam,quia eſt generatio illa actio. Et ſic in incarnatione verbi, illa actio terminatur non ad ſolam vnionem, quę ſit relatio: ſed ad hoc quod eſt CHRISTVM eſſe hominem, quod eſt prędicatum ſubſtantiale. Et dato motus terminetur ad vbi, vbi non eſt relatio ſecundum eſſe,ſed ſecundum dici,nam.5.phiſicorum Ariſto.comẽ 10.cum dixit quod ad relationem non eſt motus,vt intelligeret de relatione ſecundum eſſe: ait ad ſubſtantiam,non eſt niſi mutatio. Et ſubiungit eſt motus ad quantitatem,& ad qualitatem,& ad vbi. Ex quo videtur, quod ſic vbi eſt relatio ſicut quantitas,& qualitas, q̃ ſunt ſecundum dici ſolum. Sequitur ex dictis ſtãdo in opiniõe cõi,quod propinquitas eſt relatio intrinſecus adueniens, ſurgens ex iſta actiõe mea:qđ ſim in iſto loco, & me eſſe hic eſt fundamentum propinquum,talis relationis. 1.Corolariũ

¶Secundo ſequitur, quod ſex vltima prædicamenta,vt poſt dicemus.non ſunt relatiões extrinſecus,Quia nulla talis datur,ſed ſunt intrinſecus aduenientes:& habent ſua fundamenta intrinſeca. Sunt enim res abſolute extrinſecus adiacentes, quia non ſunt relatiua ſecundum eſſe : ſed ſecundum dici. 2.

QVAESTIO

QVAESTIO SECVNDA.
Vtrum relatio diſtinguatur realiter a ſuo fūdamēto?

1. argumētū ARguitur quod ſic, oīa prædicamenta (vt dictum eſt in pręcedentibus) dicuntur entia realia, & non fictitia: ergo & relatio, relatio autem non eſt ſuum fundamentū: ergo ſequitur quandoquidem eſt ens reale, quod ab eo diſtinguitur realiter.

2. ¶ Secundo ſic, vt argumentatur. ſ. Tho. 1. p. Q. 13 ar. 7. Et. 28. ar. 1. Et de potētia. Q. 7. ar. 9. Et Scotus in. 2. d. 1. Q. 5. Sunt aliquę relationes quę dicunt reales perfectiones, vt eſt vnio materiæ & formę, & ordo vniuerſi, & inhęrentia accidentis ad ſubiectum & relatio cauſę ad effectum, eſſe patrē, eſſe dominum. &c. Et omnes iſtę ſecluſa omni operatione intellectus important hanc perfectionē, ergo ſunt reales relationes, & ſic conſeqnter ſequitur, diſtingui a ſuis fundamentis.

3. ¶ Tertio ex ſententia Doctoris ſub. in. 3. d. 1. Q. 1. Stat aliqñ quodcunq; accidens abſolutum, quod prius erat in Petro, manere deſtructa eius relatione: ergo relatio Petri diſtinguitur realiter a quocunq; abſoluto in eo exiſtente. Quod probatur, quia Petrus alb9 eſt ſimilis aliis albis, ſi alia alba deſtruātur, Petrus deſinit eſſe ſimilis, nullo corrupto accidente abſoluto in Petro: ergo ſimilitudo Petri diſtinguebatur, ab albedine in qua fundabatur, alias ſi ſimilitudo eſſet albedo, & manet albedo: deberet & manere ſimilitudo, & non manet, quia non ſunt alia alba, ergo manet, & non manet.

Cōfirmatur ¶ Et confirmatur. Quia ſtat ſimilitudinem Petri intendi nullo accidēte abſoluto in Petro intenſſo, vt ſi Petrus ſit albus vt 6, & paulus vt duo, & fiat vt quatuor: tunc eſt maior ſimilitudo in Petro, ad ipſum Paulum ſine hoc quod albedo Petri ſit intenſior.

4. ¶ Quarto, fortiori argumento Ocham, in. 1 d. 8. Q. 1. ait impoſſibile ē cōtradictoria verificari de eodem ſucceſſiue, niſi ſit vel mutato loco, aut tempore, aut aliqua re de nouo producta, aut deſtructa. Tunc ſi materia & forma ligni ſunt in eodem loco penetratiue, & non vnitę, poſſunt vniri a deo nec tempore, nec loco mutatis: neq; re aliqua deſtructa: ergo ſi ante erat verum quod non erant vnitę, & modo ſunt: eſt propter productionem nouę rei quæ eſt vnio. Et ſic ſit. argumentum in. 3. q. 1. ad probandum, qd' vnio humanitatis ad verbum: ſit relatio diſtincta.

¶ In contrariū eſt autoritas Ariſ. 5. phiſicorum. tex. 10. vbi ait, ad relationem non eſſe per ſe motum, (vt ſupra diximus) quia ſtat altero mutato & altero non mutato: relatiue dici, hoc eſt, ſtat ſine rei acquiſitione noua, realiter referri: qualiter ante non referebatur. In cōtrariū

¶ Quæſtio hæc eſt inter modernos, quę nimiam habet difficultatem, propter opinionum diuerſitatem, & ipſorum relatiuorum conditionem variam, & naturam. Et ſolum rationem ipſam ſequētes, quia in nullius verba iurauimus, quę videntur probabiliora dicemus.

¶ Nulla relatio eſt ſic a fundamento realiter diſtincta, vt ſint ipſa & fundamentum duæ res: ſicut aqua & frigiditas, homo & albedo. 1. Cōcluſio. Hæc probatur autoritate Ariſ. adducta in contrarium. Nam ſi ad relationem non eſt per ſe motus, non eſt res realiter diſtincta a ſuo fundamēto. Et ratione ſic. Quis credet quod eo quod quis in Roma fiat albus, in me oriatur aliquid reale: quod ante nō erat. Et quia Petro naſcitur filius, accreſcat illi aliqua entitas, quæ non eſſet: ſi ante quam in lucem progrederetur eſſet mortu9. Secundo ſic. Si relatio eſſet res diſtincta a ſuo fundamento, poſſet illam Deus ſeparare fundamento manēte, & termino: nam ſi realiter diſtinguitur a termino, & fundamento: nō eſt dubium. Poteſt enim eſſe quandoquidē vnum non eſt de eſſentia alterius, & ſic realiter diſtinguntur. Quod tamen repugnat. Et quidem hoc quod docet iſta concluſio, ante Scotum non erat difficile intelligere, ſed poſtq; ipſe in. 3. d 1. ait quod æqualitas & ſimilitudo a ſuis fundamentis realiter diſtinguntur, quia poſſunt fundamenta eſſe ſine eis. &c. Hinc emanauit hæc opinio. Et licet. ſ. Tho. nunq; formaliter aſſeruit relationem diſtingui a fundamento ſuo, ſequaces eius

eius Thomiſtę expreſſe ei hoc tribuerunt. Vnde Socinas. 5. meta. Q. 28. ait circa hãc q̃ſtionem. Nullibi expreſſe habetur, quid ſenſerit philoſophus, vel Comentator, aut ſ. Tho. aut alii peripatetici. Vnde ipſe tenet negatiuam partem, vt poſitum eſt in cõcluſione. Et ſic tenet expreſſe magiſter Soto in iſto loco, q̃ſtiõe ſecũda. Licet Capreolus in. 1. d. 30. Et alii Thomiſtę poſt eum: teneãt affirmatiuam partem. Et exiſtimat magiſter Soto. ſ. Tho. potius fuiſſe de opinione, vt dictum eſt in concluſione. Vt expreſſe in opuſculo. 48. in pręდicamento ad aliqd fatetur ca. 2. Vbi dicit. Similitudo Scrtis in albedine ad Platonem, non eſt alia res diſtincta ab albedine: ſed ſolum ipſa albedo, vt ſe habet ad Platonis albedinem. Quia alias ſi aliquid adderet similitudo, nullo modo poſſet quis alicui fieri ſimilis, ſine ſui mutatione. Et. 5 phiſicorum lectione. 3. exponẽs id (ad relationem non eſt motus) cum ego habeo quantitatem, per eam conuenit mihi vt ſim æqualis: omnibus illis, qui eandem habent.

2. Cõcluſio. ¶ Dato relatio non ſit res realiter diſtincta a fundamento, & termino, eſt tñ formaliter diſtincta. Quæ concluſio eo probatur Quia dato quod eadem res quæ eſt quãtitas eſt æqualitas: & quæ eſt qualitas: eſt ſimilitudo tamen eſt negandum, quod ſimpliciter quãtitas: ſit æqualitas, vel albedo ſit ſimilitudo. Quia iſte propoſitiones faciunt ſenſum formalem ſ. quod quantitas in quantum quãtitas, ſit æqualitas. Vt. ſ. diffinitio quantitatis, ſit diffinitio æqualitatis: quod falſum eſt. Ob id dicit concluſio: quod formaliter diſtinguntur. Quia alia eſt diffinitio quantitatis, in quantum quantitas: quã ſit æqualitatis, in quantum æqualitas eſt, quæ ad aliud dicitur. Et quia hoc eſt ſecluſa operatione intellect⁹, ſequitur quod relatio ſit quid realiter, & tamen non diſtinguatur realiter a ſuo fundamento, & termino. Et hoc modo diſtinctio formalis Scoti probanda videtur (Licet vniuerſaliter nõ ab oĩb⁹ ap.pbetur)

Ad. 1. argu. ¶ Ad primum concedimus, vt ſupra dictũ eſt, decem prædicamenta dicere decem entia realia, vt Ariſto. docet. Et quando infers ergo ſunt decẽ realitates diſtinctę. Negatur conſeq̃ntia Sed ſeq̃tur qđ ſunt. 10. rões diſtinctę ẽtis, ſecluſa oĩ opatiõe intellectus primo diuerſæ. Quia habẽt diffinitiões quidditatiuas diſtinctas, ratione cuius, vnum prædicamentum in ſenſu formali, de alio nõ affirmatur. Licet denominatiue ſic. (vt ſupra dictum eſt). ſ. quantum, eſt quale, & quale, eſt quantum. &c.

¶ Ad ſecundum. Fatemur ita eſſe, omni operatione intellectus ſecluſa in vniuerſo ordinem eſſe partium, & vnionem materie & formę & inherentiam accidẽtis in ſuo ſubiecto, & tales reſpectus, & alii ſimiles, eſſe reales relationes, quia rebus conueniunt ex natura ſua. Sed quando infers ergo diſtinguntur a ſuis fundamentis realiter, negãda eſt conſequẽtia: propter argumenta poſita in concluſione. Sed ſolum infertur, quod diſtinguntur formaliter, quod concedo, ſicut dicit ſecunda concluſio. Ad. 2.

¶ Ad tertium, quando probatur diſtingui relationem, quia ſtat bene quod Petrus qui erat ſimilis, deſinat eſſe ſimilis ſine deperditione albedinis &c. Reſpondetur. Si ſit ſenſus huius, quod illa relatio corrumpitur quocunq; alio abſoluto remanente inuariato negatur. Nam res quæ eſt ſimilitudo, eſt ipſamet albedo, quæ licet maneat ſimilitudo, tamen non eſt ſi deperdatur in alio. Et ſic ſit variatio abſoluti, licet abſolutum non ſit perditum. Et nil contra concluſionem. Nam licet res non corrũpantur. ſ. albedo: ſed tamen albedo deſinit eſſe ſimilitudo, & ſic ſtat albedinem inquantum albedo remitti, & inquantum ſimilitudo, intendi, & econtra. Et non multiplicata albedine, inquantum ſimilitudo multiplicari, multiplicatis ſimilibus. Et ad exactam ſolutionem argumenti, conſiderandum non dici aliquem ſimilem ſolum propter albedinẽ quã in ſe habet. ſed etiam propter terminũ ab quẽ ſit relatio illius ſimilitudinis. Qua propter non mirum quod ſi eram ego ſimilis: iam non ſim ſimilis. Quia ſi in alio deperdatur albedo, a qua dependebat, quod ego eſſem ſimilis, & ſimilitudo in me deperdita eſt. et de ma huius argumenti vide egidium q̃ lib. 5. 4. 3. Ad. 3.

¶ Ad quartum. Cõceditur ~~ſic eſſe~~, vt Ochã argumentatur: nunq̃ contradictoria verificari, ſine acquiſitione, vel deperditione alicuius rei. &c. Et ad argumenti formam, ſi materia & forma non erant vnitę, & nunc ſunt, ambę ſunt mutatę, per actionem qua Ad. 4.

ſunt

ſunt vnitę, per quam actionem compoſitũ
incipit eſſe, quod non erat. Et ſi humanitas
nunc non eſſet vnita, & poſtea ſic: eſſet mu
tata per actionem, per quam eſt aſſumpta,
per quam conſequtum, eſt, quod De⁹ ſit ho
mo: & ſic patet ſolutio ad argumentum, &
manet abſoluta quæſtio.

¶ Pro complemento huius prædicamenti,
oportet conſiderare vnum relatiuum aliud
referre, vel in ordine ad aliud: ſecundum di
uerſos caſus. Nam aliquando in genitiuo, vt
pater filii pater, & filius patris filius, interdũ
in datiuo, vt ſimile, ſimili ſimile: & æquale
æquali æquale: & vicinum vicino vicinum.
Alia referuntur ſecundum caſum ablatiuũ,
vt maius minore maius: & e contrario. Alia
referuntur ſecundum caſus diuerſos, vt ſciẽ
tia ſcibilis ſcientia, & ſcibile non eſt ſcientię
ſcibile: ſed eſt ſcientia ſcibile, & ſenſibile ſen
ſu ſenſibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, habi-
tuatus habitu dicitur habituatus, & habitus
habituati habitus: & diſpoſitio diſpoſiti diſ-
poſitio, & diſpoſitum diſpoſitione diſpoſi-
tum. Aliquando fit relatio mediante prępo
ſitione, vt mõs paruus ad magnum, & mag
nus mons ad paruum, & tãdem relatiua ſic
ſunt. quorũ eſſe eſt aliud, vel quomodlibet
aliter ad aliud, et quia relatiuum refertur
ad aliud tanq̃ ad terminum.

QVÆSTIO. TERTIA.
Circa textum ad aliquid.

QVæritur tertio. Vtrum
terminus ſit de cõcep
tu quidditatiuo relatio
nis, ſicut eſt fundamẽ-
tum? videtur quod ſic.
1. arguitur. ¶ Nam paternitas in
patre mortuo filio, nõ
manet: & ipſo exiſtẽte
perſeuerat, & non quia fundamentum pa-
ternitatis non maneat: ergo eſt, quia termi-
nus. ſ. filius ad quem dicitur paternitas, non
manet: ergo de eſſentia eius eſt terminus.
2. ¶ Secundo, ſicut in pręcedenti q̃ſtione di-
cebamus, albedine eadem manente, deſinit
relatio ſimilitudinis, & nõ ob aliud niſi quia
in termino facta eſt mutatio, vel variatio: er
go ſequitur de conceptu quidditatiuo rela-
tionis eſſe terminum.

¶ Tertio ſic, terminus eſt de primaria ratio 3.
ne relationis: ergo & de conceptu eius quid
ditatiuo. Patet antecedẽs, quia primaria re-
latiui ratio, vel eſt eſſe ad ſe, vel ad aliud: ſed
non eſt eſſe ad ſe: ergo eſt eſſe ad aliud. Et
hoc eſt ad terminum, ergo.

¶ In contrarium tamen eſt. Quia quod eſt In cõtrariũ
de conceptu quidditatiuo alicuius, contine
tur in eo formaliter, cum ſit de eſſentia eius
ſed in relatione quæ eſt paternitas, nec fili⁹,
nec filiatio formaliter includitur: ergo non
eſt de eſſentia eius.

¶ Pro ſolutione notãdum, quod relatio pẽ- 1. Notã.
dere dicitur a duobus. ſ. a fundamento enti
tatiue tamen, & a termino: ſed ſpecificatiue
A fundamento entitatiue, quia realitas rela
tionis, eſt realitas fundamenti: quandoqui-
dem non diſtinguitur realiter a fundamen-
to, (vt dictum eſt in q̃ſtione pręcedenti), &
a termino dependet, ſpecificatiue, per hoc
quod ſicut motus a termino ſpecificantur,
ſic & relatio in ſpecie conſtituitur penes ter
minum ad quem. (Vt ita loquar) vt quia al-
bedo reſpicit aliam albedinem pro termino
vt dicatur ſimilitudo, & quia quantitas ad
aliam dicitur vocatur ęqualitas.

¶ Secundo notandum, aliquid poteſt dupli 2. Notã.
citer diffinire. ſ. quidditatiue, & per addita-
mentum. Quando quidditatiue, tunc eſt:
quando diffinitio nil aliud ſignificat, niſi eã
dem naturam. Et ſic animal rationale, dif-
finitio hominis quidditatiua Per additamẽ
tum eſt, quãdo aliquid includit: quod eſt en
titas diſtincta a diffinito, vt illa diffinitio ſi-
mitas eſt naſsi curuitas, nam naſſus dicit ẽti
tatem, diſtinctam ab ipſa ſuperficie, vbi eſt
ſimitas, cum naſſus ſit ſubſtantia, & ſuperfi
cies accidens.

¶ Licet terminus ponatur in diffinitione Cõcluſio.
relationis, non tamen eſt de conceptu quid
ditatiuo eius, nec de eius diffinitione quid-
ditatiua Probatur quo ad primam partem,
autoritate philoſo, in iſto loco. Quia relati-
uorum hæc eſt conditio: vt vnum cognoſci
non poſsit diſtincte, ſine alio, & cum per dif
finitionem relatiuum cognoſcatur: ergo o-
portet in diffinitione relatiui ponere termi
num. Item quia ratio relationis eſt ad aliud
eſſe, ſed hoc eſt terminum importare vt pa-
tet Item quia relatio pendet a fundamẽto,

& termino, & cum illa ex quibus aliquid pē det debeāt in diffinitione poni: ſequitur qd' Ad q̃ſtionē. terminus debet poni. Secunda pars concluſionis probatur, per quam de directo reſpō detur ad q̃ſtionem. Conceptus quidditatiuus vel diffinitio quidditatiua alicuius eſt, quę conſtat ex genere & differentia: ſed terminus relationis, neq; eſt genus, neq; differentia eius: ergo nec ponitur in diffinitione quidditatiua, neq; in conceptu quidditatiuo includitur. Patet minor. Nam maior conſtat ex Ariſto. 7. metaphi. Paternitas habet ſuum proprium genus, ſ relationem & propriam differentiam qua conſtituitur, nā per filiationem non conſtituitur. quia vna differentia non conſtituit diuerſas ſpecies, vel oppoſitam ſpeciem: ſed filiatio eſt relatio oppoſita ad paternitatē, quia reſpectu eiuſdem non poteſt quis eſſe pater & filius: ergo ſequitur quod non conſtituitur paternitas in tali ſpecie, per filiationem, vel per filium quem reſpicit velut terminum. Secūdo ad idem, quicquid includitur in conceptu quidditatiuo alicuius, includitur in eo formaliter: quia eſt de eſſentia eius, ſed in paternitate nec filius, neq; filiatio includūtur formaliter, quia alias paternitas eſſet filiatio &

Obiectio. pater eſſet filius. Nec valet dicere, quod ſi ſic eſſet, ſeq̄retur quod paternitas quiddi

Solutio. tatiue non eſſet ad aliud, quod eſt falſum. Quia hęc obiectio, ſoluitur eo quod genus & differētia, quæ ſunt principia intrinſeca paternitatis: ſunt ad aliud. Nam relatio eſt ad aliud, & paternitas quę eſt differentia, ſecūdum ſuum quidditatiuum conceptū eſt ad aliud, Et ſic manet quod in diffinitione quæ eſt per additamentū, bene ponitur termin⁹ relationis, quia cum dependeat a termino ſpecificatiue: opus eſt ſic ponere, non tamē ſequitur ſit de eſſentia eius.

Ad. 1. ¶Ad primum dicendum. Licet paternitas mortuo filio, paternitas non dicatur: ſed tamen ſi entitas concipiatur, vt eſt generandi principium, ſic nominatur potentia generatiua: & hæc manet etiam filio mortuo. Si tamen concipiatur collatiue ad filium, ſic vocatur paternitas, & mortuo filio nō manet. Non tamen ſequitur, quod filius ſit de eſſentia paternitatis: ſed quod requirit terminū tanq; id a quo ſpecificatur, vel inquantum per additamentum diffinitur.

¶Patet Solutio ad ſecūdum ex p̄cedēti q̄ſtione, & ex dictis in iſta. Verum eſt enim quod deſinit eſſe relatio termino variato, ſed non ex hoc ſequitur, quod eſſet de eius quidditate terminus. Ad. 2.

¶Et ſic ad tertiū, ſicut & dictum eſt ad primum. In relatione enim includitur terminus, ſicut in diffinitione. Simi naſſus & qa concipitur collatiue. Si tamen non ſic cōciperetur, ſed ſolum ſua quidditas, non eſſet opus.

¶Solent diuidere relationem, in relatiouē ęquiparātię, & diſquiparātię. Primo modo, 1. Diuiſio.
vt ſimile ſimili ſimile: & æquale æquali ęquale. Et vicinus vicino vicinus. Diſquiparātiæ eſt, quando ad aliud nomen refertur, vt pater nō dicitur patris pater: ſed filii pater, & dominus ſerui dominus.

¶Item diuidunt diſquiparātię, in ad aliquid 2. Diuiſio.
ſuppoſitionis, & ſuperpoſitionis. Superpoſitionis eſt, quando ſecundum relationem digniorem dicitur, vt dominus ſerui dominus: pater filii pater, creator creaturę creator. Et ſunt iſta nomina, gubernator Imperator, dux, epiſcopus, magiſter. Suppoſitionis erunt, quando per relationem non ita dignam, vel inferiorem fit relatio Sicut ſeruus domini ſeruus, & creatura creatoris creatura, filius patris filius, & ſic de aliis. Et tandem eſt finis totius prædicamenti ad aliquid, ſequitur de prędicamento qualitatis.

DE QVALI ET QVAlitate. Capi. octauū.

Textus.

QValitatem vero dico, q̄ 1. Textus.
quales quidam dicūtur. Eſt autē qualitas ex hiſce, quæ multis modis dicuntur. Atq; vna quidē ſpecies qualitatis, habit⁹ diſpoſitioq; vocetur.

¶Differt autem habitus a diſpoſitiōe: nam magis permanet, atq; diuturnior eſt. Tales ſunt ipſę ſcientiæ, & virtutes. Scientia namq; ex eorum numero videtur

detur eſſe, quę permanent & cum difficultate dimouētur etiam ſi quiſpiā mediocriter ſcientiam acquirat, niſi magna mutatio, vel a morbo, vel a re quapiam alia ſimili fiat: ſimiliter & virtus, vt iuſtitia, temperantia, & quęcunq́ tales, haud facile dimoueri mutari ve videntur. Diſpoſitiones autem eę ſunt, q̄ faciliter dimoueri mutariq́ poſſunt: vt caliditas, frigiditas, morbus, & quę ſunt hiſce ſimilia. Nam his ipſis homo aliquo modo diſponitur, & facile quoq́ mutatur, ex calido frigidum ſubiens, & ex valetudine morbum: & in cæteris etiam ſimili modo. Niſi & harum ipſarum aliqua ob diuturnitatem verſa iā in naturam ſit, dimoueriq́ nequeat, aut ſumma cum difficultate mutari poſsit, quam quidem hac ratione quiſpiam habitum iam nuncupauerit.

¶ Patet autem, ea homines habitus dicere velle, quę ſunt diuturniora, neq́ dimoueri facile poſſunt: eos enim qui ſciētias non admodum tenēt, ſed eas amittere facile poſſunt, habitum habere non dicunt: ea licet ſcientia aliquo modo deterius melius ve diſpoſitos videāt. Itaq́ ſic a diſpoſitione habitus differt, vt illa facile dimoueri poſsit: habitus autē diuturnior ſit: & cū difficultate moueatur.

¶ Sunt autem habitus quidem, & diſpoſitiones, diſpoſitiones vero haud neceſſario habitus ſunt. Qui namq́ habēt habitus, ij aliquo modo etiam diſponūtur, at qui diſponuntur, ij non omnino & habitus habent.

Tex. 2. ¶ Aliud autem qualitatis genus eſt, quo ad luctam aliquos, aut ad curſum, aut ad ſanitatem, aut ad morbum aptos eſſe dicimus: & ſimpliciter ea, quæ per potentiā naturalem impotentiam ve dicūtur. Non enim quicquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo diſponitur modo: ſed quia naturalem potentiā habet, vt facile quippiam aut faciat, aut nō patiatur. Vt ad pugillatum curſum ve apti dicuntur, ideo non quaſi rerum eorū facultatem iam aliquam teneāt, ſed tantum quia naturalem, aut vim, aut imbecillitatem facile aliquid faciendi habent, ſic apti ſanitati, quia vim naturalē haud facile obnoxiam: morbidi contra, quia obnoxiam facile, ſeu quia vi non facile obnoxia careāt, dicuntur. Eiuſdem generis eſt & durum ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet vt non facile diuidatur: molle autē ex eo, quia eiuſdem habet impotentiam

¶ Tertium qualitatis eſt genus, qualitates paſsiuę ac paſsiones, quę quidem talia ſunt: vt dulcedo, amaritudo, & ea q̄ ſunt generis ſimilis: caliditas præterea, frigiditaſq́, & albedo, atq́ nigredo. 3. Textus.

¶ Has igitur qualitates quidem eſſe pſpicuum eſſe videtur. Ea namq́ quę hęc ſuſceperunt, qualia ſane dicūtur: vt mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem ſuſcepit: & corpus etiam album, quia ſuſcepit albedinem: ſimiliter & in ceteris res ſe habere videtur.

¶ Qualitates autem paſsiuæ dicuntur, nō ideo quod ea q̄ ſuſceperunt, paſſa aliquid ſunt: neq́ enim mel ex eo, quia paſſum aliquid eſt, dulce dicitur, neq́ cæterorum talium quicq́: ſimiliter & caliditas & frigiditas, non ex eo paſsiuæ qualitates dicuntur, quia ea quę ſuſceperūt aliquid paſſa ſunt: ſed quia quæq́ qualitas dicta, paſsionis in ſenſib9 eſt efficax. Dulcedo namq́ paſsionem quandam in guſtū facit, & caliditas in tactu, cæterę q́ ſimili modo. Albedo autem & nigredo, ceteriq́ colores, non eodem modo qualitates paſsiuę dicūtur, ſed quia a

paſsione

paſsione ſunt factę,

¶ Nam quod per paſsionem mutationes complures colorũ fiant, certum eſt. Puduit enim q̃mpiam, atq̧ erubuit: & timuit quiſpiam, atq̧ palluit. Quare ſi quiſpiam etiã natura talium paſsionũ incurſuũ ve aliquid ſubijt, ſimilẽ colorẽ veriſimile eſt illum habere. Quæ namq̧ nunc dũ pudet diſpoſitio circa corp9 emerſit, eadẽ & in naturali conſtitutiõe diſpoſitio fieri poteſt, vt & color natura ſimilis fiat.

¶ Quæcũq̧ igitur affectionũ taliũ initiũ ab aliquibus ſumpſerunt paſsionib9 q̃ permanẽt, cum difficultateq̧ dimouẽtur, paſsiuę qualitates dicũtur. Siue.n. in naturali cõſtitutione pallor aut nigredo ſit orta, qualitas dicitur: nã circa eadẽ quoq̧ dicimur quales: ſiue ob diuturnũ morbũ, aut colorẽ hęc eadẽ acciderint, modo nõ facile diſſoluãtur, aut per vitã p̃maneãt, qualitates ſane paſsiuæ & ipę dicũtur, cũ hiſce ſimiliter q̃les dicamur. Quę vero ab hiſce fiunt q̃ facile diſſoluũtur, paſsiões dicũtur, nõ q̃litates nõ.n. per haſce quales dicũtur: neq̧.n. erubeſcẽs, ob verecundiã rubeus: neq̧ pallẽs, ob timorẽ pallid9 appellatur: ſed aliquid paſſus potius dicitur eſſe: quare paſsiões hæ res, & nõ q̃litates dicũtur.

¶ Similiter & in anima qualitates paſsiuæ, paſsioneſq̧ dicuntur. Quæ enim in generatione cõtinuo a paſsionibus quibuſdã ipſa q̃ ſine difficultate dimoueri nõ poſſunt, ſunt orta, qualitates dicuntur: vt inſania, iracundia, & q̃ ſunt ſimilis generis: quales enim ob hæc ipſa dicuntur: vt iracundi, atq̧ inſani. Similiter & quęcunq̧ mentis egreſsiones nõ naturales, ſed a quibuſdam alijs caſibus factę ſunt, quæ aut ſine difficultate dimoueri non poſſunt, aut omnino immobiles ſunt: qualitates itidẽ & hę dicũtur: quippe cum hiſce quales dicantur. Quę vero ab hiſce fiunt q̃ facile diſſoluũtur, atq̧ expirant, paſsiones dicũtur: veluti ſi turbatus quiſpiã, iracundior fuerit: nõ enim iracũdus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior eſt: ſed potius aliquid paſſus dicitur eſſe, quare paſſiones talia nõ qualitates dicuntur.

¶ Quartum qualitatis genus eſt figura & ea q̃ circa vnũquodq̧ eſt forma, & inſuper rectitudo & curuitas, & quicquid eſt hiſce ſimile: horum enim vnoquoq̧ quale quippiã dicitur. Ex eo namq̧ quia triangulus, aut quadratum quippiã eſt, quale quid dicitur: & quia rectum identidem eſt: aut curuum, forma etiã q̃dq̧ dicitur quale. Rarum autem & denſum, & aſperum atq̧ leue, quale quidẽ ſignificare quid videbuntur: a qualitatis tamen diuiſione remota eſſe videntur: partium enim potius poſitionem vidẽtur quandam ſignificare. Etenim denſum quidem ex eo quippiam eſt, quia partes ipſius ſibi ipſis propinquę ſunt: rarum autem ex eo, quia a ſe ſe diſtant: leue etiam eſt ex eo: quia recte partes ſunt ſitæ: aſperum vero ex eo, quia quædam partium eminentes, quædam humiles ſunt. Atq̧ forſitam quidem & alius quiſpiam qualitatis modus videbitur eſſe: qui tamen maxime dici ſolent, tot fere ſunt. Textus. 4

¶ Ea igitur quæ diximus, ſunt qualitates, vt patet. Qualia vero ſunt ea, quæ denominatiue ab ipſis, aut alio aliquo modo dicuntur. In pleriſq̧ igitur, quim potius fere in omnibus, denominatiue dicuntur: vt ab albedine albus, a muſica muſicus, & a iuſtitia dicitur iuſtus, & in cæteris ſimili modo, ſed in quibuſdã ex eo, quia non ſunt nomina in q̃lita Textus. 5.

tibus poſita, non fit vt ab ipſis denominatiue dicãtur: vt aptus ad luctam, aut ad curſum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, a nulla qualitate dicitur denominatiue. Potẽtijs enim hiſce, quibus ii quales dicuntur, non poſita nomina, ſicut artibus, quibus militares aut curſores ob diſpoſitionẽ dicuntur, ſunt Militaris enim dicitur ars, & curſoria, atq́ꝫ ab his ij qui diſponuntur denominatiue dicuntur. Interdum etiam eſt poſitum & qualitati nomen, non tamẽ id quod ipſa quale dicitur, nomine illius denominatiue dicitur. A virtute namq́ꝫ honeſtus quiſpiam dicitur, ex eo ſane, quia virtutem habet, ſed non denominatiue dicitur a virtute. Non tamen in multis id ipſum fit. Ea igitur qualia dicũtur, quę a dictis qualitatibus denominatiue, aut aliquo alio modo dicuntur.

Textus 6. ¶ Atqui contrarietas in qualitate eſſe videtur: iuſtitiæ nãq́ꝫ contrarium eſt iniuſtitia, & albedini nigredo, & cætera eodem modo. Ea etiam quæ ab ipſis qualia dicuntur, contraria eſſe videntur: vt iniuſtũ iuſto, & nigrum albo. Nõ tñ in omnibus hoc eſſe videtur. Flauo enim, aut fuſco, aut talibus coloribus, quę quidem ſunt qualia, nihil eſt cõtrarium. Ad hęc, ſi contrariorum alterum qualitas eſt, & reliquum omnino qualitas erit. Hoc autem ita eſſe patet ex ſingulis prędicamentis, nam ſi iuſtitia contrarium eſt iniuſtitię, atq́ꝫ iuſtitia qualitas eſt, eſt & iniuſtitia. Nã cęterorum ꝑdicamẽtorũ, neq́ꝫ quantũ, neq́ꝫ ad aliquid, neq́ꝫ vbi, neq́ꝫ aliorũ quicquam omnino, niſi qualitas iniuſtitię accõmodatur. Eadẽ & in cęteris, q̃ ſunt in qualitate contrarijs dici poſſunt.

7. Textus. ¶ At vero qualia ipſa gradus ſuſcipiũt, ac magis talia minus ve dicuntur; albũ enim aliud alio magis minus ve dicitur, & iuſtum alio magis minus ve Et ipſa etiam intenſionem ſuſcipiunt: fit enim vt album albius ſe euadat. Non tamen omnia, ſed plurima conditionem hanc ſubire videntur. Nam dubitauerit quiſpiam, ſi magis minus ve iuſtitia dici poſſit, & de diſpoſitionibus etiam cæteris ſimili modo. Sunt enim, qui talibus cõtendunt, iuſtitiã namq́ꝫ aut iuſtitia, aut ſanitatem ſanitate magis minus ve dici debere: haud omnino dicunt. Sed aliud ſanitatem, iuſtitiam ve, aut Grãmaticẽ, aud id genꝰ diſpoſitionem magis, aliud minus habere, concedunt admodum. Attamen ea quę hiſce qualia dicuntur, gradus ſine controuerſia ſuſcipiunt, magiſq́ꝫ talia atq́ꝫ minus dicuntur. Iuſtior enim & ſanior alius alio dicitur, & in cæteris ſimili modo. Triangulꝰ autem & quadratũ: cęteræq́ꝫ figurę: non vidẽtur talem conditionẽ ſubire, nã ea quidẽ q̃ trianguli rationẽ circuliq́ꝫ ſuſcipiunt, triãguli ſimilter aut circuli ſunt omnia. Eorum vero q̃ rationem hanc non ſuſcipiunt: nihil alio magis minus ve tale dicetur: non enim quadratũ magis q̃ꝫ altera ex parte longius, circulus eſt: q̃ppe cum neutrũ circuli ſubeat rationẽ: atq́ꝫ ſimpliciter, ſi nõ ſubeant propoſiti rationẽ, alterũ altero magis tale minꝰ ve minime dicetur. Non ergo omnia qualia gradus ſuſcipiũt, vt magis talia minus ve dicantur.

¶ Eorũ igitur q̃ dicta ſunt, neutrũ propriũ qualitatis eſſe videtur: ſimilia autẽ diſsimiliaq́ꝫ per qualitates ſolas dicũtur. Simile.n. quippiã cuipiã nulla alia ꝑfecto ratione eſſe videtur: q̃ꝫ ea qua quale eſt. Quare proprium qualitatis erit hoc ipſa ſimile atq́ꝫ diſsimile dici. 8. Textus.

¶ Non autẽ perturbari oportet, ſi quiſ 9. Textus.

piam

piam nos duxerit de q̃litate tractantes, cõplura eorũ q̃ ſunt ad aliquid cũ qualitatibus ipſis enumeraſſe. Habitus.n.& diſpoſitiones ad aliquid eſſe dicimus. Etenim in omnibus fere talibus genera quidẽ ad aliquid eſſe dicuntur: ſingulariũ vero nihil. Sciẽtia namq̧ q̃ quidem eſt genus: hoc ipſum quod eſt alicuius dicitur eſſe: cuiuſdam enim ſcientia dicitur: ſingularũ vero ſcientiarũ nulla idipſum quod eſt alicuius dicitur eſſe: vt grãmatica non dicitur alicuius grãmatica: neq̧ muſica cuiuſpiã muſica: niſi generis ratione ad aliquid & ipſę dicantur. Grãmatica enim alicuius ſciẽtia dicitur, non alicuius grãmatica: & muſica cuiuſdam ſcientia: non cuiuſpiam muſica. Quare ſingulę non ſunt: vt patet, ad aliquid: at quales ſingulis his dicimur: quippe cum & has ipſas habeamus. Sciẽtes enim ex eo dicimur: quia ſingularũ aliquas ſcientiarũ habemus. Quare ſingulę erunt q̃litates quibus & quales q eas habent dicuntur. At hæ non ſunt ad aliquid, vti diximus. Prętere ſi quid idẽ, & quale, & ad aliquid ſit, in vtriſq; ipſum generibus collocari enumerariq̧, haud abſurdum erit.

Gloſa

CIrca textus declarationem, i primo textu vbi diffinit ſic Qualitatem (. Qua quales eſſe dicimur. &c.) eſt dubiũ apud Boetiũ, qa ſi ſic diffinitur q̃litas per q̃le, & ipm q̃le: poſſet diffiniri p q̃litatẽ ſic. Quale eſt, qđ habet q̃litatẽ: & ſic eſſet circulus quod vitio datur apud Ariſ.6.topicocũ, ca.3. Reſpõdetur ibi nõ dari diffinitionẽ qdditatiuã q̃litatis, quia nullũ generaliſsimũ eã habet, ſed eſt deſcriptio, q̃ p notiora datur. Et qa cõpoſitũ eſt notius, vt tradit comẽ.1.phi comẽ.3. q̧ ſit ipa forma quoad nos datur qualitas p quale intelligi. Notius eſt.n, nobis albũ qđ exp̄imur

Dubium.

Dilutio.

q̧ albedo & ſapiẽs cui⁹ opa videm⁹, q̧ ipſa ſapientia, cuius entitatẽ ſolo intellectu cognoſcimus.

¶2. notãdũ, circa nomẽ q̃litatis ſ. multipl'r ſumi, vt Ariſ. docet.5. meta. comẽ.19. Vno mõ oĩs dr̃a tã ſubſtãtię q̧ aliorũ p̄dicamẽtorũ: ſic vocatur: & ſic ratiõalitas qualitas ẽ, & in q̃le p̄dicatur: qa [illegible] cõtrahit genus, ad eſſe ſpẽi: & ſic vniuerſalia ſeu ſecũdę ſubſtãtię dicũtur q̃litates: quia q̃lequid ſignificãt: ſed tñ nõ ꝓprie iſta dicũtur qualitas nec differẽtia: qa ſubſtãtialẽ qualitatem ſignificãt.

Qualitatis diuerſa conſideratio.

¶2. mõ ſumit q̃le, vt cõtra eſſẽtiale diuidit, & ſic d̃ oĩ p̄dicamẽto dr̃, excepto ſubſtãtiæ.

¶3. vt diſtinguitur cõtra alia accidentia, & ſic accipitur in præſenti.

¶Statim ponit diuiſionẽ q̃litatis, q̃ velut genus gñaliſsimũ continet ſub ſe q̃tuor ſpẽs: q̃ etiã ſunt genera, licet nõ ſint generaliſsima, vt ipſa qualitas eſt.

¶Prima ſpẽs eſt diſpoſitio, vł habit⁹ q̃ diſtĩgũtur penes pfectũ, & impfectũ, Nã habitus eſt q̃litas pfecta, vł diſpoſitio pfecta. Ob id nõ de facile mobilis, ſed difficile a ſubiecto. Et diſpoſitio dicetur habitus impfectus, qa eſt via ad habitũ pfectũ, & qa nõdũ eſt habitus pfectus, de facile põt remoueri ab illo, q habet: vt ſiquis p aliquos actus acquirit diſpoſitionẽ in digitis, vt citharizãdo: ſed tñ qa nõ freq̃ntes habet actus, nõdũ eſt habit⁹ acq̄ſitus: ad pfecte citharizãdũ. Sic in habitib⁹ tan bonis: q̧ malis. In hac ſpecie continẽtur oẽs habitus animæ, & oẽs corpis. Et aĩæ, tã intellectuales: vt Ar., Intellect⁹, Sciẽtia, Sapiẽtia, Prudẽtia, Opinio, Fides: q̧ volũtatis. Habitus volũtatis eſt q in volũtate ſubiectatur, vt ſunt habit⁹ morales, virtutes, atq̧ vitia. Ponũtur etiã oẽs ſciẽtię tã nãles q̧ ſupnãles & omnes Mathematicę, & ſermotionales, ponuntur itidem illi, qui ad partem ſenſitiuã ptinẽt, & habitus corpales, q in corpe ſubiectãtur: vt habitus citharizãdi, ſaltandi, ludẽdi, pugillãdi, currẽdi, ſcribẽdi. Neceſſe enim eſt ponere in illis q tales habẽt artes, talẽ habitũ: quo habituati, vel diſpoſiti faciliter & d̃lectabiliter, & bene: ſimiles ꝓducãt act⁹

Quatuor ſpecies q̃litatis

Quę ponuntur in prima ſpecie.

¶Et nõ ſolũ hic ponũtur tales habitus acq̄ſiti, p actus tã corpis, q̧ aię: ſed etiã ponuntur habitus qui infundũtur a Deo. Vt ſunt virtutes theologales infuſę, & morales ſimiliter: quæ in Baptiſmo infunduntur in puero,

S.Tho.12. q.68.ar.1.

Item & ſpiritus S.dona, quæ a virtutib⁹ diſtinguntur, ſ. ſapientia, ſcientia, intellectus, fortitudo, cõſiliũ, pietas, & timor domini.

Species pertinẽt ad hãc primã ſpeciẽ

¶ Sub hac ſpecie etiam aliqui ponunt ſpẽs intelligibiles, & ſenſibiles, q̃ ſe habẽt ad modum habitus. Nam eo modo, quo per habitum quẽ quis habet, exiit in actum, ſic p ſpẽs intelligibiles abſtractas a phantaſmatibus virtute intellectus agentis, & reſeruatas in memoria intelligibili, exiit in actum intellectus, & intellectus poſsibilis fit actu intelligẽs. Sic etiam in ſenſationibus, nam ſpecies ſenſibiles reſeruantur in abſentia obiecti in memoria ſenſibili, mediantibus quibus, etiã in abſentia obiecti: poteſt eſſe ſenſatio, & ſic pertinent ad hãc ſpeciem qualitatis (de quibus ſpeciebus alias latius).

S. Tho.

¶ In hac prima ſpecie, loq̃ns de diſpoſitiõe, ponit Ariſto exemplum de frigore, & calore, cum tamẽ pertineãt ad tertiam ſpeciem Ob quod. ſ. Tho. 12. Q. 49. ar 2. ad primũ dicit, quod ſi frigiditas, & caliditas, ſumãtur vt ſunt obiecta ſenſuum: pertinẽt ad tertiã ſpeciem, & dicuntur paſsibiles qualitates: ſi tñ ſumantur in ordine ad ſubiectum in quo ſunt dicuntur diſpoſitiones vel habitus, & ſic ad primam ſpeciem pertinẽt.

De. 2 ſpecie

¶ In ſecundo textu loquitur de ſecũda ſpẽ qualitatis, q̃ eſt naturalis potentia vel impotẽtia, vbi ly vel, ſumitur loco de ly et. Naturalis potẽtia eſt q̃dam qualitas cõgenita, & ideo naturalis a naturali cõplexione prouenniens: per quã quis reditur potẽs ad aliquid agendũ, vel ad alicui reſiſtendũ. Vt quidam hõies ex cõplexione naturali, ſunt ſanatiui vel ſalubres, in quibus viget ſanitas, & ſiqñ infirmentur. per talẽ naturalẽ potentiã, acq̃runt ſanitatẽ. Et ſic etiã habent ex tali potẽtia, vt reſiſtere poſsint illis, q̃ ſunt contraria Econtra quidã hõies ſunt ex naturali impotẽtia diſpoſiti, ad ægritudinem, vt ſint ęgrotatiui & non ſalubres: & ſic facile infirmãtur nec reſiſtere valent cauſantibus ęgritudinẽ. Sic eſt naturalis potentia in vno ad ſalutẽ, & in alio naturalis impotentia ad id: Ita durum, (vt dicit Ariſto.) ſignificat quandam naturalem potentiam, ad reſiſtendum ſecãti: ſicut molle impotentiam, ad id. Sic in vno eſt naturalis potẽtia ãbulãdi, currẽdi, pugillãdi, & in alio naturalis impotẽtia. Hæc ergo ponuntur in hac ſecũda ſpẽ qualitatis,

Oẽs potẽtię in hac. 2. ſpẽ

¶ Ponuntur etiam in hac ſpecie, omnes potentię & vires naturales animę & corporis. Per vires animæ intelligẽdo illas q̃ proprie ſunt animę, & nõ ſunt in organo corporeo, licet indigeant pro iſto ſtatu, ad ſuas operationes ~~organo corporeo~~. Vt ſunt intellect⁹, & voluntas, & memoria intellectiua, & ponuntur potentię q̃ corporeę ſunt, q̃ habẽt organum corporeum: vt ſunt omnes potẽtiæ ſenſitiuæ, interiores vt ſenſus cõmunis phãtaſia, ſeu imaginatiua, eſtimatiua, cogitatiua memoria ſenſitiua: ponuntur etiam omnes ſenſus exteriores.

¶ Ponuntur etiam nutritiua, augmentatiua digeſtiua, q̃ ſunt vires animę vegetatiuę.

¶ Ponuntur etiam in hac ſpecie, virtutes naturales herbarum, & lapidum quibus herbę vel lapides, habent naturalem quãdam potentiam, ad agendũ vel faciendum. Similiter & virtutes occultę aſtrorum, quibus influũt in iſtis inferioribus, virtute ſuperiorũ poſsunt & debent in tertia ſpecie collocari

¶ Iſta naturalis potentia & impotentia, differunt a prima ſpecie qualitatis. ſ. habitu & diſpoſitione. Quia habitus & diſpoſitio, ſaltin non infuſi, acquiruntur a nobis per actus proprius, ſed tamen hæc naturalis potẽtia vel impotentia: nõ ſic ſed a principiis naturę. Et ſic propria paſsio dicetur qualitas in iſta ſpecie naturalis potentia: vt riſibile, flebile, diſciplinabile. Nam per naturam habet homo talem potentiam, & non eſt habitus vel diſpoſitio.

De. 3. ſpecie

¶ In tertio textu Ariſto. loquitur de tertia ſpecie qualitatis q̃ eſt paſsio, vel paſsibilis q̃litas: q̃ diſtinguntur penes hoc, quod paſsio ſit quę cito tranſit, & paſsibilis qualitas, quia durat. Vnde ait. p. Aug⁹ in ſuis Cathegoriis ca. 12. hæ igitur qualitates (loquens de palore & rubore, albedine, & nigredine). Si in corpore perſeuerẽt, quia ſecundum eas quales dicimur ipſæ quoq; qualitates paſsiuę cẽſentur, Sin uero ad breue tempus extiterint aut cito diſcedãt, paſsiones eas potius nominamus. Hæc ex p. Auguſtino. Itaq; paſſio vocatur quando cito tranſit, vt rubor exortus in facie ex verecundia, vel pallor ex metu ſubito. Et vocatur paſsibilis qualitas, quia perſeuerat, vt albedo, nigredo, calor. &c. ſed quia hoc quod eſt durare vel nõ diu non conſtituit eſſentialem differẽtiam:

Auguſtinus.

ſub

ſub vna ſpecie collocantur. Non enim magis eſt homo, qui per centum vixit annos, ꝙ qui ſolum durauit per diem.

Qualitates primę & ſecundę ponuntur in hac 3 ſpẽ.

¶ In hac ergo ſpecie ponuntur omnes qualitates, quæ primę vocantur, & ſecundę. Similiter ponuntur etiam omnia obiecta ſenſuum exteriorum, vt omnes colores, omnes ſoni, omnes ſapores: & omnes tangibiles qualitates: & craſum, ſubtile, durum, molle, lubricum, aridum, rarum, ſpiſum, graue, leue, quę dicuntur qualitates ſecundæ: licet molle & durum, in ſecunda ſpecie ſit poſitũ Nam ibi ponuntur vt dicunt naturalem potentiam, vel impotentiam ad reſiſtendum: hic, vt importãt quaſdam ſecundas qualitates, tactu perceptibiles. Sicut non repugnat ſecundum aliam, & aliam conſiderationem vnam rem poni in diuerſis prædicamentis, neq; repugnat vnam qualitatem, in diuerſis ſpeciebus poni qualitatis Sic rarũ & denſum, ſecundum quod important quendam ſitum partium, ſecundum elõgationem vel compræſsionem, ponuntur in prædicamento ſitus, ſed prout tactu percipiuntur, in hoc prædicamento, & in hac tertia ſpecie.

¶ Iſtę vocatę ſunt paſsibiles qualitates, quia vnaquęq; earum efficit in ſenſu paſsionem Vt color in viſu, ipſam mouẽdo potentiam, & odor in ſenſu odoratus. & ſic de aliis ſenſibus. Non enim eo dicũtur paſsibiles, quia ſubiectũ in quo ſunt ab eis aliquid patiatur: ſed in iſto ſenſu dicto. Et hoc poteſt dupliciter contingere, cauſant enim paſsionem in ſenſu, vel penes hoc quod ſpecies diffundũt & recipiuntur in obiecto, & illa ſpecierum receptio: dici poteſt paſsio. Vel poteſt contingere, quod ipſis receptis ſpeciebus: ſequitur in ſenſu operatio per pręſentiam ſui obiecti. Ex quo ſi ſit delectabile, cauſatur paſſio gaudii. Et ſi ſit triſte & nõ gratum, cauſatur triſtitia. ſicut ex hoc quod quis bonũ audit ſonum gaudet, ſi tamẽ malum triſtatur: & de odore ſimiliter & guſtu dicendum.

Quare dicãtur paſſibiles qualitates.

¶ In hac ſpecie tertia includuntur oẽs animę paſsiões, quæ vocãtur, amor, deſideriũ gaudium, delectatio, timor, odium, triſtitia, ſpes, & dolor, ira, audacia.

¶ In hac oportet etiam collocare, omnes actus potentiarum, tan animę quã corporis. Vt omnes volitiones, intellectiones, memorationes. Et ſenſationes tan interiorum ſenſuum, ꝙ exteriorum. Hæc omnia videntur eſſe paſsionibus ſimilia, quia tranſeũt & nõ durant, neq; eſt in qua ſpecie ponãtur congruentius. ꝙ in iſta. Et ſimiliter impetus impreſſus ab exteriori, & qualitas q̃ a corporibus cæleſtibus. Et aliqui ponunt hic ſpecies intelligibiles, & ſenſibiles, quas nos in prima ſpecie poſſuimus, quia ſunt ſimiliores: habitibus, quã actibus.

De 4 ſpecie

¶ In quarto textu Ariſto. agit de quarta ſpecie qualitatis, quę eſt forma & figura, & in Ariſto. ſic legitur. Figura & quæ circa vnũquodq; cõſtans forma. Et ſic priori loco poni debet figura, & ſecundo loco forma. In græco ſic habetur tetartõ de genos pititos ſchima che i peri ecaſtõ yparxuſa morfi. Ad ~~verbum eſt~~ literam. Quartum genus qualitatis eſt figura: & quę circa vnũquodq; eſt forma

¶ Sub hac ſpecie continentur omnes figurę, & formę, tan naturales, ꝙ artificiales: vt forma ſeu figura equi, aſini, arboris, lapidis, metalli, & rei artificialis: vt lecti, domus, tẽpli, ſtatuæ.

Differentia inter figurã & formam.

¶ Differentiam inter figuram & formam, aliqui aſsignãt (vt Boetius) figurã dicit triangulum, & formam eo eſſe: quod ſic illę lineę diſpoſitę: illam faciant figuram (vt ita dixerim) ſic, vt ipſa figura vel pulchrior, vel mediocris, vel alio quodam modo conſtituta: qualitas nominetur. Sicut dicimus hominẽ pulchrum, quia habet talem membrorum diſpoſitionem, & delineationem.

¶ Alii vero figurã ad artificialia referunt & formã reb⁹ nãlibus dicũt cõuenire. Sed tñ hoc nõ ſẽp verũ, cõfundũtur ſępe vocabula.

¶ Vel dicito figurã eſſe ip̃am rei formã, put abſtrahit ab ẽte nãli mobili: puta ligno, vel ferro &c. Forma vero ẽ, figura rerũ artificialiũ, aut nãliũ, vt dom⁹, ſtatua: ac ſi eſſent nomina ſimplicia, ſignificãtia formas nãles, ſeu figuras. Et hoc vr̃ ſentire Ariſ. 5. met. tex. 19. vocãs hãc ſpẽ q̃litatis immobilia mathematica: id eſt figuram, prout abſtrahit a motu, &c. de quo latius in ſequenti q̃ſtione.

¶ In hac ſpẽ ponũtur oẽs ſpẽs geometricę, ſiuę ſint pfectę, ſiue impfectę. Illę vocãtur pfectę, qb⁹ nõ põt fieri additio: & ſuis terminis cõſtãt, vt figura triãgularis, & q̃drãgularis.

¶ Impfectę ſunt, qbus manẽte ſpẽ põt fieri additio, vel ſubtractio. Vt rectitudo, curuitas, cõcauitas, cõuexitas, &c. de qb⁹ alibi.

QVAESTIO PRIMA Cica qualitatis textum.

SEd pro clariori intelligentia huius prædicamenti, q̃ritur vtrum q̃ ab Ariſto. hic ſunt tradita, ſint conueniēter poſita? & videtur quod non.

1. argumētū ¶ Primo, quia ſpecies quatuor qualitatis, non ſunt ſufficienter poſitæ quia omnis qualitas diſponit ſubiectum, per modum habit[9], & omnis eſt actiua, & ſic potentia omnis, eſt terminus paſsionis quia ꝑducta ꝑ alteratione͂ & omnis eſt ſubiecti forma: ergo non cōuenienter diſtingũtur quatuor ſpecies, ſed coincidunt omnes.

2. ¶ Secundo ſic. Habitus ab habendo dicitur ſed habitus ponitur prædicamentum diſtinctum: ergo non cōgrue in prima ſpecie qualitatis.

3. ¶ Tertio. Caliditas, & frigiditas, ponuntur ab Ariſto. in prima ſpecie: ergo male collocãtur in tertia. Nam prout dicunt conueniẽtiam, vel diſconuenientiam ad ſubiectum: in prima ponuntur.

4. ¶ Cōtra quartã proprietatem. Quia vel forma illic ſumitur generaliter, & ſic non eſt quarta ſpecies, cum omnis qualitas ſit forma. Vel ſpecialiter capitur pro figura quantitatis, & ſic nulla erit differentia inter figuram & formam. Et ſic illa ſpecies, non bene poſita eſt, per duo membra diſtincta.

5. ¶ Contra illud quod dicit in textu circa ſecundã proprietatem, (Quod intenditur & remittitur. &c.) aut intenſio per additionem gradus ad gradum fit, aut per maiorem radicationem in ſubiecto: ſi primũ, iam non maneret eadem qualitas. Si ſecundum illud eſt generale omnibus accidentib[9], magis vel minus radicari: ergo non eſt propriũ

¶ In contrarium eſt Ariſ. autoritas.

Notandum ¶ Eſt conſiderandũ Ariſ. in iſto textu, poſt qualitatis diffinitionem quam poſuit ꝑ quale, tanq̃ per notius (vt diximus) in quatuor ſpecies diuiſiſſe, & ſufficienter, & ordinate

S. Tho. (Vt bene Doctor. S. 12. Q. 49. ar. 2. loq̃ns de habitibus probat. Quia ratio qualitatis eſt eſſe modum ſubſtantiæ, quę eſt menſura rei, vel terminatio alicuius potentię rei. Hoc enim ſonat modus rei. Et quia potentia materiæ, per formam terminatur: differentia ſubſtantialis rei, vt rationalitas in homine, quia a forma ſumitur, dicitur qualitas, licet ſit ſubſtantialis. Sic modus accidētalis, terminans aliquam potentiam ſubiecti, appellatur qualitas. Iſte modus poteſt ſumi, vel in ordine ad naturam ſubiecti, vel in ordine ad actionem ſubiecti, vel in ordine ad quantitatem ſubiecti. Si in ordine ad naturam, ponitur prima ſpecies qualitatis. Nam diſpoſitio, & habitus: ipſam perficiũt naturam Sic ait Ariſto. Habitum eſſe diſpoſitionem perfecti ad optimum, ſi ſit habitus virtutis. Item quia prima perfectio naturæ in vita conſiſtit. Sanitas ergo vt dicit debitam humorum proportionem: hanc perfectionem præſtat naturæ. Et inquantum anima eſt rationalis, perfectio eius, eſt per habitum & intellectus, & voluntatis. Et ſic in prima ſpecie iſta ponuntur. Et conſequenter cum oppoſita debeant fieri circam idem, in eadem ſpecie contraria iſtis, ponenda ſunt.

¶ Si ſit determinatio ſubiecti ſecundum actionem, ponitur naturalis potentia vel impotentia, in ſecunda ſpecie qualitatis. Si ſit quantum ad principium, ſi ſit quantum ad terminum actionis: ponitur tertia ſpecies qualitatis. Et ſi modus ſit determinatio ſubiecti, quoad quãtitatem: ponitur quarta ſpecies, forma & figura Et quia natura ſubiecti præſupponitur ad actionem & paſsione͂, & quantitatem: præſupponitur prima ſpecies omnibus. Et quia actio paſsioni: ſecunda: tertiæ: & ſic de aliis. Ecce quomodo poſitę ſunt quatuor ſpecies qualitatis, & diſpoſitę ab Ariſto. ſufficienter.

¶ Concluſio eſt affirmatiua ad q̃ſtione͂ reſ- Ad q̃ſtio. rō
ponſiua, ibi ab Ariſto. tradita & poſita, ſufficienter eſſe enumerata. Quod peramplius in argumentorum ſolutione probatur.

¶ Ad primũ. Conceditur omne͂ qualitatem ad primum.
quia accidens: eſſe ſubiecti diſpoſitione͂, tñ quia alia & alia eſt diſpoſitio. ſ. vel ad actionem, vel paſsionem, vel quantitatem: ponitur alia, & alia diſpoſitio: & ſic alia & alia ſpecies qualitatis.

¶ Ad ſecundum. ſ. Tho. 12. Q. 49. ar. 1. reſ ad. 2.
pondet diſtinguendo ly habere. Et eſt doctrina Ariſto, 5. metha, tex. 2 S. habere vno

modo

modo idem eſt quod habitio,qua vna res a-
liam habet,inter quas ſola mediat relatio.
Aut poſſeſsionis, aut queu is alia : vt habere
ſeruum . Et ſic non ponitur ſpeciale prædi-
camentum,ſed pertinet ad poſt prędicamẽ
ta.Secundo modo habere dicit habitionem
qua vna res habet aliam : inter quas aliquid
mediat per modum actionis, aut paſsionis:
licet non ſit vera actio . Vt eſſe veſtitum,eſ-
ſe armatum. Nam hoc dicit habere veſtem
veſtitam:& non habere primo modo. Et
ſic conſtituit habere prædicamentum diſ-
ſtinctum.

¶Tertio modo,habitio vel habit9, ſumitur
pro qualitate qua res aliqualiter ſe habet in
ſe ipſa,vel in ordine ad aliud: conuenienter
ad naturam ſuam. Et ſic habitus vel habere
pertinet ad primã ſpẽm q̃litatis. Quibus no
tatis ſoluitur argumẽtũ ſecũdũ . Quod licet
habere vel habitus,ſit diſtinctũ prędicamẽ-
tum:ſed tamen vt hic ſumitur in prima ſpę-
cie qualitatis,non eſt,habitus,diſtinctum p̃-
dicamentum.

Ad.3. ¶Ad tertiũ,verum eſſe frigiditatem & ca-
lorẽ poni in tertia ſpecie qualitatis, pro quã
to ſunt paſsibiles qualitates,tñ non obſtat,
quin etiam ponãtur in prima ſpecie.Quia ſi
calor ſit qualitas radicata in ſubiecto, & ſic
firmata vt non poſsit moueri a ſubiecto, ſi-
cut ethica q̃ eſt calor confirmatus.& paralip
ſis frigiditas perpetua: tunc debent calor &
frigus,quæ habent rationem habitus : poni
non in tertia ſpecie.ſed in prima. Nã per ac
cidens iſta effecta ſunt habitus:& ſic ſolutũ
eſt argumentum.Licet enim ibi ponatur ca
lor & frigus,in tertia ſpecie:hic ponuntur in
prima,ſed non ſecundum eandem rationẽ.
(Vt diximus in declaratiõe literę) de quo vi
de.ſ.Tho,12.Q.49.ar.2.ad ſecundum.

Ad.4. ¶Circa materiã hui9 argumẽti,4.,diuerſa ẽ
diuerſorum opinio,quibuſdã dicẽtibus qđ
forma & figura,eo differãt: quod forma ſit
modus quantitatis diſcretę,vt par & impar
& figura ſit terminus quantitatis continuæ,
Clitoueus. vt triangulus.&c.(vt dicit Clitoueus). Sed
tamen hæc ſine fundamento dicta ſunt.

Boetius. ¶Boetius dicit quod forma accipitur ꝑ q̃li
tate,a q̃ hões dicũtur formoſi. Ita vt forma
ſit decor ſupaddit9 figurę. ſed tñ hoc nõ vi-
detur,qa pulchritudo & deformitas ad pri-
mã ſpẽm ꝑtinẽt, qa dicũt rei conuenientiã,

¶Albertus dicit, quod forma & figura ſolũ Albertus.
differunt ratione ,vt forma dicatur rei figu
ra,inquantum conueniens ſpeciei & formę
ſubſtantiali:& figura inquantum eſt termi-
nus quantitatis . Sed hoc etiam eſt falſum,
quia figura inquantum conuenit ſpeciei, di
cit ſpeciem qualitatis. Sed tamen vt vide- Opõ.ariſto.
tur ex Ariſto. figura & forma differunt , qa
figura dicit ſuperficiem lineis certis termi-
natam , vt abſtrahit ab hac vel ab illa mate-
teria,vt ſcilicet cadit ſub cõſideratione ma-
thematica . Et forma dicit figuram rerum
naturalium,aut artificialium . Hæc eſt opi-
nio magiſtri Soto in hoc loco,licet aliquan-
do figuram vocemus formam , & econtra.

¶Pro ſolutione quinti argumenti, de cuius ad.5.
materia in phiſicis latius,notandum , quod
ſuſcipere magis vel minus , formaliter non
eſt eſſe magis aut minus intenſſum , (vt ali-
qui putant) ſed eſt quod nomen accidentis,
prędicetur cum magis & minus , aut cum
comparatiuo . Et idcirco concretum eſt
quod recipit magis vel minus,& non abſtra
ctum. Vnum enim album eſt alio albo albi9
& calidum eſt alio calido calidius , ſed ipſe
calor,vel ipſa albedo: non eſt magis calida,
neq̧ magis alba.Licet dicatur intenſsior ca
lor,vel intenſsior albedo. Sic,b.Ag9 in ſuis
cathegoriis.c.12.ait. Sit regula qualitates ip Regula.
ſas magis vel minus non poſſe ſuſcipere,ea
vero quę ex his fiũt,comparata vel magis
vel minus recipere poſſe . Et ſic dicendum
ex iſto loco Ariſto. intenſsionem in qualita
te non fieri per additionẽ gradus ad gradũ:
ſed penes maiorem radicationem in ſubiec
to. Nam ſi fieret per additionem gradus, ip
ſa albedo diceretur magis albedo , ſed non
ſic,ſed album ipſum : ergo ſignum eſt quod
intenſsio in ipſa albedine fit per hoc, quod
melius participatur a ſubiecto,& melius ac-
tuatur ſubiectum per talem qualitatem . Et
quando argumentaris quod hoc non ſit ꝓ-
prium in ſpecie qualitatis,negamus. Quia
ꝓpria denominatio q̃litatis,importat hoc, qualitatis
vt magis vel min9 denominet ſubiectũ qđ
modificat(de quo alibi latius). Nam ibi diſ- in resolutionib9
putandum,vtrum , intenſsio fiat penes ma theologicis
iorem radicationẽ?(vt ait.ſ.Tho) Vel ꝑ gra
dus additionẽ,(vt tenẽt communiter phi-
loſophi).

DE ACTIONE ET paſsione, Capitu. ix.

Textus.

SVſcipit & ipſum agere pati ve contrarietatem. Calefacere namq; & frigefacere, & calefieri & frigefieri, & voluptate ac dolore affici, contraria ſunt: quare contrarietatem ſuſcipiunt. Gradus quoq; ſuſcipiunt, vt magis atq; minꝰ dicantur. Fit enim, vt magis quippiam minus ve calefaciat, & itidem calefiat: & doleat magis minꝰ ve: quare agere pati ve gradus ſuſcipiunt, (vti diximus). De his igitur tot a nobis ſint dicta. Dictum eſt autem & de ſitū eſſe, in hiſce quæ diximus de ijs q̄ ſunt ad aliquid, denominatiuum ipſum à poſitionibus dici. De cęteris vero, vt de quando, de vbi, & de habere, quia ſunt manifeſta: nil aliud dicitur ꝙ ea quæ in principio diximus: habere quidem indutum atq; armatum eſſe ſignificare: vbi vero, in Lycio eſſe, & cætera quęcū q; de ipſis ſunt dicta. De generibus ergo propoſitis ea quæ ſunt dicta ſufficiunt.

Gloſa.

POſtq; Ariſto. tractauit late de quatuor prædicamètis ſubſtantia, quantitate, ad aliquid, & qualitate: ſolum duo verba addit agens de actione, & paſsione, relinq̄ns alia quatuor prædicamenta intacta. Vel quia non in vſu, vel quia facile cognoſci poſſent, verum Gilbertus porretanus, eddidit tractatū quem ſex principiorum nominat, in quo de ſex prædicamētis agit, quæ etiam principia dici poſſunt ſicut prædicamenta. Quia in eis fiat rei vltima reſolutio. Nos ergo brebiter de omnibus agemus.

QVAESTIO VNICA VTRVM ſex prædicamenta quæ reſtant, ſint relationes, aut dicāt rem, aut res abſolutas?

QVæſtio iſta pro parte diſputata eſt in præcedentibus, ſaltim ibi tacta, quando Scoti diuiſio poſita eſt relatiōis. in intrinſecus aduenientē, & extrinſecus aduenientem.

¶ Ad quæſtionem de mēte Scoti ſolutio eſt Sex prædicamenta, dici relationes extrinſecus aduenientes (vt ibi adduximus). Sed tamen ſit concluſio ad queſtionem. Scotus.

¶ Sex prædicamenta non ſunt relationes extrinſecus aduenientes, ſed ſunt res abſolutę, & relatiua ſecundum dici tantum. Prima pars probatur, relatio ſecundum Ariſto. 5. meta. tex. 10. ſuper actionem & paſsionē fundatur, ſed vna relatio non fundatur ſup aliam, ergo actio & paſsio ſaltin non ſunt relationes. Et patet etiam hoc exprēſſe, quia Ariſ. 3. phi. tex. 19. dicit, quod actio eſt motus, ſed motus non eſt relatio. Ad q̄ſtio. cō.

¶ Secundo ſic, quia vbi, eſt eſſe in hoc loco, & quando, eſſe hodie, & habitus, eſſe veſtitum hæc autem ex ſua ſignificatione nō dicunt relationem, quia eſſe hic, ſignificat rē abſolutam, & eſſe veſtitum, habere veſtē.

¶ Secunda pars probatur. Nam in rebꝰ tria poſſunt conſiderari. ſ. vel id quod eſt ſubſtātia, aut accidens, quod eſt formaliter in ſubſtātia, aut res quæ ſunt extrinſecus circa ſubſtantiā. Res primi generis, ponuntur in primo prędicamento quod eſt ſubſtantia, res ſecundi generis. in tribus aliis prędicamentis poſitis. Nam ſi accidens quod eſt in ſubſtantia, eſt abſolutum eſt quantitas, vel qualitas, & ſi relatiuum, eſt relatio. Res tertiī generis, pertinēt ad iſta, 6, prædicamenta. Et probatur quod ſint relatiua ſecundū dici ſolum. Patet, nam relatiua quę ſunt ſecundum eſſe, ſunt formaliter in ſuo ſubiecto (vt dictum eſt) ſed extrinſecus circa ſubiectum vt veſtis non eſt formaliter in veſtito, nec

res

res in tempore nec in loco: ſed ſolum iſta dicuntur ſecundum denominationem, ab extrinſeco. Vt eſſe in iſto loco, vel in illo: a tali vel tali loco, vt in eccleſia, vel in domo. Et ſic eſſe veſtitum ſignificat veſtem ipſam, taliter ſe habentem: in ordine ad veſtitum.

¶ Et ſic ſequitur, quod q̃renti quid eſt eſſe veſtitum: vtrum ſit relatio? reſpondendum eſt, quod non eſt relatio, ſed eſt eſſe veſtitū, aut habere veſtem. Nec vlterius oportet reſpondere.

¶ Oportet ergo de quocunq; 6 prædicamẽtorum, aliqua dicere breuiter, & primo de actione & paſsione.

De actiõe & paſſione.

¶ Actio inquit Gilbertus vel factio, eſt ratio ſeu forma, per quam in materiam ſubiectam, denominamur agere, vel facere: paſſio vero, eſt effectus agentis.

Notandum.

¶ Ad intelligendam hanc diffinitionem, oportet conſiderare, quod dato actio paſsio & motus, ſint vna res materialiter: differūt tamen formaliter: & pertinent ad diuerſa p̄dicamenta. Nam motus neq; eſt in prædicamento actionis, neq; paſsionis, ſed directe eſt poſt prędicamentum, ſed reductiue eſt in prędicamento, ratione ſui termini: & ſic motus augmentationis, eſt in prædicamento quantitatis: & alterationis, in prędicamẽto qualitatis Cum ergo ignis calefacit lignū ille motus eſt, & dicitur actio inquantū procedit ab igne, & paſsio inquantum recipitur in ligno: & ſic idem calor prout conſideratur in igne, eſt a quo actio: & poteſt dici actio, & idem prout in paſso recipitur, paſsio agentis eſt Verum licet actio & paſsio ſint iſtæ res abſolutæ, quia non poſſunt explicari, niſi per reſpectus: dicuntur relatiua ſecūdum dici ſolum.

Duplex eſt actio.

¶ Actio eſt duplex. ſ. animę & corporis. Corporis illa eſt, quæ in corpore ſubiectatur. Vt calefactio actio. Animæ, quæ in anima, vt volitio, nolitio intellectio, &c. Vbi actio, eſt inquantum elicit, & paſsio inquantū recipit.

Actio & paſſio ſuſcipiūt cõtrarietatẽ

¶ Proprietates actionis & paſsionis ſunt, quod ſuſcipiunt contrarietatem, quod non eſt intelligendum de per ſe: ſed ratione qualitatum contrariarum, in quibus eſt actio, vel paſsio. Vt calefactio actio, contraria eſt frigefactioni, quæ eſt actio. Sed tamen ipſæ actiones ſecundum ſe, non habẽt talem contrarietatem, nec hoc conuenit omnibus actionibus. Quia illuminatio actio, non habet contrarium: ſicut & lumen. Sicut deſcribere in ſuperficie triangulum, vel circulum, actio eſt quæ non habet contrarium. Et tandẽ dicendum quod illę actiones quę imprimūt vel cauſant qualitatem, quæ habẽt cõtrariū, etiam ipſę actiones ratione talium qualitatū habebūt contrarium.

Suſcipit magis vel min9

¶ Etiam actiones ſuſcipiunt magis vel minus, quæ ſimiliter proprietas, ſicut prędedẽs intelligenda eſt. Nam ignis qui fortior eſt, dicitur magis calefacere. & qui non æq̃ fortis: minus calefacere. Sed tamen hoc nõ cõpetit actioni de per ſe, ſed ratione maioris vel minoris caloris.

¶ Paſsio dicitur in ordine ad actionẽ, & ſic paſsio eſt imprẹſsio actionis, vel eius effectus. Non enim agens dicitur, niſi ſit patiẽs: neq; patiens, niſi ſit agens. Et ſic neq; actio vbi non eſt paſsio, neq; proprie paſsio, vbi non eſt actio. Illa quæ dicta ſunt conuenire actioni. ſ. quod contrarietatem, & magis & minus recipiat ratione qualitatum, ſic etiã de paſsione ſimiliter dicendum.

De prędicamẽto vbi.

¶ Prędicamentum, vbi, ſumitur vt dicit locum in quo res eſt vt in domo, vel in tẽplo, in aqua, vel in aere, ſub tecto, vel ſub diuo. Et diffinitur ſic. Vbi (vt dicit Gilbertus) eſt circunſcriptio corporis, ex circunſcriptiõe loci proueniens. Nam vbi, ex eo dicitur, quia eſt in tali loco aliqua res. Neq; explicari poteſt, ſine reſpectu: ob id relatiuum eſt ſecundum dici.

¶ Nõnulli diuidunt vbi, in ſimplex vbi: & compoſitum. Vt ſimplex dicatur, habitudo alicuius locati ad locum ſimplicem, & indiuiſibilem: vt eſt eſſe angeli in loco, cui non debetur certus locus determinatus, quia nõ habet quantitatem molis, per quam ſit in loco. Vel etiam poteſt dari ei locus diuiſibilis ſed tamen ipſe indiuiſibiliter ſe habebit: vt quia eſſe in loco angeli, eſt ratione ſue opationis, vbi & eius ſubſtantia eſt: ſi in loco magno operatur: in illo loco dicitur eſſe. Sed tamen indiuiſibiliter eſt in toto loco, quia nõ pars in parte, & totus angelus in toto loco. De quo. ſ. Tho. Et ſic poſſet dici de anima rationali, quæ eſt diffinitiue in toto corpore quod animat, & informat, quæ eſt tota in toto, & tota in qualibet eius parte.

S. Tho. p. p q. 52. ar. 1. & infra.

Et CHRISTVS Ieſus, in uenerabili & ſacramẽtorũ digniſsimo Euchariſtię dicitur eſſe in loco indiuiſibiliter. Nam licet ſit vbi ſpecies viſibiles panis, tamen ſic eſt in tota Hoſtia conſecrata, quod ſit in qualibet parte, quantum cunq̃ minima. Aliter tamen quam anima in corpore, quia illa ibi diffinitiue: ſed CHRISTVS ſolum ſacramentaliter, (de quo alias). *inre ſolutionibus*

[Hoc ſic diffinitũ in cõci. floren.]

¶ Vbi, compoſitum, vocatur habitudo ſeu reſpectus ipſius loci diuiſibilis: ad locatum diuiſibile, ſicut omnia corporea dicuntur eſſe in loco. Et hoc vocatur eſſe in loco circũſcriptiue: quia locatum circunſcribitur a loco ſic, quod pars locati eſt in parte loci, & totum locatum, eſt in toto loco. (De quo in libris de phiſico auditu latius.)

¶ Vbi, non habet contrarium, loquẽdo proprie de contrarietate, nam improprie, vbi, ſurſum, eſt vbi deorſum, contrarium. Phiſice conſiderando poſſent illa dici contraria, quia ex eis ſumuntur motus contrarii.

¶ Vbi, non ſuſcipit magis vel minus, nam ſuppoſito quod ſit quis in domo, & alius in templo, non magis habet vbi vnus, quam alius. Et ſi vnus ſit in ampla domo, & alius in anguſta: non magis eſt in domo vnus, q̃ alius. Et ſi vnus ad horam, alius ad multum diem. non peramplius vnus alio.

[Notandum.]

¶ Hic eſt notandum, quod locus vt ponitur in prædicamento quantitatis: differt ab vbi vt in iſto collocatur. Nã locus ibi dicit quantitatem, ſolum non habendo reſpectum qđ ſit tale vbi, vel in eccleſia, vel in domo, vel Mexici vel Salmãticę: ſed ſolum inquantũ dicit vltimam ſuperficiem corporis continentis: vt habetur. 4. phiſicorum. Sed tamen vbi ſignificat eſſe in hoc, aut illo loco, quod non poteſt explicari, niſi in ordine ad aliquod punctum fixum: puta quod ſit in tali altitudine reſpectu centri terrę, quia altior eſt aer aqua. Vel in tali longitudine, quę ſumitur a certo puncto orientis vel occidẽtis. Vel in tali latitudine diſtans ab ęquinoctiali: vel a polo; ſicut Mexicum eſt diſtans in lõgitudine a Toleto: per ſeptem horas fere. Et ab ęquinoctiali diſtat Mexicum, per 19. gradus: cum tamen Toletum per, 41. grad9 &, 20, minuta. Locus tamen non ſignificat talem reſpectum, nam etiamſi tale punctũ non ſit: tamen quis dicetur eſſe Mexici vel Hiſpali, in domo, vel in templo. Itaq̃ diſtare taliter ab Oriente, eſt vere relatiuum ſecundum dici: ſed tamen eſſe Salmáticæ vel Mexici non eſt relatiuum, licet non poſſet explicari niſi per talem diſtantiam

[Diſtantia lõgitudinis Mexici a Toleto per 7 horas fere.]

¶ Quando, eſt id quod ex adiacentia temporis relinquitur. Vt eſſe hodie, vel fuiſſe heri. &c. Nam ſenſus eſt, quod quando, dicit habitudinem quandam rei temporalis, ad tempus per quod menſuratur.

[De p̃dicamẽto. quando.]

¶ Quando, diuiditur in quando ſimplex, & compoſitum. Vt ſimplex ſit, habitudo rei ad tempus indiuiſibile, vt eſſe angeli in æuiternitate: & eſſe hominis in hoc momento, quę habẽt indiuiſibilitatem. Eſſe tamen in æternitate proprie loquẽdo, non ponitur in hoc prędicamento. Quia cum ſoli Deo conueniat eſſe ſic in ęternitate, & ipſę ſolus ſit ſua ęternitas, cum ipſe non ponatur in prędicamento: neq̃ ſua ęternitas poni debet.

[S. Tho. p. p q. 10. ar. 5.]

[S. Tho. p. p q. 10. ar. 2.]

¶ Quando autem compoſitum, eſt habitudo rei temporalis, ad tempus diuiſibile. Vt eſſe in hoc anno, vel in hoc mẽſe, vel in hoc die, vel in hac hora. Non tamen eſt idẽ quãdo, vt eſt prędicamentum diſtinctum, & tẽpus, vt eſt ſpecies quãtitatis: (vt ibi dixim9) nam tempus vt eſt de prędicamento quantitatis, ſolum menſuram durationis dicit, ſ. durare per menſem, vel per annum: ſed q̃n do eſt tali die natum, vel tali die mortuum fuiſſe, vel ſediſſe, vel legiſſe. Multum refert conſiderare de tempore, prout extrinſeca menſura eſt rerum, quę tempore menſurantur, vel conſiderare quando factum eſt hoc heri: vel hodie. &c. vbi non quęro de duratione, vel menſura,

¶ Quomodo diſtinguatur ęternitas, & ęuiternitas, & tempus: ſuo loco dicemus, & in phiſicis: & in theologicis, vbi erit ſermo de Dei æternitate.

[S. Tho. p. p q. 10. ⁊ magiſter ſen. d. 8. primi.]

¶ Poſitio, eſt quidam partium ſitus, & generationis ordinatio. Vt quod in homine ſint partes, ſic diſpoſitę & ordinatę, vt ſit in loco ſuperiori caput, & pedes, in infimo. &c. & hoc a natura ſic determinatũ eſt, vt partes ſic ſe habeãt, & ordinem habeant inter ſe, & ad ipſum cuius ſunt partes.

[De p̃dicamẽto ſitus]

¶ Vel contingit iſtarum partium eſſe ſitũ, non per naturam ordinatũ: ſed quia ſic contingit, vt homo quãdo ſedet, vel ſtat, vel genuflectit: aliter & aliter p̃tes ſunt diſpoſitę.

Ratione

Ratione huius, dicitur in diffinitione, eſt ſi-
tus, partium poſitio, & ratione primi, quan
do ſunt per naturam ſic partes ordinatæ di
citur, generationis ordinatio. Et tandem,
hoc & illud: dicitur ſitus, Et eſt prędicamen
tum diſtinctum ab aliis, nec coincidit cum
ſitu, vt locum dicit, ſecundum quam ratio-
nem in prædicamento quantitatis fuit ſig-
natus locus,

Notandum. ¶ Pro quo oportet notare, quod ſitus in re
dupliciter poteſt conſiderari: vno modo, vt
dicit ſitum ſic vt totum reſpiciat, totum lo-
cum in quo diſponitur & collocatur res, a
quo circũſcribitur: & pars partem reſpiciat.
Pars in q̄q; locati, partem loci. Et ſic res dica-
tur habere ſitum, in ordine ad locum, & iſ-
to modo ſitus pertinet ad prædicamentum
quantitatis. Alio modo ſitus capitur, prout
dicit diſpoſitionem partium alicuius totius
non in ordine ad locum: ſed in ordine ad ſe,
& in ordine ad totum. Vt alia eſt conſidera
tio capitis, inquantum in tali loco ſuperemi
nente, eſt in ipſo homine: q̄q; ſit ipſius, vt eſt
in tali loco, vbi totum eſt. Secundum ergo
ordinem quem pars habet ad partem in ſi-
tu, & pars ad totum, dicitur ſitus, & con-
ſtituit hoc prædicamentum diſtinctum.
Non obſtante dicat de Caſtro in ſuis prędi
camentis, & Soto: quod ſitus dicat ordinem
partium totius, ad partes loci: ſed debet in-
telligi, pro quanto partes adinuicem poſitę
& ſitę: ſic etiam ad locum ordinem habent.

De p̄dicamẽto habitus. ¶ Habitus eſt corporum. & eorum quæ cir-
ca corpus ſunt adiacentia. Vt eſſe veſtitum
eſſe armatum, coronatum, galleatum, anu-
latum, & eſſe calceatum: & ſic de aliis.

¶ Habitus poteſt ſuſcipere magis vel minꝰ,
ſed improprie valde Recipit (inquam) vt ſi
quis habens duas tunicas, dicatur magis a-
lio veſtitus: & ſic habitus maior. &c. vel ma
ior ſicut improprie dicemus magis patrem,
qui decem habet filios: quam qui duos.

¶ Habitus non recipit contrarietatem, quia
calceatio: non eſt contraria pileationi:
vel anullationi. Et ſic eſt finis prædicamen
torum.

DE OPPOSITIS.
Capitu. decimum.

Textus.

DE oppoſitis autem
quot modis opponi
ſoleant, deinceps di-
cendũ eſſe videtur.
Oppoſita nāq; mo
dis quatuor opponi
dicuntur, aut vt ea,
quę ſunt ad aliquid, aut vt contraria, aut
vt habitus, & priuatio: aut vt affirmatio
atq; negatio. Atq; vt in ſumma dicam:
duplum, & dimidium: vt ea quæ ſunt
ad aliquid: bonum. & malum, vti con-
traria: cęcitas atq; viſus, vt habitus &
priuatio: ſedere, & non ſedere: vt affir-
matio atq; negatio: opponuntur.

¶ Quæ igitur vt ea quæ ſunt ad aliquid Tex.2.
opponuntur, ea id, quod ſunt, oppoſito
rum eſſe: aut aliquo alio modo ad illa
dicuntur: vt duplum dimidij: id quod
eſt: alicuius dicitur duplum: & ſcientia
ſcibili eodem opponitur modo: atq; ip-
ſa id, quod eſt, ſcibilis dicitur eſſe: & ſcibi
le etiam id, quod eſt, ad oppoſitum, ip-
ſam, in q̄q;, ſcientiam, dicitur: ſcibile nam
q; aliquo: id ſcientia: dicitur ſcibile.
Quæ igitur vt ea quę ſunt ad aliquid op
ponuntur: ipſa id quod ſunt aliorum eſ-
ſe: aut aliquo alio modo viciſsim dicun-
tur. Ea vero quæ vt contraria opponun
tur, nullo pacto legem hanc ſubeũt: ne-
q; enim bonum mali dicitur bonũ: ſed
contrarium: neq; album nigri dicitur al
bum, ſed contrarium: quare oppoſitio-
nes hę differunt.

¶ Atqui contraria quidẽ, quæ talia ſunt 3. Textus.
vt ipſorum alterum neceſſario rebus ijs
inſit, in quibus aptum eſt fieri, aut de
quibus prædicatur: ea nullum prorſus
medium habent: quorum autem alterũ
ineſſe non neceſſe eſt; inter hęc aliquid
omnino

omnino medium cadit: veluti ſanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta ſunt, atq; alterum inſit animalis in corpore, ſanitas inq; aut morbus, neceſſe eſt, & de numero par atq; impar prædicatur, & alterum par aut impar inſit numero neceſſe eſt, atq; nullum inter hæc, aut inter par & impar: aut inter ſanitatē ac morbum, medium cadit. At quorū alterutrum ineſſe neceſſe non eſt: horū medium eſt aliquid: vt album & nigrū in corpore aptum eſt fieri: & non neceſſe eſt in corpore alterum horum ineſſe: non enim omne corpus aut album aut nigrū eſt. Vitioſum quoq;, ſtudioſumq;: de homine quidem cęteriſq; compluribus prædicatur: at non neceſſe eſt alterum illis ineſſe, de quibus hæc prædicari poſſunt: non enim omnia aut vitioſa ſunt: aut ſtudioſa, atq; eſt inter hoc medium ſane: fuſcum quidem & flauum, cæteriq; tales colores, inter album & nigrum: id autem quod neq; vitioſum ē, neq; ſtudioſum, inter vitioſum ac ſtudioſum. In quibuſdam igitur media nomen habent: vt fuſcum, pallidum, rubrum, cęteriq; tales colores, qui medij ſunt inter album & nigrum, in quibuſdam vero nomine quidem non eſt facile medium aſsignare, vtriuſq; tamē extremorum negatione ipſum medium diffinitur: vt id quod neq; bonum eſt neq; malum, neq; iuſtum neq; iniuſtum.

Textus.4 ¶ Priuatio autem atq; habitus dicitur quidem circa quippiam idem: vt viſus & cæcitas, circa oculum: vt ſimpliciter autem dicam: in quo ſolet habitus fieri, circa id vtrunq; ipſorum dicitur. Atq; priuatum eſſe dicimus vnumquodq; eorum: quæ ſuſceptiua ſunt habitus, cum eſt habitus, non quouis modo, ſed in eo vel in quo conſueuit eſſe, vel quando illud conſueuit ipſum habere. Edentulū enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cæcum itidem non ex eo, quia viſum non habet: ſed quia non habet: cum eſt aptus habere: ſunt enim, q̄ orta non continuo viſum denteſq; habent: at non edentula aut cæca dicūtur. Priuatum autem eſſe, habitumq; habere, non eſt priuatio atq; habitus: nam viſus quidem eſt habitus, cæcitas vero priuatio. At habere viſum non eſt viſus, neq; cæcum eſſe cęcitas eſt: etenim cæcitas eſt priuatio quędam: cęcum autem eſſe: eſt priuatum eſſe: & non priuatio. Præterea ſi cęcitas idem eſſet ac cæcum eſſe: vtraq; profecto de eodem prędicarentur: at homo dicitur quidem cæcus, cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipſa tamen priuatum, inq; eſſe, habitūq; habere: perinde vt priuatio atq; habitus opponi videntur: modus enim oppoſitionis idem eſt. Nam vt cæcitas & viſus ſic & cæcum eſſe ac habere habitum opponuntur.

¶ At enim neq; etiam id quod ſub affirmatione negationeq; eſt, affirmatio eſt atq; negatio. Textus.5. Affirmationem namq; negationemq; orationem eſſe conſtat, alteram affirmatiuam alteram negatiuā: at nihil eorum quę ſub affirmatione negatione ve cadunt, oratio eſt, vt patet. Dicuntur tamen & hęc ipſa perinde opponi: atq; affirmatio negatioq; opponūtur: & in his enim idem oppoſitionis ē modus. Nam vt affirmatio, veluti ſedet, negationi, ceu non ſedet, opponitur ſic & res quę ſub vtrumq; cadunt, ſedere inq; & non ſedere, ſibi mutuo aduerſantur.

¶ At vero priuationem ac habitum nō Textus.6. eſſe oppoſita ſic, vt ea quæ ſunt ad aliquid, patet, non enim ipſum idquod eſt,

oppoſiti

oppoſiti dicitur eſſe, viſus enim non eſt cæcitatis viſus, neq; vllo alio ad illam dicitur modo: ſimiliter neq; cęcitas viſus cęcitas diceretur: ſed cęcitas ipſa, priuatio quidem dicitur viſus: cæcitas autem viſus non dicitur, neq; viſus dicitur cęcitas. Pręterea vniuerſa quæ ſunt ad aliquid: ad ea ſane dicuntur: quę conuertũtur: quare ſi cęcitas ex ijs eſſet quę ſunt ad aliquid: & illud ad quod ipſa dicitur, profecto conuerteretur: at non conuertitur: nõ enim viſus cęcitas dicitur viſus

7. Textus. ¶ Atqui neq; perinde atq; contraria priuationem ac habitum oppoſitionem ſubire: ex eo perſpicuum fore videtur, quod contrariorum quæ medio vacãt: alterum in his quibus apta ſunt eſſe, aut de quibus prædicãtur, ineſſe ſemper neceſſe eſt, inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo neceſſe eſt: vt in ſanitate ac morbo, in pari ac impari, intueri licet. Quorum autem eſt ad aliquid mediũ, nunq; horum alterum omni ineſt neceſſario. Neq; enim album aut nigrum, neq; calidum aut frigidum eſſe, omne qđ horum ſuſceptiuum ſit, neceſſe eſt, nam vt inter hæc medium aliquod cadat, nihil ſane prohibere videtur. Et inſuper ea diximus medio vacare: quorum alterum non neceſſe eſt eſſe in ſuſceptiuo, niſi in hiſce in quibus vnum ineſt natura: vt igni caliditas ineſt, & niui albedo. In his enim alterum diffinite: non vtrũuis ſuſceptiuo ineſſe neceſſe eſt. Non enim aut ignem frigidum, aut niuẽ eſſe nigram contingit: itaq; non omni ſuſceptiuo ineſſe alterum contingit: ſed illis tantum quibus vnum natura ineſt, atq; vnum diffinite, non vtrumuis. In priuatione autem atq; habitu neutrum dictorum eſt verum, neq; enim alterum ipſorum ſemper ineſſe neceſſe eſt, quod.n. nondum aptum eſt viſum habere, id neq; cęcum dicitur, neq; viſum habere, quare non ex ijs erunt contrarijs, quæ medijs vacant: ſed nec ex ijs, quę medium habent: quoniam omni ſuſceptiuo, ipſorum alterum inſit neceſſe eſt: cũ enim eſt aptum viſum habere, tunc aut cęcum: aut viſum habere dicetur: atq; horum alterum non diffinite ſane, ſed vtrumuis ſine diſcrimine vllo dicetur: at in hiſce contrarijs quę medio non vacant, nũq; fit vt alterum inſit omni, ſed quibuſdam: atq; hiſce alterum diffinite, & nõ vtrũuis. Quare patet, neutro modo priuationem, & habitum, perinde atq; contraria oppoſitionem ſubire. Præterea inter contraria quidem, ſit modo quod ipſa recipere poſsit, fieri cõmutatio poteſt, niſi vnum ipſorum natura: cuipiam vt igni caliditas inſit. Poteſt enim ſanum ęgrotationem ſubire, & frigidum calidum, & album effici nigrũ, ex ſtudioſo quoq; vitioſus, & e uitioſo ſtudioſus euadere poteſt: vitioſus enim ſi moribus pręſtabilioribus pręceptiſq; inſtituatur, aliquid ſaltem in probitate incrementi ſuſcipiet. Quod ſi parum licet incrementi ſemel ſuſceperit, patet aut penitus illum mutari: aut ingentia incrementa ſuſcipere poſſe. Semper.n. habilis magis ad conſequendam ipſam virtutem ſumpto paruo etiam incremẽto fit: quare veriſimile eſt maiora quoq; illud incrementa ſuſcipere: quod quidem ſi ſemper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducetur: niſi tempore fortaſſe excludatur. In habitu vero priuatione ve fieri non poteſt, vt cõmutatio vnquam efficiatur: ex habitu namq; q̃q; ad priuationem mutatio fit: ad habitum certe ex priuatione fieri nequit: non

non enim quiſquam cæcus factus viſum vnq; recuperauit, neq; caluus factus comam, neq; edentulus vllus dentes emiſit.

Textus. 8 ¶ Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioq; opponuntur, nullo dictorum modo oppoſitionem ſubire. In his enim ſolis alterum verum, alterum falſum eſſe neceſſe eſt: quod neq; in contrarijs, neq; i relatiuis, neq; in habitu priuatiõe ve neceſſe eſt, ſemper alterum verum, alterum falſum vt ſit. Sanitas enim, ac morbus contraria ſunt, & neutrum ipſorum verum eſt, aut falſum: ſimiliter & duplum & dimidium relatiue quidẽ opponuntur, neutrum tamen verũ eſt, aut falſum: cæcitas etiam, atq; viſus habitus quidem: & priuatio ſunt: vt patet: at neutrum verum eſt: aut falſum. Omnino autem nihil ęorum, quæ nulla cũ complexione dicuntur: verum eſt, aut falſum. At vniuerſa, quę dicta ſunt, ſine complexione dicũtur. Equidẽ idipſum in hiſce contrarijs maxime accidere videbitur, quę cum complexione dicuntur: valere enim Socratem, & ægrotare Socratem: contraria ſunt. At neq; in hiſce neceſſarium eſt, alterum verũ, falſum alterum eſſe. Nam ſi exiſtat quidẽ Socrates: alterum verum, alterum falſum erit: ſi vero non exiſtat, ambo falſa erunt, vt patet. Si enim Socrates omnino non ſit, neutrum erit verum, neq; ægrotare ipſum, neq; valere. In priuatione quoq;, ac habitu ſi Socrates omnino non ſit, neutrum verum erit: ſin ſit, non ſemper alterum erit verum, alterũ falſum. Viſum enim habere Socratem & cæcum Socratem eſſe, vt habitus, atq; priuatio opponuntur: & ſi ſit Socrates: non neceſſe eſt alterum verum, alterum falſum eſſe. Quo enim tempore nondum eſt aptus habere, vtrumq; eſt falſum. Sin omnino non ſit, falſum etiã erit vtrũq;, & viſum ipſum habere, & cæcum eſſe. In affirmatione vero negatione ve, ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, alterum erit falſum, alterum verum. Horum enim, ægrotare, inquam, Socratẽ, & non ægrotare Socratem, ſiue ſit, ſiue non ſit Socrates, alterum verum, alterum falſum eſſe patet. Si enim nõ ſit, ægrotare illum eſt falſum, non ęgrotare verum, quare hiſce ſolis hoc competit alterum, inquam, ipſorum verum eſſe, alterum falſum: quæ vt affirmatio: atq; negatio opponuntur.

¶ At vero malum quidem bono neceſſario contrarium eſt: quod quidem eſſe patet inductione. Morbus enim ſanitati: & iuſtitię iniuſtitia: & fortitudini timiditas aduerſatur: & in cæteris ſimili modo. At malo interdum bonum: interdum malum cõtrarium eſt: defectui enim: qui quidem eſt malum: exuperatio: quę quidem & ipſa malum eſt: contrarium eſt: ſimiliter & mediocritas: q̃ quidem eſt bonum: vtriq; aduerſatur: vt patet. In paucis tamen idipſum eſſe videtur: ſed in plurimis malo bonũ ſemper contrarium eſt. Pręterea non neceſſarium eſt: ſi contrariorum alterum ſit: & reliquum eſſe. Nam ſi omnes ſint ſani: ſanitas quidem erit, morbus vero non erit: ſimiliter ſi ſint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo vero non erit. Pręterea ſi Socratem valere contrarium eſt huic, Socratem ægrotare, fieri vero non poteſt vt ambo ſimul eidem inſint: impoſsibile eſt ſi contrarium alterum ſit: & reliquum etiam eſſe. Nam ſi ſtat valere Socratem: ęgrotare Socratem ſtare non poteſt. Patet etiam: & circa idem aut ſpecie aut genere cõtraria 9. Textus.

fieri ſolere: vt morbum quidem & ſani
tatem in animalis corpore: albedinẽ au
tem & nigredinem in corpore abſolute,
iuſtitiam vero & iniuſtitiam in hominis
anima. Contraria inſuper omnia, aut eo
dem in genere, aut contrarijs in generi-
bus eſſe: aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt:
nam album quidem, & nigrum, eodẽ
in genere ſunt, color enim ipſorum eſt
genus: iuſtitia vero ac iniuſtitia, ſub ge-
neribus contrarijs collocantur: alterius
enim virtus: alterius vitium eſt genus,
vt patet: at bonum, & malum, nõ ſunt
in genere: ſed aliquorũ ipſa genera ſunt

Gloſa.

INter poſtprædicamenta
primum locum obtinet, đ
oppoſitis conſideratio. Et
ſicut illa quæ præambula
erãt ad prædicamenta, an
te prædicamenta ſunt dic
ta: ſic iſta quæ conſeqũtur
prædicamenta, poſtprædicamenta vocan-
tur. Et vere edita ab Ariſto. licet Androni-
cus (vt refert Boetius) id negauerit. Verum
ordo, & eloqutio oſtendunt, ſapere ſaliuam
ipſius.
¶ Quinq́ ponuntur poſtprædicamenta ſ.
oppoſitio, prius, ſimul, motus, & habere.
Quorum tria, q̃ priori loco poſita ſunt: con
ditiones generales omnium prædicamento
rum habent. Nam inter ſe omnia oppoſitio
nem habent, quia ſunt primo diuerſa: & ha-
bẽt naturæ ordinem. Subſtantia enim quã-
titate prior eſt, & quantitas qualitate, & op-
poſitio priuatiua in differentiis diuiſiuis in-
uenitur. Corporeum & incorporeũ in ſub-
ſtantia, Continuũ & diſcretum, in quanti-
tate: contrarietas in qualitate, & ad aliquid
Oppoſita, in ipſo prædicamẽto ad aliquid.
Et prius eſt genus q̃ ſpecies. Nam licet ſint
ſimul tempore, motus proprie ſumptus cõ
ſequitur tria prædicamenta, ſcilicet quanti-
tatem, qualitatem, & vbi. Et habere conue-
nit ſubſtãtiæ, vt habere ſeruum, habere qua
litatem. &c.

¶ Circa literam Ariſto. In primo textu no-
tanda eſt ſufficientia oppoſitionis, nam vel
eſt inter ens, & non ens, & ſic eſt contradic
tio. Aut inter ens & non ens, in ſubiecto ap-
tonato: & ſic ẽ priuatiua oppoſitio. Aut eſt
inter ens, & ens, quæ mutuo ſe expellunt: &
ſic eſt oppoſitio contraria. Aut inter ens, &
ens, q̃ mutuo ſe reſpiciunt: & ſic eſt relatiua
oppoſitio. Et ſi fiat conſideratio proprie, cõ
tradictoria eſt maxima oppoſitio.
¶ An vero oppoſitio dicatur vniuoce, de
omnibus quatuor modis? Petrus Bruxellis — bruxellis
dicit quod analogice. Sed de tribus non eſt
dubium. Nam cum oppoſitio dicat impoſsi
bilitatem ſimul exiſtendi in eodem ſubiec-
to, & tribus modis oppoſitorũ, id ex æquo
conueniat, vniuoce oppoſitio de eis dicetur
Sed relatiue oppoſita, non ſunt ſimpliciter
oppoſita: ſed ſecundum quid, ideſt reſpectu
eiuſdem. Eſt enim idem pater & filius, reſpe
ctu diuerſorum.
¶ Circa contraria notare oportet, quędam
dici contraria immediata, alia mediata. Illa
dicuntur immediata, quæ ſic ſe habent: qđ
alterum eorum ineſſe neceſſe eſt, & mediũ
non datur. Vt ſunt ęgrum aut ſanum. Nam
animal eſſe ægrum, vel ſanum, neceſſe eſt,
& inter hæc medium non datur. Similiter
de numero eſt verum, quod ſit par vel im-
par: neq́ medium dari poteſt.

De contrariis q̃dã immediata alia mediata

¶ Mediata contraria illa ſunt, inter quæ eſt
medium. Vt album, & nigrum, non eſt nece
ſſe alterum ineſſe, quia poteſt eſſe fuſcum.
Item neq́ eſt neceſſe frigidum, aut calidum
eſſe: quia poteſt eſſe tepidum. Vbi ergo re-
periri poteſt medium, inter cõtraria: ibi nõ
ſunt contraria immediata, ſic quod vnum
ineſſe ſit neceſſe. Boetius diuidit etiam hæc
mediata contraria, vt q̃dam ſint quę ſolum
vnum habent medium, vt frigidum & cali-
dum, ſolum habent tepidum. Alia quæ plu-
ra habẽt, vt album & nigrum, habent colo-
res medios plures. Et etiam ponit aliam di-
uiſionem, vt quędam ſint media quibus no-
men ſit impoſitum, alia ſint q̃ non habent
propria nomina.
¶ Circa oppoſitã priuatiue notandum, qđ
cęcus & videns ſic opponuntur, vt cæcus di
cat priuationem in ſubiecto aptonato: nam
lapis non dicitur cæcus, ſed nõ vidẽs. Quia
non eſt aptus. Et requiritur, id in tempore
determinato

determinato per naturam. Sicut catulus ante nonum diem non dicitur cęcus, eſſet tamen ſi poſt nonum diem non videret Similiter paruulus infans, non dicitur edentulus ſi ante tempus a natura determinatum, careat dentibus: ſed dicetur, ſi poſt illud tempus non habeat.

¶ Eſt tamen notanda differentia, inter contraria & priuatiue oppoſita. Quia in cõtrariis fit ab vno in alium regreſſus, ab albo in nigrum: & a nigro, in album, vbi alterũ neceſſario non ineſt per naturam, Vt eſt nigredo in coruo, & frigiditas in aqua. &c ſed in priuatiue oppoſitis, ab habitu ad priuationem: fit tranſitus, non tamen a priuatione ad habitum per naturam. Nam cæcus non fit per naturam videns, & ſi videns fiat cæcus, Licet diuina virtute id fieri valeat, ſicut & per miraculum ſępe factum eſt.

¶ Etiam circa hoc conſiderandum, quædã eſſe priuatiue oppoſita, in quibus poteſt fieri tranſitus: ſicut in contrariis contingit. Sicut lumẽ & tenebrę opponuntur priuatiue, & fit tranſitus ab habitu: ad priuationẽ. Et rurſus a priuatione ad habitum: fiunt enim circa idem ſubiectum, nempe circa aerẽ ex tenebroſo illuminatus fit. Et ex ſciente, ignorans per ægritudinem. Sicut ex ignorante ſciens, per acquiſitionem.

DE MODIS PRIORIS. Capitu. xi.

Textus.

PRius quippiam alio quatuor dicitur modis. Primo quidem, & propriſſime tempore, quo pacto quippiam antiquius aliquo, & vetuſtius dici ſolet: quia namq́ plꝰ eſt temporis, ideo antiquiꝰ atq́ vetuſtius dicitur. Secundo vero, id quod non conuertitur eſſendi conſeq̃ntia: quo pacto vnum duobus eſt prius, nam ſi ſint duo, & vnum continuo ſequitur eſſe: at ſi vnum ſit, non neceſſario ſequitur duo eſſe. Quare hoc poſito, non conuertitur conſeq̃ntia: vt illud ſit. Prius autẽ id eſſe videtur: quod eſſendi conſeq̃ntia non cõuertitur. Tertio modo, ordine quodam dicitur priꝰ: vt in ſcientijs atq́ orationibus intueri licet. In demõſtratiuis enim ſcientijs, priꝰ eſt nimirum: atq́ poſterius ordine: elementa namq́ deſignationibus ordine priora ſunt, quippe cũ principia priora ſint ordine concluſionibus contemplãdis: & in Grammatica ſyllabis priora ſunt elementa, in orationibus etiã exordium ſimili modo narrationem ordine antecedit. Pręterea id quod eſt pręſtabilius honorabilius ve, prius natura eſſe videtur. Vulgus etiam eos, qui ſunt honorabiliores quoſq́ magis amant, vocare priores conſueuerunt: q̃q̃ hic modus pene omnium alieniſsimus eſſe videtur. Tot igitur fere ſunt modi prioris qui dici ſolẽt. Videbitur autem & vltra iam dictos, alios quidam eſſe prioris modos: eorum enim quæ eſſendi conſequentia cõuertuntur, alterum quod eſt cauſa quouiſmodo, vt alterum ſit, priꝰ natura non incongrue dici poteſt: atq́ eſſe quędam talia, patet. Eſſe enim hominem, ad orationem de ipſo veram, eſſendi conſequentia ſane conuertitur: nam ſi ſit homo: vera eſt ea oratio, qua homo dicitur eſſe: & e contra homo ꝓfecto eſt: ſi vera eſt ea oratio: qua hominẽ dicimus eſſe. Atq́ oratio quidem vera: vt res ſit nullo pacto eſt cauſa: res tñ aliqua ex parte vt ſit oratio vera, cauſa eſſe videtur. Ex eo namq́ quia res eſt, aut non eſt, oratio vera dicitur: aut falſa: quare fit, vt quinq́ modis ipſum priꝰ dicatur, vt patet.

¶DE

DE MODIS SIMVL Capitu. xij.

Textus.

SImul autem ea ſimpliciter, propriſsime ꝗ dicuntur, quorũ generatio eſt tempore in eodem: neutrũ enim ipſorum pri⁹, aut poſterius eſt. At ꝗ hęc tempore ſimul dicuntur: natura vero ea dicuntur ſimul, quæ eſſendi quidem conſequẽtia cum cõuertantur neutrum tamen vt ſit alterum cauſa eſt: vt in duplo dimidioq́; intueri licet: hæc.n. conuertuntur. Nam ſi duplum eſt, dimidium eſt, & ſi dimidium eſt, duplũ eſt: neutrum tamen eſt cauſa vt alterum ſit Ea præterea quæ eiuſdem generis diuiſione ſibi opponuntur, ſimul eſſe dicuntur natura. Dicuntur autem eiuſdẽ generis diuiſione oppoſita ſibi, quę in eadẽ ſunt diuiſione: qualia ſunt, volatile, greſsibile, atq; in aquis degẽs: hæc enim ſub eodẽ genere contra ſe ſunt diuiſa: quippe cũ animal in hæc, vt patet, diſtribuatur, nihilq́; horum aut poſterius, aut prius ſit, ſed natura talia ſimul eſſe videantur. Diuidi etiã vnũquodq́; talium in ſpecies rurſus poteſt: vt volatile, terreſtre, aquaticũ: q̃ quidẽ & ipſa ſimul natura erunt: q̃ ſub eodem genere collocata, in eadẽ ſunt diuiſione. Genus tñ ſpecie prius eſt ſemper, non enim in conſequẽtia fit ab illo conuerſio. Nam ſi volatile eſt, animal eſt: at ſi animal eſt, non neceſſe eſt volatile eſſe: ſimul igitur dicuntur natura, ea, quæ in eſſendi quidem conſequẽtia conuertuntur: nullo tamen pacto alterum cauſa eſt vt alterum ſit; & ea quæ ſub eodem genere collocata: cõtra ſe ſe ſunt diuiſa. Abſolute autem ſimul ſunt, ea quorum generatio eodem in tempore eſt, vt prius eſt dictum.

Gloſſa.

CIrca id quod dicitur de modis ſimul, & qđ illud dicitur alio prius natura, quod licet cõuertatur eſſendi conſequẽtia, eſt nihilominus cauſa alterius, vt eſſe hominem, prius natura eſt, ꝗ quod oratio ſit vera.

¶ Hęc diffinitio eſt notanda, quia prioritas naturę, non eſt ptioritas in quo. Hoc eſt, prioritas non eſt explicãda per ly, in, ſed per ly quia. Nam ſol eſt prius natura lumine ſuo, quod ei eſt coeuũ, ſed ſi quis inferat eo qđ ſit prius natura, quod in aliquo priori eſt ſol, in quo nõ eſt lumẽ, non recte argumentabitur. Fallacia enim erit. Ait enim Ariſ. quod prius natura, ſubſiſtendi cõſeq̃ntia dicitur: cũ poſteriori. Et ſic non datur ſit in aliquo priori, in quo non ſit aliud: ſed nil aliud eſt ſolem eſſe priorẽ natura, ꝗ hanc cauſalem eſſe veram, quia ſol eſt·lumẽ eſt. Et ſimiliter rationale eſt prius natura riſibile, hęc eſt.n. vera, quia rationale eſt: riſibile eſt. Si in eodem inſtanti quo Adã eſt creatus, eſſet creata propoſitio, homo eſt: prius natura fuiſſet Adam, quam veritas propoſitionis: & tamẽ nulla eſſet prioritas in quo. Ex quo aduertẽdum prioritatem originis in diuinis, non dici prioritatẽ in quo: imo neq; prioritas naturæ, vt dicit cauſam: ibi reperitur. Quia licet Græci concedant cauſam patrem: non tñ pater eſt cauſa filii, ſed ſolum dicitur pater prior origine, quia a patre filius, & non e cõuerſo, (vt dicatur prioritas a quo, & non in quo, de quibus omnibus in primo ſen. late diſputabimus). *in nri reſolutionibus*

S.Tho.p.p Q.33.ar.1. Ad primũ.

DE SPECIEBVS MOTVS. Capitu. xiij.

Textus.

MOtus ſpẽs ſunt ſex: generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & ea mutatio q̃ loco accomodatur. Atq̃ cæteri quidem motus, vt patet, diuerſi ſunt, non enim corruptio eſt generatio, neq̃ accretio eſt decretio: neq̃ ea mutatio, quę loco accommodatur: cęteriq̃ motus ſimiliter: de alteratione vero dubitatio quędam exiſtit: ne forſitam neceſſarium ſit id quod alteratur, aliquo reliquorum motuũ alterari? Hoc autem verum non eſt. Fere enim omnibus in paſsionibus, aut pluri mis, nos accidit alterari, nullo motuum cæterorum cõmunicãte: neq̃ enim incrementa, neq̃ decrementa ſuſcipere neceſſe eſt, id quod paſsione mouetur. Et ſimili in cęteris modo, quare alteratio diuerſus eſt a cæteris motus, nam ſi eſſet idem, continuo id quod alteratur, creſcere, aut aliquo alio moueri cęterorum motuum oporteret, at non eſt pro fecto neceſſarium. Similiter & id quod augetur: aut aliquo alio motu mouetur, alterari oporteret: at ſunt quædam quæ augentur, non alterantur autem. Quadratum enim gnomone circumpoſito creuit quidem, at non eſt alteratum. Similiter & in cęteris rebus huiuſcemodi fit. Quare diuerſi ſunt hi motus omnes vt diximus. Simpliciter autem motus quidem cõtrarius quieti eſt, ſingulis autem ſinguli aduerſantur, generatiõi quidem corruptio, accretioni vero decretio: & mutationi accõmodata loco quies in loco: & maxime vt videtur ea mutatio: qua cõtrarium ad locum itur: vt ei motui quo ſurſum ituris motus quo deorſum itur, & e conuerſo opponitur. At reliquo aſsignatorum motuũ quidnam contrarium ſit, non eſt facile aſsignare. Nihil autem ipſi contrarium eſſe videtur, niſi quiſpiam & in hoc quietem in qualitate, dicat opponi ei mutationi q̃ ad qualitatem eſt oppoſitam: mutationemq̃ eam quæ eſt ad qualitatem contrariam: perinde atq̃ in mutatione loco accomodata, quietem in loco, & mutationem quoad contrarium locum itur, contraria diximus eſſe. Alteratione nãq̃ mutationem eſſe in qualitate cõſtat: quare motui in qualitate, quies in qualitate opponitur: aut ea mutatio, qua ad qualitatem contrariam itur, quo pacto album quippiam fieri: & nigrum quippiam fieri, inter ſe opponuntur. Alterantur enim hæc: atq̃ in qualitatis contrarios terminos mutatio fit.


Gloſſa.

CIrca ca 13. vbi de ſpecib⁹ mot⁹, eſt notãdũ qđ dicit (Sunt q̃dam quę augẽtur, non alterantur aũt. Quadratum enim gnomone circũpoſito creuit quidem, at non eſt alteratum. &c.) Dicit ibidẽ Ariſ. ponẽdo diſtinctionẽ inter motũ augmẽtationis & alterationis, qđ aliqd põt augmẽtari ſine hoc quod alteretur, & ponit exemplũ in mathematicis, q̃ abſtra hũt a motu. Nã in nãlibus nõ poſſet cõtingere augmẽtationẽ, ſine alteratiõe. Et dat exẽplũ de q̃drato, cui ſi addas gnomonẽ augetur, ſine figurę mutatione. Exẽgli grã. Gnomonis figura hęc. Quadratum ſeu parallelogramũ eſt, ſic cõtingit, quod per additionẽ gnomonis, q̃dratũ licet ſit augmẽtatũ, non eſt alteratũ. Quia ſempet manet eadẽ figura q̃drati, ſeu parallelogrami, (de quibus in mathematicis differendum erit).



Gnomon.

Parallelogramũ ſeu quadratũ.



Gnomon.

¶DE

DE MODIS HABE re.Capitu.xiiij.

Textus.

HAbere pluribus modis:aut vt habitũ diſpoſitionemq́ꝫ, vel aliquam aliam qualitatem dicitur:ſcientiam enim habere aliquã dicimur, & virtutem aut vt quantum: velut eam quam quiſpiam magnitudinem habet,nam cubitorum trium vel quatuor habere magnitudinem dicitur: aut vt ea quæ circa corpus ponuntur vt veſtem, tunicã, & gladium,& ſimilia. Aut in parte, velut in manu anulum, aut vt partẽ, vt manum vel pedem:aut vt in vaſe, vt modium habere triticum dicimus, aut dolium vinum:hoc enim habere vt in vaſe dicũtur:aut poſſeſsionem :habere.n. dicimur domum,fundum ve, Dicitur & vir vxorem, & vxor virum habere: quiquidem remotiſsimus omnium habendi modus eſſe videtur:nihil enim aliud dicendo virum habere vxorẽ ſignificamus: quam virum vna cum vxoxe habitare. Forſitam & alij quidã habendi modi eſſe videbuntur: ſed qui dici ſolent, omnes fere ſunt a nobis nũc enumerati.

FINIS PRÆDICA mentorum.

SEQVITVR LIBER POSTERIORVM ANALETHICORUM Ariſtotelis, reſolutus per reuerendum patrem Alphonſum ave ra Cruce, artium ac ſacræ Theologiæ magiſtrum, & proffeſsione Auguſtinianum.

POST LIBRVM prędicamẽtorum, qui de ſimplicibus vocib⁹ eſt ordinẽ Ariſ.ſeq̃ntes liber Periharmenias q de interp̃tatione tractat,deberet ſequi. Vbi de cõpoſitione & diuiſione,& cõſeq̃nter de ſyllogiſmis:vbi docet ratiocinari,& vnũ ex alio inferre Sed quia nos diximus in prima parte,ſeq̃ntes ordinẽ quẽ nũc ſeruãt dialectici,de ꝓpoſitione ſufficiẽter,& de ſyllogiſmis:reſtat iſta ps ſequatur,q̃ potiſsima eſt,& ad ſcientiã acquirẽdã neceſſaria Vbi Ariſ.nõ de ſyllogiſmo dialectico,qui opinionẽ cauſat, (vt in prioribus tradit)agit,ſed de demõſtratiuo,ex quo gignitur ſciẽtię habitus.Et hęc pars eſt velut colophõ, & coronides:totius dialectíçe. Et ſic ut finis,(vt vere dictũ ſit,difficile ſit in finẽ peruenire),eſt liber abditiſsimus, & obſcuriſsimus,in quo vno,ſupra oẽs alios tractatus Ariſ.videtur affectaſſe obſcuritatem, ſi Themiſtio credimus:& rei ꝓbat expientia. Dolẽdũ valde eſt,vt hic liber ad oẽs ſciẽtias capeſſendas neceſſari⁹, & velut via,tã ſit in acceſſus,ex quo cõſequtũ eſſe merito ꝓclamat magr̃ Soto,qa dialectici hui⁹ tẽpis,ſenſum Ariſ nõ intellexerũt:vt loco demõſtrationũ,mãꝫ noticiarũ adduxerint, ip̃o Ariſ. intacto relicto.Curãdũ ergo erit, ſenſũ pri⁹ in mediũ ꝓponere, ſicut ip̃e magr̃ Dominicus interp̃tatur, & nõnulla alia congruẽtia adducere:ſicut in aliis fecimus.

¶ Titul⁹ libri ſic habet Gręce, analytica hyſtera.Qđ latine,reſolutiua poſteriora Eo titulus,qa tractat de reſolutiõe. Vbi reſolutio debet ĩtelligi,examinatio q̃ iudiciũ ſumitur de aliq̃ re,an legitima ſit & pfecta, ſecundũ ſuã nãꝫ. Et eo dr̃ reſolutio,qa talis examinatio non contingit,niſi reſoluendo rem, vſq́ꝫ ad prima principia, ex quibus conſtat.

¶Duo ſunt neceſſaria ad tale iudicium, & qđ ſit ſyllogiſmus perfectus in forma & figura, & quod ſit in materia neceſſaria, i. quod ꝑmiſſę ſint neceſſario. Alias nõ cauſabitur ſciẽtia, (vt diximꝰ) & [illegible] primũ ſe tenet ex parte formę, ſecũdum ex parte materię. De primo. ſ. quod ſe tenet ex parte formę agit Ariſ. in duobꝰ libris priorũ, quomodo quocũꝗ dato ſyllogiſmo, ad perfectum poſsit reduci. De illo quod ſe tenet ex parte præmiſſarum ſi ſunt neceſſarię, agit in iſtis poſteriorum libris, ideo vocantur poſteriorum reſolutionum.

Cõſideratio ¶Eſt notandũ quod cum natura cuiuſcũꝗ rei, diffinitione declaretur quidditatiua: ipa eſt cauſa omnium paſsionũ, q̃ de tali re demonſtrantur. Et priores paſsiones, ſunt poſteriorum cauſę. Et quia ſcire eſt rẽ per cauſam cognoſcere, non prius ſcimus aliquam cõcluſionẽ: quã ſeriem illarum cauſarũ cognoſcamus, vſꝗ ad diffinitionẽ, q̃ omnium prima eſt. Vt quia homo eſt animal rationale, i. diſcurſiuũ: ſequitur, quod non ſimul omnia cognoſcat, ſed prius effectũ quã cauſam & inde ſequitur, quod ſit admiratiuus, & inde ſequitur, quod ſit riſibilis. Fiat ergo ſic demõſtratio. Omne admiratiuum eſt riſibile, omnis hõ eſt admiratiuꝰ: ergo omnis hõ eſt riſibilis. Eſt demonſtratio euidens, ratione formę, quia in prima figura in Barbara: ſed eſt ineuidens ratione materię, quia non demõſtrat cauſam admirationis, quam maior ſignificat: neꝗ cur homo ſit admiratiuus, quod in minori ponitur. Hic docet Ariſto. quomodo vtrunꝗ in ſuam cauſam reſoluatur, vt ~~minor~~ ſic. Omne animal quod prius cognoſcit effectum quam cauſam, eſt admiratiuũ: ſed omnis homo eſt talis, ergo. Et rurſus hęc minor ſic. Omne animal rationale prius cognoſcit effectum, quã cauſam, ſed omnis homo eſt animal rationale: ergo. &c. Et maior primi ſyllogiſmi ſic. Omne animal cui poteſt eſſe repẽtinum gaudium eſt riſibile, ſed omni animali admiratiuo repentinũ gaudium offertur: ergo omne admiratiuũ eſt riſibile.

¶Quod ſi forte demonſtratio procedat a cauſa remota, tunc applicanda eſt illa ꝑ cauſas intermedias, ad concluſionem probandam. Vt data hac demonſtratione, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Quia eſſe animal rationale nõ eſt cauſa immediata riſibilitatis, ſed eſſe admiratiuum: debet prius demonſtrari ex diffinitione, & poſt ex admiratiuo oſtendere riſibile.

¶Subiectum huius libri proximum, eſt ſyllogiſmus reſolutiuus. Et quia hic ordinatur ad demonſtrationẽ, demõſtratio poteſt dici ſubiectum. Et quia demonſtratio ad ſcientiam, ſcientia etiam poſſet dici ſubiectum: licet ſit finis: ob id non ſit proprie ſubiectum. Subiectũ libri demonſtratio.

¶Procedit Ariſto. primo diffiniendo quid ſit demonſtratio, & oſtendendo ex quibus conſtat principiis: & quos habeat effectus, per comparationem ad alios modos ſciẽdi.

DE PRÆCOGNITIS, Capitu. primum.

OMnis doctrina, omniſꝗ diſciplina intellectiua præexiſtente e cognitione fit. Id, ſi omnes quo fiat pacto conſideremꝰ, maniſeſtũ profecto fiet Mathematicæ namꝗ ſcientię illo cõparantur modo, cæterarũꝗ artiũ vnaq̃ꝗ. Sane circa orationes quoꝗ, ſiue ille per ratiocinationes, ſiue per inductionem fiunt, ſeruari modus idẽ ſolet. In vtriſꝗ nãꝗ, per antea nota doctrina nimirum fit: quippe cũ in altera tanquã a cognoſcentibus propoſitiones accipiãtur: in altera per ſingulare iã notũ ipſum vniuerſale oſtẽdatur. Simili profecto modo & oratorię rationes ſuadẽt: aut. n. exẽplis, quod eſt inductio, aut enthymematibꝰ quod quidẽ rõcinatio eſt, facultas ipſa ſolet oratoria ſuadere. 1. Textus.

¶Dupliciter autẽ ꝑnoſſe neceſſe eſt: q̃dam enim eſſe, q̃dam quid dictu ſignificent, Tex. 2.

cent,

cent, q̃dã vtroq; modo antea percipiamus oportet: veluti de quouis quidẽ affirmationem aut negationẽ dici, verum eſſe: triangulũ autẽ, hoc ſignificare: vnitatem vtroq; modo, & quid ſignificet, & etiã eſſe, non enim vnũquodq; iſto-

3. Textus.

rũ ſimili nobis mõ manifeſtũ eſt. ¶ Fit autẽ, vt q̃ cognoſcimus, eorũ q̃dã prius etiã cognouerimus, quorũdã vero cognitionẽ ſimul accipiamus: veluti q̃cunq; ſunt ſub vniuerſali, quorũ quidẽ habetur cognitio: nam oẽm triãgulum tres duobus rectis æquos habere antea ſciuimus: at id quod eſt in exedra: triangulũ eſſe, ſimul vt eo inducti ſumus, agnouimus, Hoc.n.pacto nõnullas diſcimus rerum, & nõ per mediũ extremũ cognoſcimus. ſ. quęcũq; ſingulares rerum formę ſunt, & de ſubiecto nullo dicũtur



Textus. 4.

¶ Antea vero q̃ facta inductio vel ratiocinatio ſit, partim fortaſſe nos ſcire, partim neſcire dicẽdum eſt: quod.n. nõ ſciuit an eſſet ſimpliciter, id mõ aliquo, nẽpe duobus rectis æquales habere, ſcire ſimpliciter licet: at patet, quod hoc q-dem pacto ſcit enim vniuerſaliter, ſimpliciter vero nõ ſcit, quod quidẽ an ita ſit, ea profecto q̃ in Menone hæſitatio eſt, vſu veniet: antea enim nihil quiſq; diſcet, aut ea q̃ ſcit: diſcet. Non enim ita reſpõdendũ eſt, qualiter ſoluere quidã nituntur: omnẽ ne dualitatem parẽ eſſe ſcis? annuẽti vero, dualitatẽ ei quãdam offert, quã quidẽ eſſe nõ putabat: itaq; nec parẽ eſſe putabat: ſoluũt enim, non omnẽ ſe ſcire dicẽtes eſſe parẽ dualitatẽ ſed eã quã eſſe dualitatẽ ſciunt. Et tamẽ ſciunt quidẽ id, cuius demõſtrationem tenẽt, cęperuntq;. At nõ eius omnis qđ ipſi aut triangulum aut numerum eſſe ſciunt, ſed trianguli & numeri ſimpliciter omnis demonſtrationem cęperunt. Nulla enim huiuſcemodi propoſitio ſumitur, quem tu ſcis numerum, aut quã tu ſcis rectilineam figuram, ſed abſolute quodlibet ſumitur: ſed nihil, vt arbitror, obſtat, ſi idquod diſcit quis, partim quidem norit, partim vero ignoret. Nõ enim abſurdum eſt hoc: ſi id quod tenet, addiſcat aliquo modo: ſed ſi hoc pacto, ea q; ratione qua diſcit, eodem modo teneat.

Gloſa.

AD euidentiam huius primi capitis, notandum eſt primo, quod cum materia huius libri ſit demonſtratio: neceſſariũ fuit p̄ſupponere demonſtrationem eſſe. (1. Nota.)

¶ Secundo oportet notare, ante Ariſto. duos fuiſſe errores diuerſos, (2.) quidam fuit Platonis dicentis noſtrum ſcire ſolum eſſe reminiſci, (Opĩo platõis) nam ideas ponebat & principia eſſendi: & cognoſcendi. Opinabatur, ideam hominis inducere in homine formam plenam omnibus ſpeciebus intelligibilibus, ad omnes ſcientias modo quo in angelis ponimus ſpecies cõcreatas. (s tho. p. p.) Et quia anima erat inmerſa in materia, nõ poterat exire in actũ, niſi ablatis impedimẽtis. Et tunc ſcit, vel potius rememoratur: illorum quæ ſciebat. Vnde noſtrum ſcire, eſt reminiſci. Contra opinionem de ideis, Ariſto. 1. meta. tex. 44. late diſputat (vt ſupra diximus). (et in 4 metha)

¶ Alia fuit opinio Heracliti & Cratilli, qui prorſus negabant ſcientiam. (Opĩo Hera.) Contra quos Ariſto. in libris metaphiſicę.

¶ In pręſentiarũ ergo Ariſ. vtrãq; opinionẽ ſeu poti⁹ errorẽ excludit, nam affirmando poſſe eſſe ſcientiam, refutat Heraclitũ & Cratillum, Probando fiat ex præexiſtente cognitione, diſſentit a Platone: & dicit ſic. (Oĩs doctrina & diſciplina, fit ex priori cognitione. &c.) Vbi per doctrinã intelligit ipam ſciẽtiã, put pcedit a magiſtro agẽte vel tradẽte: diſciplina tñ eſt, ipamet doctrina put recipitur in diſcipło. Quia doctrina & diſciplina, idẽ habit⁹ ſunt: licet vnum non ſit aliud formaliter.

¶ Sēſus ergo eſt. Omnis doctrina, ideſt omne iudicium intellectiuum, aut induſtria inuentum, aut doctore acquiſitum, fit ex priori cognitione: ſiue illa prior ſit doctrina acquiſita ſiue aliud iudicium naturaliter inſitum.

3. Notā. ¶ Eſt etiam tertio conſiderandum: (vt Paulus venetus notat ex Egidio romano) quod omnis notitia intellectiua, eſt concluſionū: vel principiorum. Si concluſionum, illa fit ex principiis, & ſic pręexiſtente cognitione Si principiorū illa fit ex ſenſibus, memoriis & experiētiis: & per conſeq̄ns ex priori cognitione. Probat ergo Ariſto. ſuam cōcluſionem, nam gradus certitudinis ſunt tres.

Tres grad⁹ certitudinis

1. Primus in mathematicis, & in his pręſupoſitæ ſunt propoſitiones notę lumine naturali, vt a quolibet puncto, in quodlibet punctum: lineam duci. Quod ſenſu percipitur. Et alia ſuper lineā data triangulum conſtituere.

2. ¶ Secundus gradus certitudinis eſt, in diſcurſib⁹ dialecticis: quos hic vocat oratiões. Et ſic procedit dialecticus, vel ſyllogiſmo, vel inductione, & vtrūq; pręuia cognitione Nam ſi volo oſtēdere piſces nō reſpirare, p̄ ſuppono quod pulmonē non habēt, q̄ recipitur tanq̄ ſi eſſet demōſtrata. Tunc ſic. Oē animal habens pulmonē reſpirat, piſces nō habent pulmonē. ergo non reſpirāt. Vel inductione ſic, ad ſenſum: iſte piſcis nō reſpirat, neq; iſte. &c ergo piſcis non reſpirat.

3. ¶ Tertius gradus & infimus, eſt in rethorica, Suaſiōe, & hæc procedit ex coniecturis & ex aliis cognitis, & ſic ex præexiſtente cognitione.

¶ Circa ſecundū textum, dicit quod opus eſt pręcognoſcere ante notitiā concluſionis ſ an res ſit, & quid nomē ſignificet. Et aliquod iſtorum oportet pręcognoſcere de tribus. Scilicet de principio, ideſt an ſit: i. quod verū ſit: de paſsione vero quid ſignificet: de ſubiecto vtrūq; i. illud eſſe, & quid ſit.

1. Notādum ¶ Ad cuius euidentiā notandū, quod ſubiectū demōſtrationis eſt id de quo demōſtratur propria paſsio, & in prima figura eſt minor extremitas, & paſsio ipſa eſt maior, & p̄miſſæ ſunt principiū, vt in hac, oē animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis.

2. ¶ Etiā conſiderandū, quod q̄ faciunt obſcurū librū, ſunt exēpla Ariſto. q̄ ſunt obſcura valde, Nomine vnitatis intelligit ſubiectum Nomine trianguli, paſsionē, & in affirmatione vel negatione: intelligit principium. Ratio exēpli eſt, quia vnitas eſt primū ſubiectū in mathematicis: de quo dicuntur paſsiōes, vt ternarius eſt triū vnitatū terminus, & triāgulus triū linearum figura. &c. & triangulus eſt prima figura, & ſic propria paſsio prima. Et quia primū principium per ſe notū, eſt quodlibet eſt, vel nō eſt. In ſubiecto, paſſione, principio q; poſſuit exēpla: in vnitate affirmatione & negatione, & triangulo.

¶ Tot ſunt ſcita de aliqua re, quot ſunt interrogationes. q̄ ſunt numero quatuor: de incōplexo eſt, an ſit? & quid ſit. de complexo an hoc ſit illud? & propter quid ſit illud? Sūt quatuor q̄ſtiones Prima appellatur an eſt, ſecunda quid eſt, tertia quia eſt. ſ an hoc ſit illud, quarta propter quid. Demonſtratio ſolum demōſtrat quia eſt, & propter quid eſt. Et ſic alia duo. ſ an eſt, & quid eſt: p̄ſupponūtur. Et hoc dicit Ariſto. de vnitate. i. ſubiecto, ſupponimus an eſt, & quid eſt. De paſsione vero nō ſupponimus quod ſit, quia eſſe eius eſt ineſſe. Et ideo hoc demōſtramus. Nec p̄ſupponimus de paſsione quid ſit, q͞a non habet diffinitionē quidditatiuā, & diffinitur per aliquid extrinſecū. ſ per ſubiectū. Pręſupponimus tn̄ quid nominis paſsionis, ideſt quid ſignificet. Vt ſi neſcirē quid riſibile ſignificaret, non interrogarē an homo ſit riſibilis? & ſic dicit de triangulo, oportet prenoſe quid eſt quod dicitur. — Quod ſunt ſcita ð aliq̄re — 4. q̄ſtiones.


¶ Cum dixerat de principio pręnoſe oportere verum eſſe, & ſint duo principia, maior & minor: dicit maiorē nos pręcognoſcere, ante concluſionē. Minor vero, maiore cognita, non poteſt cognoſci: qn̄ ſunt ſimul tēpore, Et concluſio licet ſit prior natura, nā ſtat quis per longū tēpus cognoſcat omnē triāgulū habere tres angulus. &c. ſed ſi cognoſcat minorē, hic in exedra eſſe triāgulū: ſtatin cognoſcit habere tres. &c. — In 3 textu.

¶ In gręco habetur triāgulus, qui eſt in ſemicirculo: eſt triangulus & ſic vertit Boetius. Argiropylus dicit, in exedra, q̄ ęquippollēt, quia exedra eſt ſedes trium pedum, ad modum ſemicirculi.

¶ Ex iſto ſequitur regula, in iſta materia: quod cognita maiori, & minori: ſimul tempore cognoſcitur concluſio.

¶ Pro intelligētia notādū, quod Plato in menone — In 4 textu.

none qui eſt dialogus ſic nūcupatus, explicat ſuā opinionē, qđ nr̄m ſcire ſit reminiſci. Nā homo neq̄ inquirit id quod ſcit, neq̄ id quod neſcit: nam licet inueniat non cognoſcet. Et hæc vocatur menonis heſitatio ab Ariſto. Et ad dubitationē introducit Plato Socratē dicentē, quod homo inquirit id qđ ſcit, cuius fuerat oblitus Et quia locus ē ſingularis, & obſcurus: paucis oportet declarare. Probat nr̄m ſcire eſſe reminiſci, oſtendo ruſtico quadratū ęquilaterum, a. cuius quelibet coſta ſit pedalis, & ſic tota peripheria q̄dripedalis. Interrogo ruſticū, ſi alię quatuor lineę duplę ad iſtam deſcribantur: in q̄drato in qua erit proportione, illud ad iſtud? dicet ruſtic⁹, in dupla. Tunc proferā quadratū. b. cuius coſtæ ſunt duplę ad. a. & ſi interrogo q̄libet coſtarū. b. qua proportione ſe habet ad coſtā. a? reſpondet, duplum eſt: ergo tota peripheria. b, eſt dupla ad. a. Quod cōcedet ſtatim. Tunc diuiſo quadrato. b. ad modū crucis in quatuor ęqualia quadrata: interrogabo de quolibet eorū, an ſit ęquale a? & cōcedit quod ſic. Quia ad oculū patet. Rurſus q̄ram, qua proportiōe quadratū. b excedit quadratum. a? reſpondebit quadrupla. Et ſic ex coſtis duplis, ſit quadratū quadruplū, cōtra illud quod ante dixerat. Ergo ille ruſtic⁹ qui prius dixerat falſum, ſine doctore reſpondendo ad interrogata, tandē reſpondit veritatē. Signum ergo eſt ait Socrates, qđ id ante ſciebat. ſed fuerat oblitus.



guitati ¶Huic ambiguitati, reſpondet Ariſ. Non inquirimus neq̄ adiſcimus, quod ſimpliciter neſciebamus: ſciebamus tn̄ in vniuerſali, & in virtute: & id eſt ſimpliciter neſcire. Sic q ſcit. Omnis triāgulus habet tres. &c. ſcit in vniuerſali ~~q̄cunq̄~~ quācumq̄ ſingularē triāgulū id habere. Et ſic dicit oportet hac diſtinctione reſpōdere ad dubitationē menonis, alias inquiremus q̄ ſciebam⁹, aut ea q̄ nullo mō ſciebam⁹. Et ſic cōcedit Ariſ. ſciētias eſſe virtute in principiis, & ſingularia in vniuerſalibus. Et illa q̄ ſunt ſic n̄aliter cognita, ſunt velut ſemina in q̄bus alia ſunt, q̄ ſimpliciter ſunt incognita, & fiūt actu cognita, p illius prius cognita, in quibus ipſa in virtute erant.

QVAES. VNICA AN EA q̄ poſita ſunt ab Ariſto. in textu, ſint ſufficiēter dicta?

Videtur quod nō, nam ſi omnis doctrina ſit prexiſtēte cognitione, quæro, aut per cognitionem intelligitur q̄cunq̄ notitia, ſiue ſit notitia iudicatiua, ſiue aprehēſiua: & hoc non. Quia cū ly ex. dicat cauſam efficientē: ſolū intelligitur de cognitione p̄miſſarū, q̄ ſunt cauſa cōcluſionis Et iſto modo notitia aphenſiua non cauſat notitiā concluſionis, ſed ſolum in genere cauſę materialis. Aut nomine cognitionis intelligitur habit⁹ iudicatiuus, & tunc cum ille habeatur p doctrinā, oportet ſit præſuppoſita cognitio ad ipſum: & ſic eſſet proceſſus in infinitū. Qđ confirmari poteſt, nā ſicut patet ex textu Ariſto. non ſolū ſcientia ſed opinio conſtat ex prexiſtente cognitione. Tunc vel prima opinio generatur ex iudicio naturali p ſe noto, & ſic non opinio, ſed euidentia deberet cauſari: vel generatur ex alia opinione. & ſic illa non eſſet prima, & ſic daretur proceſſus in infinitum. Vel dicendum quod datur opinio, ſine hoc quod pręcedat alia cognitio: & ſic ſcientia erit, ſine p̄uia cognitiōe. 1. arguitur.

¶Secundo contra illa quæ in ſecundo textu dicit, oportet de ſubiecto p̄noſſe quid ſit, vel intelligit ſolum de diffinitione quid nominis, aut de diffinitione quid rei. Nō primum, quia in demonſtratione a priori, medium eſt quid rei diffinitio, ~~& ſic eſſet præcognitum~~. Si intelligit de diffinitione quid rei, ſequeretur quod omnis ſcientia deberet preſupponere de ſuo ſubiecto quid eſt, ideſt diffinitonem quid rei: quod eſt contra ipſum Ariſto. Nam ſubiectum huius ſciētiæ eſt demonſtratio, & hic eam diffinit: ergo non præſupponit quid ſit. 2.

¶Tertio cōtra illa q̄ in tertio textu, vbi dicit qđ nō ſtat qđ maior & minor cognoſcatur, qn ſimul tēpore etiā cōcluſio. Cōtra. Intellect⁹ ē finitę actiuitatis, ſit ergo qđ poſſit 10 habere notitias, tūc nūer⁹ iſte cōpleatur ī notitia maioris & mioris, ſeq̄tur qđ nō poterit habere aliā notitiā & ſic nec cōis notitiā 3.

¶Quarto ad idē, detur caſus quod quis habeat diſſenſum erroneum, huius, omnis triāgulus habet tres angulus. &c. & adducatur demonſtratio ſic, vt in iſtāti iſto incipiat aſſentire p̄miſsis, & cōcluſiōi, ~~tūc~~ ſic in eodē inſtāti nō aſſentit cōcluſiōi: ~~ergo~~. Patet, q̄a 4.

aſſenſus concluſionis non ſtat cum contra-
rio diſſenſu, neq; in inſtãti potuit corrumpi
ergo ſtat præmiſſarum aſſenſus, cum diſſen
ſu concluſionis.

¶ In contrarium eſt autoritas Ariſto.

¶ Hic oportet primo nonnulla notare, ex
quibus aperietur ſententia Ariſto. & ſoluen
tur argumenta.

1. Nota. ¶ Primo præſupponendũ, duplicem eſſe no
titiam (vt in terminis pro parte dictum eſt)
Quædam eſt ſenſitiua, & hæc: interior, & ex
terior. Alia intellectiua, quam intellect⁹ poſ
ſibilis format, & eſt actu intelligens, infor-
matus ſpeciebus intelligibilibus, abſtractis
a phantaſmatibus, virtute intellectus agen-
tis. Et hęc duplex eſt. ſ. apręhenſiua, & iudi-
catiua. Et apręhenſiua duplex, complexa,
& incomplexa. Nam prius apręhendit ſeor
ſum extrema propoſitionis, deinde totam
compoſitionem, & tertio iudicat. Quod iu-
dicium eſt ſimplex qualitas, pręſupponens
apręhenſionem. Solum illud iudicium, dici
tur actus ſcientię, vel opinionis, aut fidei, qa
ex ſolo illo iſti habitus generati poſſunt, &
non ex apræhenſiua tantum.

¶ Ordo cognoſcendi pro iſto ſtatu eſt, vt
primo ſit notitia exterior ſenſitiua, ſecundo
loco ſenſitiua interior, ex qua ſequitur ſim-
plex apręhenſio intellectiua, ex quibus aprę
henſionibus, ſequitur notitia apręhẽſiua cõ
Ariſto. 3. de aia. co. 39. poſita, ex qua ſequitur iudicium. Vt ſit verũ
nihil eſt in intellectu, qn prius fuerit in ſenſu
Et neceſſe eſt intelligentẽ, phantaſmata ſpe
culari.

2. ¶ Notandum quod ly ex, in dicto Ariſ. om-
nis doctrina & diſciplina, ex pręexiſtẽte fit
cognitione: ſumitur in genere cauſę efficiẽ-
tis, eo quod aſſenſus cõcluſionis in omni ſyl
logiſmo, ex aſſenſu præmiſſarum cauſatur.
Ideo qui dicunt pręmiſſas ſolum concurre-
re in genere cauſæ materialis, non ſufficien
ter loquntur. Nam non ſolum intellectus,
cauſa eſt efficiens aſſenſus: ſed etiam ipſę p̃-
miſſæ cum intellectu.

3. ¶ Etiam notãdum, nomine doctrinæ & diſ
ciplinę, intelligi omnem habitum verum iu
dicatiuum, acquiſitum. Et hic dupliciter ac-
quiritur, vno modo per inuentionem, ſicut
ex admiratione venerunt homines in cog-
nitionem: nam propter admirari cæperunt
homines philoſophari ait Ariſto, 1, met. c, 2.
Alio modo acquiritur vſu præceptoris viui
vel mortui, vt ſunt libri: qui dicuntur muti
magiſtri. Intellectus enim illuminatus a ma
giſtro exterius docente, vel viua voce vel
per libros: producit vel cauſat ſcientiã. Quia
recipit ſpecies, ex quibus, virtute intellectus
agentis, intellectus poſsibilis: fit actu intelli-
gens. Sic ergo eſt verum dictum Ariſ. quod
omnis habitus acquiſitus, ſiue fiat per admi
rationem, vel doctorẽ cauſatur ex alio prio
ri iudicio acquiſito, vel naturaliter inſito.
Vt ſi propter iudicium huius quodlibet eſt
vel non eſt, cognoſcat concluſionem, & aſ-
ſentiat: illud habebat iam cognitum per na-
turam, quia inſitum ei, vt habebat cognitũ
ante, quid termini ſignificabant. Et ſi fiat
cognitio alicuius vniuerſalis, eſt per hoc, qđ
ſingulare fuit pręcognitum: ex quo ad noti-
tiã vniuerſalis. Illa cognitio principii, nõ di-
citur doctrina: ſed potius ſemẽ doctrinę, vel
ſciẽtię: qa ex tali p̃cognitiõe cauſatur ſciẽtia.

¶ Sit concluſio ad q̃ſtionẽ, optime ab Ariſ. Ad q̃ſtio. rñ
poſita eſſe quę tradita ſunt in capitulo pro-
poſito. Nam illa dicuntur ſufficienter tradi
ta q̃ declarant rem & in illis nulla eſt contra
dictio & nullus deffectus ſed ſic eſt in tradi-
tis ab Ariſto. hic. Ergo.

¶ Ad primum argumentum dicendum, qđ Ad primũ.
loquitur Ariſto. proprie loquẽdo de cogni-
tione, vt dicit aſſenſum, & tamen ille nõ vo-
catur ab eo doctrina, quia habitus eſt per na
turam. Et ſic ille aſſenſus non pręſupponit
aliam cognitionem. Nec notitia, quæ habe-
tur per ſenſus eſt doctrina, ſic non requirit
aliam cognitionem. Ob id Ariſto. dixit om
nis doctrina & diſciplina, fit pręexiſtente
cognitione. Neq; quod ſumitur in confirma
tione concludit, nam in opinionibus nõ eſt
proceſſus in infinitum, ſed ad primam opi-
nionem, deueniẽdum, quę generatur ex aſ-
ſenſu euidenti: ſed conſeq̃ntia eſt ineuidẽs.
Quapropter non cauſatur ſcientia: ſed opi-
nio: vt in inductione ex ſingularibus cõtin-
git. Et de fide pro nunc dici poteſt, quodli- Fides aſſen
cet ſit aſſenſus ineuidens, ex euidenti tamẽ ſus ineuidẽs
cauſatur. Sicut euidens eſt in lumine natu- eſt.
rali, quod homini ſapienti ſit credendum, &
euidens eſt dicta CHRISTTI eſſe credi
bilia. Ex quo ſequitur fides, Quod CHRIS
TVS dicit eſt verum, & ipſe dicit hoc: ergo
eſt verum.

¶ Circa

Ad. 2. ¶Circa ſecundum argumentum dicendũ eſt, Ariſ. intellexiſſe de ſubiecto, & d̃ ꝓpria paſsione: eſſe præſuppoſitum cognoſcere quid eſt, quod dicitur. In quo intellexit q̃d de ſubiecto eſſet quid rei diffinitio cognita, & de propria paſsione quid nominis: quia ipſa haberi poteſt. Non tamen eſt intelligẽdum, quod omnis ſcientia, prȩſupponat ſic quid eſt de ſuo ſubiecto, quod non diffiniat quid ſit ſubiectum. Nam hoc eſt manifeſte falſum. Nam hic ſubiectum eſt demõſtratio & diffinitur. Et in phiſicis ſubiectum eſt ens mobile, & diffinitur quid ſit motus. Et in libris de anima ſubiectum eſt anima, & diffinitur ſecundo de anima. Si ergo loquamur de tota ſcientia ſubiecti, tota ſcientia ſupponit quid eſt ſubiecti quia non poteſt demõſtrare diffinitionem. Non tamen prȩſupponit ſic, quod non poſsit diffiniri diffinitione quid rei, quid ſit ſubiectum. Et ſic quando Ariſto. dicit quod de ſubiecto prȩſupponitur quod ſit, id eſt requiſitum eſt quod ſit verum ens, puta quod habeat eſſe in cauſis naturalibus, quia alias, non haberetur de eo ſcientia, ſicut nec̨ de Chimera eſt ſcientia. Et ſimiliter quando dicit Ariſto. quod principia prȩſupponuntur, oportet intelligi de principiis extrinſecis, quæ ſunt cõmunia Vt quodlibet eſt vel non eſt, alia vero q̃ intrinſeca ſunt: in quibus affirmatur propria paſsio de diffinitione, aut diffinitio de ſubiecto: hȩc non in omni ſcientia ſunt prȩſuppoſita, ſed aliqua demonſtrãtur in ſcientia, & alia aliquo modo explicantur. Et ſic patet ſolutio argumenti ſecundi.

Ad. 3. ¶In tertio argumento tangitur difficultas de capacitate intellectus: de quo non eſt dubitandum. Nam cum intellectus ſit potentia limitatȩ virtutis, non eſt dubium quin limitatas notitias poſsit habere, tam quoad numerum: q̃ quoad intenſionem. Videm⁹ enim quod plurimis intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, & hoc nõ eſt aliunde, niſi ex limitata virtute ipſius intellectus. Et quod virtus intellectus, etiam quoad intenſionẽ ſit limitata, experientia docet. Nec̨ obſtat contrarium probantes, eo quod ſi eſſet verum virtutẽ limitatã quoad intenſionem, eſſet, quia requiritur ad maiorem intenſionem, maior aduertentia intellectus: ſed poteſt eſſe maior intenſio ſine noua aduertẽtia. Vt ſi notitia intendatur, vel obiectũ fiat intenſius, vel magis illuminetur. Dicũt iſti. Dico verum eſſe limitationem virtutis quo ad intenſionem. Nec̨ argumentum probat contrarium. Nam aduertentia & conamẽ intellectus, nõ eſt aliud: q̃ productio notitiȩ. Ideo ſi intenſior fiat notitia, & conſeq̃nter conatus, & aduertentia erit intẽſior Et probatur iſta non differre, quia ante notitiȩ productionem, nulla eſt actio intellectus, nec̨ eſt applicatio, nec̨ conatus. Et ſic, ſicut in voluntate applicatio vel conat⁹ ad volendum, eſt ipſe actus: ſic in intellectu. In corporalibus, fateor, poteſt homo ligat⁹ conari ad aliquid, ante opus: ſed in anima minime.

Obiectio. (margin, left column)

Aduertẽtia & conatus intellect⁹ idẽ. (margin)

Ad formam (margin) ¶Ad formam argumenti dicendum, quod ſi capacitas intellectus cum notitia prȩmiſſarum, quoad intẽſionem ſit repleta, & nõ quoad numerum, remittentur aliȩ notitiæ quoad intenſionem, & producetur concluſiõis aſſenſus. Et ſi quoad numerum, nõ erit aſſenſus concluſionis: niſi deperdatur notitia alia. Nec̨ hoc eſt contra Ariſto. nam ipſe dicit quod non ſtat ſimul eſſe notitiã prȩmiſſarum, quin & ſit concluſionis. Suppoſito intellectus poſsit notitiam habere, nam ſi Deus non concurrat cum intellectu: tunc erit notitia prȩmiſſarum, ſine concluſionis aſſenſu.

Ad. 4. ¶In quarto argumento tangitur hȩc difficultas, an notitia vel aſſenſus, in inſtãti producatur, vel corrumpatur? Ob quod reſpondendum eſt, quod cum aſſenſus & notitia non poſsit eſſe ſine applicatione obiecti, ad potentiam: & iſta applicatio non fit ſine motu, & in motu ẽ ſucceſsio: ſucceſsiue oportet fiat (Dixi vbi non fit ſine motu) quia poſſet Deus obiectum applicare in inſtanti, ipſi potentiȩ.

¶Facta tali obiecti applicatione, etiã ſi fiat ſucceſsiue, (vt dictum eſt) notitia ~~ſiue aſſenſus~~, in inſtanti producitur. Siue ſit ſimplex aprȩhenſiua, ſiue iudicatiua. Patet ~~&~~ ex Ariſ. 2. de anima, tex. 70. lumen nõ producitur ſucceſsiue in medio, ſed inſtãtaneȩ. Cauſa ẽ quia nullo reſiſtente contrario fit. Cum ergo notitia ſeu illuminatio, vel aſſenſus, iam applicato obiecto, nullum habeat contrarium: ſequitur quod in inſtanti producitur.

¶ Confirmatur ex eo, quod hic dicit, quod habitu aſſenſu premiſſarum, ſimul tempore eſt cognitio concluſionis: quod nō eſſet verum, ſi non eſſet in inſtanti.

Species viſibiles in inſtāti multiplicātur.

¶ Secundo probatur, quia ſpecies viſibiles in medio in inſtāti multiplicantur. Quod patet experientia de lumine. Et conſtat ſi duo viſibilia proponātur potentiæ, vnum in diſtans, aliud in propinquum, ſimul immutāt potentiā. Quod non eſſet ſi ſucceſſiue producerētur ſpecies, dixi ſpecies viſibiles, quia ſecus eſt de ſpeciebus ſoni, q̄ in tempore producūtur, & hac ratione fulgur prius videtur, q̄ tonitruū audiatur.

¶ Experientia etiam patet, quia applicatis obiectis nullā in intelligendo ſucceſsionem percipimus. Et ſimiliter in producendis volitionibus. Et ſic. ſ. Tho. p. p. Q. 85 ar. 4. ad primum. Et. 12. Q. 11. ar. 7. ad quintum dixit. Si ſit notitia ſimplex, quod nō eſt ſucceſſio. Nam ſi ſit compoſita notitia prędicati, fit poſt notitiā ſubiecti, & concluſionis, poſt notitiā præmiſſarum in nobis, qui diſcurrēdo intelligimus. Sed tamen ipſa cōcluſionis notitia, habetur ſine ſucceſsione, cognitis p̄miſsis.

ſ. tho.

¶ Et ſicut in inſtanti producitur notitia, vel aſſenſus: poteſt in inſtanti corrumpi, per abſentiam cauſę conſeruantis. Et omnia iſta ſunt vera loquēdo de notitia actuali.

ad formam.

¶ Ad argumentum dicendum, quod caſu poſito cum ſit aſſenſus præmiſſarum & conſequentię in primo illo inſtanti quo intellectus aduertit ad concluſionem, ſimul tempore corrumpitur aſſenſus erroneus, & p̄ducitur aſſenſus verus. Nam aſſenſus præmiſſarum producendo aſſenſum verum, corrūpit erroneum. Et in genere cauſæ efficiētis eſt prius productio aſſenſus, q̄ corruptio diſſenſus. Sed in genere cauſæ mālis, prius eſt expulſio contrarii. Neq; hoc repugnat, ſicut apud. ſ. Tho. 12. in fine dicitur, prius eſſe gratię infuſionem, quam ſit peccati remiſſio: in genere cauſæ efficientis, cū tamen in genere cauſę materialis, prius ſit expulſio peccati. Nec mirum in caſu dato, in inſtanti corrumpatur aſſenſus falſus, quia vbi eſt demonſtratio, nulla eſt riſiſtentia. Sicut lumē in eodem inſtanti corrumpitur, in quo eſt abſentia luminoſi. Secus eſſet vbi aſſenſus opinatiuus deberet corrumpi, per rationē probabilem contrariam. Nam omnis ratio probabilis, licet poſsit infirmum reddere aſſenſum opinatiuum, nō poteſt totaliter euellere: niſi plures ad id adductæ fuerint rationes.

ſ. tho.

¶ Verum antequam ad ſecundum capitulum deueniamus, libet pro clariori intelligētia totius materię poſteriorum adducere in vnum, quatuor opiniones varias, q̄ fuerunt de modo ſciendi.

¶ Prima opinio fuit Heracliti, (ſicut in ſuperioribus diximus), quā Ariſ. 4. metaphi. tāgit, & impugnat. Qui aſſerebat nullam eſſe ſcientiam, propter fluxum & rerum variationem. Hanc ſententiā ſecutus eſt Socrates, & plures academici. 1. opi. Heracl.

¶ Secunda opinio fuit Platonis affirmātis, quod contingit aliquid ſcire, ſed non de nouo. Et ſic noſtrum ſcire eſt reminiſci. Aſſerebat. n. omniū rerum ſpecies in anima concreari, & in vnione ad corpus impediri quominus eis vtatur. Et paulatin exercet ſecundum diſpoſitionem ſenſuum per hoc quod aufertur prohibēs. Ad modum quo formas latitare ī materia Anaxagoras aſſerebat, & quod virtute agētis naturalis appareret, qđ latebat: ſic Plato de ſpeciebus intelligibilibus loquutus eſt. 2. opi. Plato

¶ Tertia opinio fuit Auicenę, in 4 ſuę metaphi. aſſerentis, aliquid ſciri de nouo cōtra Heraclitum & Platonem, ſed hoc nō per receptionem a ſenſibilibus: ſed a datore formarum. Qui ponebat decimam intelligentiam mouētē orbē lunę. Credidit enim intellectū agentē eſſe intelligentiam ſeparatā q̄ influebat oēs formas in hæc inferiora. Et qđ ſenſibilia ſolū diſponebāt intellectū poſſibilem, vt conuerteretur ad agentē: in qua conuerſione infundebantur ſpecies. 3. opi. Auic.

¶ Quarta opinio eſt Ariſto. in iſto. 1 ca. citato, q̄ medium ponit, inter omnes has, & quę merito tenenda: quia hæc ſola vera eſt. Qui dicit ſcientiam eſſe in nobis contra Heraclitum & Socratem, & de nouo generari, contra Platonem magiſtrum ſuum, & non ab agente inmateriali tantum, vt Auicena dicebat: ſed immediate ab ipſis ſpeciebus exiſtentibus in phantaſia, q̄ emanauerūt a ſenſibilibus iuxta illud, neceſſe eſt intelligentē: phantaſmata ſpeculari tertio de anima, & in libro de ſenſu, & ſenſato. Et nil eſt in intellectu 4. opi. ariſto

Ariſto.

lectu, quin prius fuerit in ſenſu. Et ſic ſpecies ſunt potentialiter in intellectu, & ſimiliter ſcientia. Et oportet illa de quibus eſt ſciẽtia eſſe præcognita in potentia, licet non ſimpliciter in actu Hęc breuiter ſunt notata, vt clarius ſit proceſſus in ſeq̃ntibus: quę ꝓ parte ſupra ſunt dicta.

1. Nota. ¶ Etiam cõducit notare, quod dicit Comẽtator. 3 de anima, quod ſicut ſe habet prima materia in genere formarum naturaliũ, ſic intellectus in genere formarum ſpeculatiuarum: ſiue ſpecierum Et ſicut materia in pura potẽtia de ſe nullã habet formam, ſed eã ab agente naturali recipit: ita intellectus humanus, eſt ſicut tabula raſa, in qua nil depictum eſt, in potentia ad recipiendum virtute agentis. Et ſicut materia pręparatur ad formam, & remouẽdo contrarium, & ꝑ inductionem formę conueniẽtis: ſic intellectus diſponitur, & per remotionem ignorantię: & per introductionem ſcientiæ. Et aliq̃n fit motus a ſola priuatiõe, ad formam: ſicut in medii illuminatione, a tenebris ad lumẽ. Sic intellectus aliquando mouetur ab ignorantia negationis ad ſuam perfectionem. ſ. ſcientiam.

2. ¶ Etiam conſiderandum, quod ſicut ꝑ trãſmutationem acquiritur forma in materia, ſic per augmẽtationẽ, ſcientia. Et quia trãſmutatio aliquando ad formam ſubſtantialẽ aliquando ad accidentalem: ſic augmentatio, aliquando ad ſcientiam vt eſt in ſyllogiſmo demõſtratiuo, aliquando ad opinionem vt eſt in inductione. Cõcluſio demõſtrationis, dicitur eſſentialiter ſcita: quia intellectus ſtatin aſſentit. Et alia q̃ per inductionẽ accidentaliter ſciuntur quia non neceſſario cauſatur aſſenſus ſcientificus.

¶ Et ſicut forma ante generationem quodãmodo eſt in materia, & aliquo modo nõ, quia eſt potentialiter ſolum, & non ſimpliciter: ſic concluſio antequã demonſtretur, eſt aliquo modo ſcita in intellectu, & aliquo modo non ſcita Niſi materia prima haberet reſpectum ad formam introducendã nunq̃ eam reciperet, ſic intellectus: non poſſet recipere ſcientiam, niſi haberet potentiã reſpectiuam ad concluſionem quę demõſtrãda eſt. Ideo dicit Comẽtator primo phiſicorum, quod corrupta forma, non poteſt amplius materia illã recipere, quia perditur ille reſpectus. Hæc ſic notata, prębent lumẽ ad ſenſum Ariſtotelicum percipiendum. Nã homo pro iſto ſtatu, non poteſt eſſe actu intelligens, vel omnia ſciens: ſed in potentia vt diſtinguatur ab intelligentiis ſeparatis, quæ habẽt ſpecies innatas vel concreatas.

DE MODIS SCIENDI, & demonſtratione. Capitu. ij.


Textus.

SCire autem vnamquamq; rem ſimpliciter: ſed non vt ſophiſtę per accidẽs arbitramur: cũ cauſam ob quã res eſt, illius cauſam eſſe: & fieri non poſſe: vt res aliter ſe ſe habeat: cognoſcere arbitramur. Patet igitur: ipſum ſcire tale quid eſſe: nam & hi, qui neſciunt, & ij: qui ſciunt, illi ita ſe rem habere putant: hi ita ſe ſe etiam habent. Quare cuiuſq; ſimpliciter eſt ſcientia: id vt aliter ſe ſe habeat fieri omnino non poteſt. An vero & alius ſciendi modus ſit, poſterius dicemus. Dicimus autem & per demonſtrationem nos ſcire: demonſtrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ ſcientiam efficit: eam vero ſcientiam efficere dico: qua ſcim9, eam ipſam habendo.

¶ Si igitur ipſum ſcire tale eſt: quale poſſuimus: neceſſe eſt & demonſtratiuam ſcientiam ex veris & primis medioq; vacantibus: & ex notioribus & prioribus ipſa concluſione, cauſiſq; eiuſdem eſſe. Sic enim erunt & ipſa principia propria eius quod demonſtratur: nam ratiocinatio quidem eſſe ſine ijs poteſt, de

monſtratio

monſtratio vero non poteſt: ſcientiam
enim non facit.
¶ Vera igitur eſſe oportet: quia fieri ne
quit, vt id quod non eſt, ſciatur: veluti
diametrum commenſurabilem eſſe. O



portet autem & ex primis & in demon
ſtrabilibus eſſe: quia non ſciet, qui demõ
ſtrationem horum nõ habet: ſcire enim
non per accidens ea quorum eſt demõſ
tratio, nihil aliud eſt ſane, quam demonſ
trationem habere. Cauſæ etiam, notio-
raq́ ac priora ſint oportet: cauſæ quidẽ:
quia tunc ſcimus, cum cauſam cognoſ-
cimus: priora vero, ſiquidem & cauſæ
ſunt, & antea cognita, non illo ſolũ mo
do quo quid ſignificent: ſed altero etiã
quo quod ſint ſcimus.
¶ Dupliciter autem priora notiora ve
dicuntur. Non enim idem prius natura
& noſtra ex parte prius: neq́ notiꝰ ſim
pliciter, & nobis etiam notius eſt. Atq́
ea quidem ad nos priora notiora ve di-
co, quæ propinquiora ſenſui ſunt: ea ve-
ro ſimpliciter priora notiora ve, quæ a
ſenſu longius diſtãt. Sunt autem remo
tiſsima quidem ea, quæ ſunt vniuerſa-
lia maxime: propinquiſsima vero, ſin-
gularia ipſa. Atq́ hæc inter ſe ſe oppo-
nũtur. Ex primis autem eſſe nihil aliud
eſt, quam proprijs e principijs eſſe: idẽ
enim primum atq́ principium dico.
¶ Eſt autem demõſtrationis principiũ
propoſitio medio vacans. Ea vero me
dio vacat, qua nulla eſt alia prior. Pro-
poſitio vero altera enunciationis pars
eſt, vnum de vno cõplectens: differendi
quidem, quæ vtramuis accipit: demonſ
trandi vero, quæ diffinite alterũ quod
eſt verum. Enunciatio contradictionis
vtrãuis eſt pars. Contradictio eſt oppo
ſitio, cuius per ſe medium nullum eſt.
Contradictionis partiũ ea quidẽ, qua
quippiam cuipiam adiungitur, affirma-
tio: ea vero, qua quippiã a quopiam ſe
mouetur, negatio nuncupatur.
¶ Principiorum autem ratiocinãdi, va
cantium medio, id quidem poſitio dici-
tur, quod fieri nequit vt demonſtretur,
quodq́ nõ neceſſe eſt eum habere, qui
diſcere quid inſtituit: id vero quod om-
nes habere, qui modo diſcere aliquid
parant, neceſſe eſt: dignitas appellatur:
ſunt enim talia q̃dam. Atq́ talibus hoc
potiſsimum nomen tribuere ſolemus.
Rurſus ea quidẽ poſitionũ, q̃ vtramuis
enũciatiõis accipit ptẽ, eſſe, inquã, quip
piam, aut non eſſe ſtatuens: ſuppoſitio
ea vero, quę eſt ſine hoc ipſo, deffinitio
dicitur: diffinitio namq́ poſitio quidem
eſt (ponit enim Arithmeticus vnitatem
quantitatem indiuiſibilem eſſe) ſed ſup-
poſitio ſane non eſt: nam quid ſit vni-
tas, & vnitatem eſſe eadem non ſunt.
¶ Cum autem credere ſcireq́ rem talẽ
per ratiocinationem oporteat, quã de-
monſtrationem vocamus: hęc vero eſt
quia ſunt ea quibus extruitur ratiocina-
tio: neceſſe eſt, nõ ſolũ prima illa, vel oĩa
vel aliqua prius noſcãtur: ſed etiã magis
vt noſcantur: ſemper enim illud eſt ta-
le magis, ob quod vnũquodq́ tale eſt,
veluti magis, id eſt dilectum atq́ amatũ
ob quod amamus atq́ diligimus. Qua
re ſi ob prima ſcimus ac credimus, & il
la ſane ſcimꝰ ac credimus magis: quo-
niam ob illa & ipſa ſcimus poſteriora:
fieri autẽ non poteſt, vt ea magis quiſ-
quam quę neſcit, & circa quę non me-
lius diſpoſitus eſt quam ſi ſciret, quam
ea quæ cognoſcit, credat atq́ aſſentia-
tur. At eueniat id profecto, ſi non prius
cognouerit principia quiſpiam, quam
ea quę per demonſtrationem credun-
tur. Magis enim principijs aut omnibꝰ,
aut


Quia ſaltim maiori. aut quibuſdam credere, quam concluſioni neceſſe eſt, Atq; ei qui per demonſtrationem ſcientiam habiturus eſt, non ſolum ipſa principia magis nota, magisq; credita ſint, quam id quod ex ipſis oſtenditur oportet: ſed etiam nihil prorſus eorum quæ principijs ijs opponuntur, vndeq; ratiocinatio falſa, vereq; contraria exiſtat, aut credibilius, aut notius principijs ipſis ſit oportet; quippe cum eum qui ſimpliciter eſt ſcientiam conſequutus, nunq; ab ea, perſuaſione vlla dimoueri oporteat.

Gloſa.


IN iſto textu Ariſto. declarat, quid ſit demonſtratio diffiniendo primo a cauſa finali, quæ cauſarum potiſſima eſt: dicens, Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ac ſi dicat, finē demonſtrationis eſſe ſcientiam. Nam propter ipſam tanq; propter finem, demōſtratio introducta eſt. Et hæc non eſt diffinitio qd rei, cum non detur per genus & differētiā: ſed potius eſt quid nominis.

¶ Quia aliæ cauſæ emanāt ex potiſsima. ſ. finali, vt ex finali, ſtatim ſequitur materialis conſideratio. Vt quia domus eſt ad protegendū a frigrore, & tempeſtate: ſequitur ſit compoſita ex tali vel tali materia. Vt quia ſerra eſt ad ſecandum, oportet fiat ex ferro: & non ex ligno. Sic, data diffinitione demonſtrationis ex fine, ponitur diffinitio ratione materiæ.

Quid demōſtratio. ¶ Demonſtratio eſt ſyllogiſmus, procedēs ex veris, primis, medio q; vacantibus, notioribus, & prioribus ipſa concluſiōe, & ex cauſis eiuſdem. Ac ſi diceret, Si enim ita eſt qđ demonſtratio facit nos ſcire, & tunc ſcimus rem, cum cauſam cognoſcimus: oportet ipſa demonſtratio fiat ex veris, primis, immediatis, & notioribus, &c. ex veris (inquam) quia falſum non poteſt eſſe cauſa veritatis, & cum concluſio ſit ſcita & vera, oportet: pręmiſſæ ex quibus concluſio pendet, velut ex cauſa: ſit vera. Nam quod non eſt, nō ſcitur: ideſt quod rebus ipſis non conuenit, ſciri non poteſt. Non debet intelligi, quod nō eſt, ideſt non exiſtit. Nam roſa in hyeme ſcitur, quia diffinitur: licet actu non ſit. Quod ſi quis obiiciat, quod falſum ſit cauſa veri, vt hic, omnis homo eſt Deus: CHRISTVS eſt homo ergo CHRISTVS eſt Deus in dari, vbi concluſio vera: & vna pręmiſſarū falſa Reſpondetur, quod licet ſit bona conſequētia, ſed tamen præmiſſa falſa: non eſt cauſa concluſionis. Non enim eo quod omnis homo eſt Deus, CHRISTVS eſt Deus; ſed eo quod CHRISTVS eſt ſuppoſitū diuinum, in quo eſt etiam ſubſtētata humana natura ex eo & eſt homo, & eſt Deus. Obiectio. Diluтio.



¶ Dicit quod id quod non eſt, non ſcitur. i. quod non poteſt eſſe. Vt quod diameter ſit coſtę cōmēſurabilis. Ponit hoc exemplum, eo quod inter diametrum & coſtam nō reperitur proportio rationalis: ſed eſt medietas duple. Quod probatur, ſuppoſito quod proportio quadratorum, eſt coſtarum duplicata vt patet in figura ſequēti. Nam quadratum magnum. a. ad quadratum paruū b ſe habet in quadrupla proportione: & coſta ad coſtam, in dupla. Secundo ſupponitur quod quadratum diametri eſt duplum, ad quadratum coſtę, vt patet in figura ſequēti. Nam quadratum diametri a. eſt quadruplū ad medietatem quadrati coſtę. b. vt conſtat ad oculum: ergo eſt duplum ad totum. Nā ſi quadruplum ad medietatem, erit duplū ad totum: ſed per primam ſuppoſitionem, proportio quadratorum eſt coſtarum duplicata, ſi quadratū a d quadratū eſt duplū. Coſtę ad coſtā, eſt mediatas duplæ, ſed hæc eſt proportio irrationalis, ergo aſimeter, eſt diameter ad coſtam (de quo latius ſuo loco) Exempli cauſa ſufficiat in p̄ſentiarum. Intelligendum tamen de quadrato æquilatero.





in phiſica ſpeculatioe. 7. h phiſicorum

¶ Circa illud quod dicitur in textu.

(Dupliciter autem priora notiora ve dicuntur. &c.) eſt Dubium Primo ad hominem, nam ipſe Ariſto. 1. phiſi. tex, 2, art. Notiora quoad nos eſſe vniuerſalia, & notiora naturæ: eſſe ſingularia. Hic tamen dicit contrarium. Dubium.

¶ Ad hoc reſpondetur, quod ſingulare accipitur Solutio.

pitur. Vno modo ſimpliciter, pro illo quod cadit ſub ſenſu, prout diſtinguitur cõtra illud quod eſt ſimpliciter vniuerſale: quod ſolo intellectu percipitur, vt abſtractum eſt a conditionibus ſingularium. Et iſto modo dicit hic, quod ſingularia ſunt notiora quoad nos, & vniuerſalia notiora in natura. Nã vniuerſalia ſunt quę ſimpliciter ſunt intẽta a natura. Nam ſi natura ageret per intellectum, vniuerſalia primo intẽderet, nã prius intendit ſpeciem conſeruare, & vt conſeruet ſpeciem: producit indiuidua. Et ſic de per accidens indiuidua ſunt intenta a natura.

¶ Secundo modo capitur ſingulare, reſpectu magis vniuerſalis: ſicut ſpecies eſt, reſpectu generis, & in iſto ſenſu Ariſto. 1. phiſico. dicit, magis particulare eſt notius naturæ, & ſimpliciter, quia in intẽtione naturę, principalior finis eſt ſpecies: ꝙ̃ genus. Nam potius intendit & prius Leonem, ꝙ̃ animal. Sed in cognitione noſtra prius cognita, vel notiora: ſunt magis vniuerſalia: quæ illic vocat magis confuſa. Nam licet cognitio noſtra habeat ortum a ſenſu, & ita ſit quod ſingularia ſint ſenſu magis cognita: ſed in illis prius format notitiã ſingularis vagi, magis cõmunis ꝙ̃ minus communis. Nam viſa aliqua [illegible]e a longe, prius format quod ſit ens, deinde quia mouetur, quod ſit animal: poſt per figuram format quod ſit homo: & ex facie dicit quod eſt Sortes. Et ſic licet ſenſus non formet notitias, niſi ſingulares in ſupponendo: ſed tamen prius format ſingulares notitias vagas, vniuerſaliores in ſignificando.

.2. Dubiũ. ¶ Ex hoc ſoluitur aliud Dubium: qđ ibi. 1. phiſico. dicit, proceſſum eſſe a nobis notioribꝰ, & cũ nobis notiora ſingularia ſint: videtur quod a ſingularibus ſit procedendum.

Reſpõdetur. Soluitur ſic, quod ibi Ariſto loqutus eſt in acquiſitione ſcientiarum opus eſſe ex principiis vniuerſalioribus procedere: ſicut priꝰ de re viſa a longe formamus quod ſit ens ꝙ̃ quod ſit animal: quod ſit homo, ꝙ̃ quod ſit hic homo. Sic etiam in ſcientiis, prius oportet. ſ. in phiſica: tractare de ente naturali, & de materia & forma in cõmuni, & de motu, quæ ſunt nobis notiora: ꝙ̃ de tali materia, vel tali forma, vel tali motu, quę ſunt ſingularia. Et cũ hoc eſt verum, quod omnis ſciẽtia debet tractare de rebus, abſtrahendo a materia. Quia tractat de rebus vt ſunt perpetuę, & hoc intelligit Ariſto. quando dicit hic, demonſtrationem debere procedere, ab vniuerſalioribus. Ob quod ſenſus demõſtrationes non facit, ſed ſolus intellectus, cuius eſt abſtrahere a ſingularibus.

¶ Circa ea q̃ dicit Ariſt. ſ. demõſtrationẽ ꝓcedere ex cauſis eſt Dubiũ, q͂a dicit ꝓcedere ex notioribꝰ quoad nos. ſed notiora quoad nos ſunt effectus, & nõ cauſæ: vt ſic, luna eclypſatur: ergo interpoſita eſt terra inter ſolem & lunam. &c. Pro ſolutione dubii cõſiderandum, quod cauſa eſt duplex. ſ. rei. i. cauſa quod ſit res, & alia eſt cauſa veritatis, ideſt cauſa aſſenſus concluſionis. Et ex hac cauſę diuiſione ponitur differentia, inter demonſtrationem propter quid, & quia. Quia in demonſtratione propter quid, cauſa rei quæ eſt cauſa eſſendi, eſt cauſa cognoſcendi ideſt veritatis concluſionis (Vt tradit Ariſ. 2. meta. tex. 4.) verum in demonſtratione, quia, cauſę cognoſcendi veritatẽ cõcluſiõis, non ſunt cauſæ eſſendi rei: quia ſunt effectus. Et ſic eſt verum, quod omnis demõſtratio procedit ex cauſis, ſiue cognoſcendi ſolum, vt in, quia: ſiue cognoſcendi & eſſendi, vt in propter quid. Et ſimiliter eſt verũ, procedere ex notioribus: quia vel procedit ex notioribus natura, vt in propter quid: vel in notioribus quoad nos, vt in quia. Vbi ex effectu, cauſa probatur. Et eo quod in demõſtratione quia, non proceditur ſimpliciter a cauſa, non facit ſimpliciter ſcire, ſed ſolum demonſtratio propter quid. Et ſic patet dubii ſolutio. Dubium. 3.

Differentia inter demonſtrationẽ ꝓpter quid & quia

¶ Circa illud quod dicitur in textu, quod ꝓcedit ex immediatis. Dubium eſt, quę ſit ꝓpoſitio immediata? dicendum illam eſſe immediatã propoſitionẽ, cuius prædicatum ineſt ſubiecto per ſe primo, ſine aliquo medio. Vt eſt quando prima paſsio prædicatur de ſuo ſubiecto, vel diffinitio de ſuo diffinito. Vt in hac. Omne animal rationale eſt diſcurſiuum, eſt immediata: quia ly diſcurſiuũ, eſt prima paſsio immediate conueniens homini. Et ſimiliter hęc, homo eſt animal rationale, quia immediate diffinitio de ſpecie dicitur. Sed tamen hæc, homo eſt riſibilis, non eſt immediata, quia riſibile non eſt prima paſsio hominis, ſed eſſe admiratiuũ: ex quo Dubium. 4

prouenit

prouenit eſſe riſibilem. Similiter hæc, Petr9 eſt animal rationale, non eſt immediata: qa primo cõuenit homini eſſe animal rationale, q̃ cõueniat huic homini. Quia primo ſpeciei, q̃ indiuiduo ſpeciei. Et ſic vocatur propoſitio immediata, homo eſt animal rationale, vel carens medio, vel per ſe primo.

¶ Oportet etiam ad intelligentiam literæ Ariſ. notare, quod inter iſta quatuor, ſ. enũciatio, propoſitio, problema, concluſio: eſt differentia. Nam enunciatio eſt oratio verum vel falſum ſignificans, quæ aſſertiue ꝓfertur. Propoſitio, eſt oratio quę proponitur tanq̃ pręmiſſa ad inferendum aliam. Problema teſte Ariſto 1. topi. c. 9. eſt oratio in medium propoſita tanq̃ dubia, de qua fiat diſputatio, in hanc vel illam partem. In quo ſenſu ſolet dici, ad q̃ſtionem reſpondetur problematice, tanq̃ ſi diceretur, vtrãq; ꝑtem quęſtionis eſſe probabilem. Concluſio eſt illud qđ infertur ex ꝓpoſitione, hoc eſt ~~ex alia propoſitione~~.


Propoſitio probabilis & demõſtratiua ¶ Propoſitio diuidi ſolet in dialecticã, quæ probabilis eſt: & in demonſtratiuam, q̃ non ſolum vera eſt, ſed neceſſaria. Et ſic dicit Ariſto. quod propoſitio eſt altera pars enũciationis, pars ſubiectiua. Sicut homo eſt ꝑs ſubiectiua animalis. Quia cum enunciatio ſit oratio affirmatiua vel negatiua, propoſitio eſt vna pars eius: quia eſt affirmatiua enũciatio. Et addit vnum de vno complectens ad excludendum propoſitionem ex terminis æquiuocis compoſitam, quæ eſt plures propoſitiones virtute.

Dignitates. ¶ Rurſus notat differentiam propoſitionũ quæ ſunt principia. Quædam ſunt, quę dicũtur dignitates, quas neceſſe eſt habere, q diſcere vult aliquam ſcientiam. Vt quodlibet eſt vel non eſt, vniuerſaliter in omni ſcientia, & omne totũ eſt maius ſua parte, in mathematicis, & corpora naturalia mouẽtur, in phiſicis: iſta enim a natura ſunt per ſe nota.

ſuppoſitiões ¶ Alia ſunt principia quæ vocantur ſuppoſitiones, quę licet in vna ſcientia ſubalternata ſupponantur, probantur in alia. Nam ſupponit geometra, a quolibet puncto ad quodlibet punctum lineam ducere: & tamẽ probatur a philoſopho naturali. Quia duo puncta non ſunt immediata, ſed inter duo puncta mediat linea recta, & vocantur etiã poſitiones: quia ponuntur, (de quibus omnib9 late in mathematicis.

QVAESTIO VNICA
Circa textum.

QVeritur hic circa illa quę in textu poſita ſunt, vbi dicit demonſtrationem eſſe ex cauſa. &c. vtrũ ſit vniuerſalr verũ? & videtur qđ nõ. Patet, qa mathematicę demonſtrationes ſunt ſimpliciter tales, & in primo gradu certitudinis, vt ait comẽ. 2. metaphi. ſed tamen non procedit per cauſam, ſaltin in eſſendo. Nam ꝓbat mathematicus, triangulum habere tres duobus ęquales. &c. per angulum extrinſecum, per hoc quod in omni triangulo, angulus extrinſecus eſt æqualis duobus intrinſecis: ſibi oppoſitis, vocatur extrinſecus angulus, qui conſtituitur ex protractione alicui9 lateris in continuum, & directum Sed angulus extrinſecus non poteſt dici cauſa: ~~ergo~~. 1. arguitur.



¶ Secundo ſic. Demonſtrationes metaphiſicę ſunt ſimpliciter tales, & tamen non per cauſam procedũt: nam de Deo demonſtratur: quod ſit actus purus, cuius cauſa non datur. s tho. p. p.

¶ Tertio. Nullę pręmiſſę ſunt cauſa concluſionis: ergo male dictum eſt. Patet, quia ante omnem demonſtrationem, oportet ꝓcognoſcere de ſubiecto quid eſt, & quia eſt, & de paſsione quid eſt, ergo concluſio præcedit totam demonſtrationem, cum in concluſione prædicetur propria paſsio, de ſuo ſubiecto.

¶ In contrarium eſt tamen, quod Ariſto. ꝓbat omnem demonſtrationem, procedere ex veris, immediatis, & cauſis, &c. In cõtrariũ

¶ Concluſio eſt. Omnis demonſtratio ex cauſis procedit, vt in declaratione textus dictum eſt. Nam ſi eſt demonſtratio propterquid, ex cauſis in eſſendo, & ſignificãdo procedit: & ſi eſt quia, ex cauſis in ſignificãdo, quia ex effectu probatur cauſa, & quia effectus eſt nobis notior: eſt cauſa cognitionis ipſius cauſę: quę notior eſt in natura. Ad q̃ſtio. cõ

¶ At argumenta in contrarium, ad primũ. concedendum eſt eſſe demõſtrationem in Ad. 1. argumẽ

mathematicis

mathematicis,& quando dicis de triangulo dicendum,non probari triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis,ex angulo extrinſeco,tanq̃ per medium,ſed ſolũ tanq̃ per determinatiuum medii:quia medium eſt ſolum figura rectilinea,trib⁹ lineis contenta:quæ eſt vera cauſa in eſſendo,tan trianguli:q̃ etiam ſuæ paſsionis.

Ad.2. ¶ Ad ſecundum dicendum ,quod licet in Deo non detur cauſa realiter diſtincta, per quam probetur quod ſit purus actus: datur tamen vel formaliter ad mentem Scoti,vel ſecũdum rationem cauſa,ex qua probetur. Nam eo quod Deus eſt eſſe primum, ſimpliciter ſequitur quod ſit purus actus.

Ad.3. ¶ Dicendum ad tertium, quod vere pręmiſſæ dicuntur cauſæ concluſionis, & quando infers: ~~nõ ſic eſſe~~,quia prius de ſubiecto cognoſcitur quid eſt,& quia eſt.&c. verum eſt, tamen hoc non eſt ſcientifice. vſq̃dum formatis præmiſsis: infertur concluſio. Non enim iſtius,homo eſt riſibilis, habetur ſcientia:anteq̃ formetur ~~ſic~~ cõſeq̃ntia,Omne animal rationale eſt riſibile,omnis homo eſt animal rationale, & inferatur, ergo omnis homo eſt riſibilis.

QVOD NON OMniũ ſit demõſtratio Caput tertium.

Textus.

SVnt autem,quib⁹ propterea ꝙ ipſa quoq̃ principia ſciẽtia tenere oportet,non videtur eſſe ſciẽtia. Sunt etiam, quibus eſſe quidem videtur,demonſtrationes tamen omniũ eſſe:quorum neutrum ſane verum, aut neceſſarium eſt. Qui namq̃ ſcientiam omnino non eſſe ponunt, ij aſcendendũ eſſe in infinitum cenſent, propterea ꝙ poſteriora nõ ſciuntur ab ea priora, quorum primo non ſunt:recte quidem dicentes. Fieri enim non poteſt,vt infinita quiſq̃ pertranſeat. Quod ſi ſtatur,ac principia ſunt,hęc incognita dicuntur eſſe, cũ ipſorum non ſit demonſtratio :quod quidem ſolum inquiunt eſſe ſcire. Quod ſi fieri non poteſt vt prima ſciantur, neq̃ fieri poſſe dicũt,vt ea quæ proficiſcũtur ex illis ſciantur ſimpliciter, proprie ve: ſed ex ſuppoſitione dumtaxat, nempe ſi illa ſint. At ſecundi de modo quidem ſciendi cum ſentiunt: per demonſtrationem enim ſolum eſſe ſcientiam dicunt, verum omnium demonſtrationem eſſe nihil inquiunt prohibere. Fieri enim poteſt, vt demonſtratio circuli modo verſetur omniaq̃ mutuo demonſtrentur.

¶ Nos autem dicimus;nec omnem ſciẽtiam eſſe demonſtratiuam: ſed eorum quę medijs vacant, indemonſtrabilem eſſe:quod quidem neceſſarium eſſe patet. Nam ſi neceſſarium eſt vt priora ſciantur, & ea ex quibus conficitur demonſtratio:ſtatur autem tandem in hiſce quę vacant medijs,hęc indemõſtrabilia neceſſe eſt eſſe. Hæc igitur ita ſe ſe habere dicimus,& non ſolum ſciẽtiam, ſed & principium ſcientię quodam eſſe aſſerimus,quo terminos ipſos cognoſcimus.

¶ Et etiam patere dicimus, fieri nõ poſſe,vt circuli modo demonſtratio ſimpliciter conuertatur,ſi demonſtrationẽ ex prioribus oportet ac notioribus eſſe. Fieri enim nequit vt eiſdem eadẽ ſimul priora ſint atq̃ poſteriora , niſi altero modo:veluti ſi alia noſtra ex parte ,alia ſimpliciter dicantur: quo quidem modo faciat inductio notum. Quod ſi ita ſit,non bene eſt ipſum ſimpliciter,ſcire, diffinitum,ſed eſt ſane duplex. An altera demõſtratio ex hiſce quæ nobis ſunt notiora,quę fit ſimpliciter demõſtratio non

non eſt. ¶ Euenit autem hiſce qui dicunt demonſtrationem circulo verſari, non ſolum id quod nũc eſt dictum: ſed etiam nil aliud vt dicant, quam ſi hoc eſt, hoc eſt: hoc vero pacto facile eſt omnia demonſtrare. Atq́ patet, id ipſum accidere tribus poſitis terminis. Siue.n. per multos, ſiue per paucos redire dicatur, nihil profecto refert: per pauciores autem quam duos. Nam quando cũ.a. ſit, eſt neceſſario.b.& hoc cum ſit, eſt neceſſario.c. tum cum.a.ſit, neceſſario.c. ipſum erit: ſi igitur cum.a.ſit, neceſſe eſt b.& cum.b.ſit, neceſſe eſt eſſe.a.hoc.n. erat circuli modo verſari. Ponatur.a.in loco, quo ipſum eſt.c. Dicere igitur cũ b.ſit.a.ipſum eſſe, nil aliud eſt, q̃ dicere cum.b.ſit, c.ipſum eſſe. Id autem nil aliud eſt, q̃ dicere cum.a, ſit, c.ipſum eſſe. At idẽ eſt.c.&.a: q̃re fit, vt hi qui cẽſent orbis modo demõſtrationẽ verſari, nihil aliud dicant, q̃ cũ.a.ſit, a.ipſum eſſe. Hoc vero pacto facile demonſtrare eſt omnia. At vero nec id ipſum fieri põt, niſi in hiſce q̃ mutuo ſe ſequũtur, qualia ſunt ipſa propria. Demonſtratũ eſt igitur prius: vno quidẽ poſito, nũq̃ neceſſario aliquid aliud eſſe: vno, inquã, aut poſitione vna: e duabus autẽ poſitionibus primis, ac minimis fieri poſſe, ſiquidẽ & ratiocinari contingit. Si igitur.a.& b, &.c, mutuo ſe ſequãtur: ſic tantũ fieri poteſt, vt oſtendantur ex ſe ſe mutuo cũcta, q̃ in prima ratiocinationis figura poſtulata ſunt, vt in libro de ſyllogiſmo oſtẽdimus: quo loco etiam patuit, cæteris in figuris aut ratiocinationem hanc non fieri, aut ex hiſce quę ſunt ſumpta non fieri. Et vero, quæ prædicationem non ſuſcipiunt mutuam, fieri non poteſt, vt mutuo demonſtrentur. Quare cum in demonſtrationibus pauca talia ſint, conſtat vanum eſſe ac impoſſibile, demonſtrationem eſſe cenſere, atq́ ob id ipſum poſſe demonſtrationem omnium eſſe.

Gloſſa.

CIrca textus declarationem notandum, hic Ariſto. voluiſſe duos errores de medio tollere, vnus erat illorum qui dicebant non eſſe poſſibilem ſcientiam: ali⁹ vero eorum qui ſcientiam concedebãt, dicebant tamen circulariter demonſtrari in omnibus ſcilicet.a.per.b.& rurſus.b.per.a. Et vterq́ error procedebat ex hoc, quod putabant nil poſſe ſciri, niſi p demonſtrationem. Cum contingat ſcire ipſa principia, tamen ex terminis ſine demonſtratione alia.

¶ Dicit ergo in prima parte textus, quod negantes ſcientiam, procedunt, quia ſi eſt proceſſus in infinitum, nil ſcitur: & ſi deuenitur ad aliquid primum, cum illud nõ ſciatur per aliud, nec ex eo aliquid ſcietur ſimpliciter, ſed ſolum ex ſuppoſitione. Hoc ſuppoſito, quia aſſentimus principio.

¶ Alii vero quia ſcientiam concedebant, & non niſi per demonſtrationem: dicebant eſſe circulationem, quia non debet eſſe proceſſus in infinitum, & ideo oportet fiat circulatio.

¶ In ſecunda parte textus, (Ibi nos autem.&c.) probat nos poſſe ſcire, neq́ eſſe proceſſum in infinitum. Quia prima principia ſunt indemonſtrabilia, ſolum cognitis terminis cognoſcuntur. Et appellat ſcientiam generaliter cognitionem euidentem, quomõcunq́ contingat. Et ſic contra primo opinantes, euitatur proceſſus in infinitum: & datur ſcientia.

¶ In tertia particula ibi.

(Et etiam patere dicimus. &c.) re pbat ſecundũ errorẽ, ſcilicet quod ſit circularis demonſtratio poſſibilis: quia ſic idem eſſet prius, & poſterius. Nam ſi. a. per. b. prius eſt.b. & ſi rurſus.b per.a, prius eſt. a. Neq́ valet ſi quis reſpondeat, non eſſe

inconueniens quod aliquid ſit prius quoad naturam, & poſterius quoadnos, & econtra. Non valet(inquam) quia quod procedit ex prioribus quoad nos,vt in inductione,cum ſit ex effectu: non proprie demonſtratio eſt, neq́ꝫ ſcientiam cauſat ſimpliciter. Cognoſcere enim per ſenſum, quod ignis calefacit:non eſt ſcientia, ſed experientia.

¶In q̄rta particula (Euenit autem. &c,) ponit aliam rationem, contra illam opinionem. Nam concedere quod eſt circulatio perinde eſſet ac dicere, quod probaretur idem per idem ſ.hoc eſt, quia hoc eſt: quomodo,facile eſſet omnia probare.

Nota. ¶Pro intelligētia litterę q̄ obſcura eſt, opꝫ notare,circulū fieri in iſtis trib⁹ literis a.b c vt eo quod.a.eſt.b,eſt:& quia eſt.b.&.c eſt. Vnde directe de primo ad vltimū, ſequitur q.a.eſt,c,eſt.Demōſtretur circulariter.b.p,c.&.a.per.b ſ.quia.c.eſt,b.eſt,& quia.b.eſt a.eſt. Et de primo ad vltimū circulariter,qa c.eſt,a.eſt.Eadē ratione, incipiēdo a.b.ſeqtur,qa.b eſt,c.eſt,& qa.c.eſt.a.eſt, (vt modo inferebamus)ergo quia b.eſt.a.eſt. Et p conſeq̄ns primus circulus triū terminorum ad duos reductus eſt terminos.ſ.qa a.eſt.b eſt.Et quia.b eſt,a eſt. Et hoc eſt quod dicit Ariſt.ponatur.a.in loco quo ipſū.c.eſt.i.loco.c.ac ſi diceret ſicut prius inferebatur,qa b.eſt,c.eſt,inferatur quia,b.eſt,a eſt: rurſus ſequitur de primo ad vltimū quia.a.eſt.b,ē. Et ſic ſequitur quia.a.eſt a.eſt. Nā ſicut in tribus terminis ſeq̄batur,quia.a.eſt.b.eſt,& qa.b.ē.c eſt:ergo qa.a.eſt,c.ē. Ita poſtq̄ꝫ.a ponitur loco de ly.c. pariter ſequitur:quia a,eſt.b.eſt, & quia.b eſt. a,eſt: ergo quia.a. eſt a.eſt. Et tandem circulus reducitur ad idem per idem.

¶In quinta particula (At vero.&c.) ponit tertiā rationē,ad improbandā opinionē.Nā nō pōt probari p̄miſſa per cōcluſionē,niſi ſolū in primo modo primę figurę:& non in omni ſyllogiſmo ibi formato,ſed vbi mediū & extremitates,ſunt termini cōuertibiles:vt diximus in tratactu ſyllogiſmorū) vt ſic oē animal rationale eſt riſibile, omnis hō eſt animal rationale,ergo omnis hō eſt riſibilis. Ex cōcluſione & minore ſimpliciter cōuerſa,infertur maior ſic.Omnis hō eſt riſibilis,omne animal ratiōale eſt hō:ergo oē animal ratiōale eſt riſibile Et ex maiori ſimpliciter cōuerſa,& concluſione :infertur minor ſic. Omne riſibile eſt animal rationale, omnis hō eſt riſibilis :ergo omnis homo eſt animal rationale. Sed tamen hoc ſolū contingit in prima figura,quia vt Ariſto.in prioribus probat,in ſecūda figura nō poteſt eſſe quia cum ſit ibi concluſio negatiua neceſſario altera p̄miſſarum negatiua erit. Ex illis ergo non poterit concludi affirmatiua,neq́ꝫ negatiua,quia ex puris negatiuis nihil ſequitur.Similiter non poteſt cōtingere in tertia figura,quia cōcluſio eſt particularis:& obid aliqua p̄miſſarū erit particularis:& ſic cōcluſio vniuerſalis,non ſyllogiſſabitur. Et idem eſt in modis negatiuis,& particularibus primę figurę. Quapropter eſt verū quod Ariſ. dicit,circularē demōſtrationē ſolum eſſe in prima figura,in primo modo. Et ſic ſequitur falſum eſſe,quod illi dicebant,omnē pręmiſſam cuiuſcūq́ꝫ demonſtratiōis,poſſe demonſtrari circulariter.

QVAES. VNICA VTRVM diffinitio poſita ab Ariſto.in textu de demonſtratione, & & de ſcire ſit recte poſita?

ETvidetur q̄ nō.Primo diffinitio de ly ſcire, eſt rē per cauſas cognoſcere. Stat aliquē nō habere ſciētiā,& tñ rē per cauſas cognoſcere: ſola ꝓbabili ratione, vel autoritate alterius. Vt ſi aliqs dicat interpoſitionē terrę, eſſe cauſam eclypſis Lunę.&c. Nam tunc opinio erit ſolū & tamen rem per cauſam cognoſcit. 1.arguitur.

¶Secundo ſic. Omnis demōſtratio facit ſcire, & ſcientiā cauſat.ſed,quia,q̄ eſt qñ ex effectu ꝓbatur cauſa,non p cauſam aliqd probat:ergo & ſimpliciter ſcitur,quod nō p cauſam: contra illud qnod ipſe dicit Ariſto. 2.

¶Tertio arguitur,cōtra illud quod dicitur. (Oportet magis aſſentire præmiſsis, quam concluſioni.&c.) ſi hoc eſſet verū, maxime ex eo quod ait Ariſto. propter vnum quodq́ꝫ tale & illud magis: ſed hoc Ariſto. 3.

riſto, dictum non vniuerſaliter tenet verũ: ergo neq; dictũ, quod illi innititur. In genere cauſæ finalis non valet, ſanguis minuitur propter ſanitatem: ergo magis ipſa minuitur ſanitas. In genere cauſę efficientis non valet Alfonſus eſt homo propter ſolem & Franciſcum patrem: ergo magis ipſe ſol eſt homo & pater. In genere cauſæ formalis nõ valet, nix eſt alba propter albedinem: ergo albedo eſt magis alba, &c. Et confirmatur quia cauſa non impedita, ſibi ęqualem producit effectum: vt videmus in agentib⁹ naturalibus: ſed pręmiſſę ſunt cauſę concluſionis, ergo eandem certitudinem & euidentiam cauſant in concluſione quam ipſæ præmiſſę in ſe habent.

4. ❡Quarto, contra illã diffinitionẽ propoſitionis p ſe notæ poſitæ ab Ariſto ſcilicet qđ ſit illa quæ ſolis terminis cognitis cognoſcitur, ~~Tunc ſic~~, vel Ariſto. intelligit per terminos, notitiã intuitiuam, vel abſtractiuam. Si primum, ſequitur quod hęc, Alfonſus loquitur eſſet per ſe nota me loq̃nte, quia habet notitias intuitiuas: quod tamen eſt falſum, quia prædicatum non eſt de eſſentia ſubiecti. Si vero intelligatur de notitiis abſtractiuis, [redacted] vel intelligitur de notitia confuſa: qualis eſt diffinitum, vel de diſtincta: qualis eſt diffinitio; ſed primo modo, [redacted] hæc homo eſt rationalis non eſſet per ſe nota: cum non fiat euidens ex notitia cõfuſa ſubiecti, ſed per eius diffinitionem demonſtretur. Sed tamen hoc eſt falſum, nam ipſa eſt per ſe nota, cum prædicatum rationale, ſit de eſſentia ſubiecti, quod ſufficit vt. ſ. Tho. prima parte. Q. 2. ar. 1. probat Si vero intelligatur de notitia confuſa diffinitionis, ſequeretur quod omnis propoſitio demõſtrabilis: eſſet per ſe nota. Nam hæc omnis homo eſt diſciplinabilis eſſet per ſe nota, habita diffinitione ſubiecti: ſcilicet de ly homo, quod ſit animal rationale. Nam ſi omne animal rationale eſt diſciplinabile, & omnis homo eſt animal rationale: omnis homo diſciplinabilis erit.

❡In contrarium eſt autoritas philoſophi.

Ad q̃ſtio. cõ. ❡Concluſio eſt affirmatiua, recte ab Ariſ. poſitam eſſe diffinitionem demonſtrationis, & ſcientiæ. Et vt clarius appareat, ſoluẽda ſunt argumenta in contrarium.

Notandum. ❡Pro ſolutione primi argumenti, notandũ differentiam eſſe inter ſcitiam, ſapientiã, intellectum, fidem, & opinionem. Nam ſcientia eſt habitus concluſionis, productus per demonſtrationem. Vt ſi quis habeat ſcientiam huius. omnis homo eſt admiratiuus, ſic. Omne animal rationale eſt admiratiuum, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt admiratiuus. Illa concluſio habetur per ſcientiam, & cauſata eſt illa ſcientia per demonſtrationem De conditione eius eſt, quod ſit euidentia, nam euidens & lucidum eſt, hominem eſſe admiratiuum. qd ſcia

❡Sapientia, eſt habitus quo aſſentimus, & præmiſsis & cõcluſioni: & cõcluſioni ꝑpter præmiſſas vt conſtat ex Ariſto. 1. mag. moralium qui dicit, ſapientiam conſtare ex intellectu, & ſcientia. Et ſic. ſ. Tho 12. Q. 57. ar. 2. Licet ſecũdum aliam ſignificationem, ſapientia dicatur ſcientia: quæ de cauſis altiſſimis: vt eſt metaphiſica. Hinc vocamus ſapientes illos, qui ſcientiam habent præmiſſarum, & concluſionum ideſt aſſentiunt & præmiſsis, & concluſioni, & concluſioni ꝑpter premiſsas. qd ſapia Ariſto s. tho.

❡Intellectus dicitur habitus principiorum qui generatur ex notitiis terminorum. Et qa pręmiſſę ſunt velut principium concluſionis, hinc eſt quod ſapientia ex ſcientia, & intellectu conficitur. Sic Ariſtote. 6. Ethicorum Habitus principiorum eſt intellectus.

❡Fides aſſenſum dicit, certum quidem, in quo cum ſcientia conuenit: ſed tamen ineuidentem, in quo ab ea differt. Fides.

❡Opinio tamen dicit aſſenſum ineuidentem, in quo a ſcientia, & formidoloſum: in quo a fide differt. Opinio

❡Ad formam argumenti dicitur, illum non habere ſcientiam, neq; ſimpliciter cognoſcere, vel ſcire. Nam quandiu ſolum concluſioni aſſentitur, eo quod aliquis hoc dicat, quantumcunq; ſit magnæ autoritatis ſolum concluſionis habebit fidem, ſi ſit qui fallere non poteſt, neq; falli, vt Deus. Et ſi homo ſit, habebit opinionem: ſcientiam tamen minime, ~~neq; fidem~~. ad argumentũ in forma.

❡Ad ſecundũ. Cõceditur ita eſſe quod demonſtratio, quia, eo quod ex effectu ad cauſam, non ſcientiã cauſat: nec ſimpliciter ſcit qui aliquam concluſionẽ, quia, cognouit. Et ſic dicit Ariſto, in textu, ſolũ enim producit ad. 2.

udicium quodam ſimplex concluſionis, vt ſi ſic argumentetur. Omne quod calefacit eſt calidum, ignis calefacit: ergo ignis eſt calidus habetur huius concluſionis iudicium ſimplex, ſed non ſcientia, ſed quodāmodo experientia. Ratio eſt, quia qui talem habet concluſionem, ignorat vtrum ignis ſit formaliter calidus, vel virtute. Nam ſol etiā calefacit, & tamen non eſt in eo formaliter calor. Et multa alia calefaciunt, quę in ſe non habēt formaliter calorem. Ideo demonſtratio, quia, non cauſat proprie ſcientiam. Et ſic ly, quia, non dicit cauſam. ſed eſt coniunctio dicens hoc eſt tale. Et [redacted] proprius eſſet dicenda demonſtratio quod eſt, aut quale eſt: ꝙ, quia.

Ad. 3. ¶ In tertio argumento tangitur intelligētia illius ſententię Ariſto. ſępiſsimę allegata: ꝓpter vnūquodꝗ tale, & illud magis. S. Tho. 1 p. Q. 87. ar. 2. ad tertium. Et de veritate. Q. 10. ar. 9, dat varias limitationes, & Caie. Videtur tamen ſenſus eſſe, vt magiſter Soto in iſto loco in ſua Dialectica exponit: ſi aliquod prædicatum conueniat alicui, propterea quod idem aliquo modo conuenit alteri, magis atꝗ perfectiori modo conuenit alteri, propter quod conuenit huic: in genere cauſæ finalis. Vt ſi potio amara amatur propter ſanitatem, magis amatur ipſa ſanitas quia hoc quod eſt amari, conuenit potioni propter ſanitatem: magis cōuenit ipſi ſanitati. Sed non valet ſanguis minuitur ꝓpter ſanitatē, ergo magis minuitur ſanitas, quia illud prædicatum minui, non conuenit ſanguini, quia cōuenit ſanitati: nam eo ſanguis minuitur, vt ſanitas augeatur.

¶ In genere cauſę efficientis. Aqua eſt calida, quia ignis ei applicatus eſt calidus, ergo magis calidus eſt ipſe ignis. non tamē ſequitur, aqua eſt calida propter ſolem: ergo Sol eſt magis calidus, quia non prouenit a calore formali ſolis, ſed virtuali, ſolūm ſequitur calidior ^ altiori modo, quam aqua. ^ eſt solo

¶ In genere cauſæ formalis eſt exemplum Ariſto. 7. metaphiſi tex. 7. materia eſt ens, quia forma eſt ens, ergo forma eſt magis ens ꝙ materia. Sed tamen quia nix eſt alba ꝓpter albedinem, non quia albedo alba eſt, ſequitur quod ipſa ^ albedo ſit magis alba. ^ nix

¶ In genere cauſæ materialis. Quātitas eſt ſubiectum albedinis, quia nix eſt ſubiectū: ergo nix eſt magis ſubiectum, quia nix ſubiectum quod, & quantitas, quo.

¶ Ad formam argumenti dicendum, ita eſſe vt Ariſto. dicit, quia concluſioni propter præmiſſas, aſſentimus magis ipſis ꝑmiſsis. Intelligitur magis ideſt perfectiori modo, quia ipſę pręmiſſę eo quod ſint principia, altiori modo cognoſcūtur: licet non magis intenſſe Altiori (inquam) quia per aſſenſum qui eſt intellectus, qui habitus dicitur principiorum, & concluſio ipſa per habitum ſcientiæ. Et ex hoc etiam confirmatio ſoluitur, quia cauſa non impedita æqualem producit effectum, ob id cōcluſio ſic ſcitur & cognoſcitur, ſicut præmiſſę cognoſcuntur & ſciuntur, tamen altiori modo: licet non magis aſſentiamus præmiſsis, quam concluſioni. ad formā argumenti.

¶ Sed tamen hic oritur dubium, vtrum ſit verum abſolute quod præmiſsis magis aſſentiamus quam concluſioni, vel clarius, vel intenſsius?

¶ Sunt variæ opiniones. Nam quidam dicunt quod neceſſe eſt magis credere pręmiſſis quam concluſioni intenſsiue. Alli dicūt magis clare, alii certius. Sed tamen difficultatem ſoluit magiſter Soto, quatuor propoſitionibus, cuius ſententiā, nos paucis verbis hic ponemus.

¶ Principiis per ſe notis, vt ſunt. Dignitates Poſitiones, Suppoſitiones: certius & clarius aſſentimus: quam concluſionibus, quia qđ eſt per ſe tale, magis eſt tale: quam illud qđ propter aliud eſt tale, cū ergo principia ſint per ſe nota, & concluſiones per aliud, euidētius ipſis principiis aſſentimus, ꝙ concluſioni. 1. ꝓpoſitio.

¶ Secunda propoſitio. In cōcluſionibus q̄ probantur in ſciētia, ſi ex principiis plures probentur, illa quæ prior eſt: erit clarior, quā quæ poſterior, imo inter ipſa principia, vnū eſt alio clarius. Nam quodlibet eſt vel non eſt, euidentius eſt, quam ſi ab æqualibus ęq̄lia demas, quæ remanēt ſunt equalia. 2.

¶ Tertia propoſitio, Non ſemper eſt perceptibilis iſte exceſſus claritatis & certitudinis. Patet, in metaphiſicis Nam non percipimus quod clarius aſſentiamus. Omne animal rationale eſt riſibile: quā huic, omnis hō eſt riſibilis. Et quia doctores non percipiūt huiuſmodi exceſſum, fingunt neſcio quas gloſſas dicti Ariſto. 3.

¶ Quarta

¶ Quarta propoſitio. Non eſt neceſſe intẽſius aſſentire principiis: quam concluſioni. Nam dato clarius, eo quod claritas principiorum eſt alterius rationis, quam ſit ipſius concluſionis: ideo ſicut ęquiuoca cauſa non eſt neceſſe ſibi æqualem producat effectũ, poteſt eſſe maior claritas in ipſis principiis, quæ prouenit a notitia terminorum: quã ſit in ipſis concluſionibus. Tamẽ intenſio eſt eiuſdem rationis in præmiſsis, & in concluſionibus. Qua propter, non eo quod clari⁹: ſequitur quod intenſius ipſis principiis.

Ad. 4. ¶ Ad quartum & vltimum argumentum, quod tangit illam q̃ſtionem, quæ in primo ſen. diſputatur, vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum? Et quid ſit propoſitio per ſe nota? Breuiter relictis variis opinionibus pro illo loco, dicendum propoſitionem per ſe notã intelligi, quæ compoſita eſt ex talibus terminis: qui in quocunq; intellectu ſint, ſiue intuitiui, ſiue abſtractiui, talem euidentiam cauſabunt, obquod Alfonſum legere, non eſt p ſe nota propoſitio, quia in illo qui nõ habet notitiã intuitiuã, quod ego lego: non cauſabitur talis euidentia. Sicut nec Petrus eſt albus, eſt per ſe nota, licet apud me ſit euidẽs, quia video Petrum album: quia prędicatũ non eſt de eſſentia ſubiecti, tamen hęc homo eſt rationalis. &c. eſt per ſe nota, quia ſine aliq̃ notitia intuitiua, cognitis terminis, ideſt rebus ipſis: habeo euidẽtiam ~~quod ſic eſt~~, quia prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti. Et ~~ſic~~ quãdo dicit Ariſto. propoſitionem per ſe notã, cognoſci inquantum terminos cognoſcimus, neq; intelligit de notitiis intuitiuis, neq; de abſtractiuis, ſed de rebus ſignificatis: quas terminos vocat. ~~Et ſic ſufficienter reſponſum eſt argumento~~.

QVID DE OMNI, MODI per ſe, & quid vniuerſale. Capi. iiij.

7. Textus. CVm autem fieri nequeat vt id cui⁹ eſt abſolute ſciẽtia aliter ſe ſe habeat, id neceſſarium eſt profecto qđ cunq; ſciri demonſtratiua ſcientia poteſt. Ea vero demonſtratiua ſcientia eſt, quam demonſtrationem habendo habemus: ergo demõſtratio ex neceſſariis ratiocinatio eſt.

¶ Sumendum eſt igitur ex quibus, qualibus ve demonſtrationes conficiuntur. 8. Textus. Atq; primo quid de omni, quid per ſe: quid vniuerſaliter dicimus determinemus. Id itaq; de omni dicimus, quod nõ cuidam ineſt, cuidã nõ ineſt: neq; quod interdum competit, interdum nõ competit; vt ſi animal omni de homine dicitur, ſi verum eſt hunc dicere hominem, verum eſt eum & animal dicere: ac ſi nunc verum eſt alterum dicere, verum eſt & alterum dicere: & ſi in omni linea punctum ineſt, ſimiliter. Atq; huius ſignum eſt, id quod facimus. Hoc enim pacto inficiationes afferre, cum de omni interrogamur, ſolemus, ſicut de aliquo non dicatur, aut ſi interdum non inſit.

¶ Per ſe autem in ratione quid eſt dicente, ea quæ ſunt dicimus: vt triangulo linea, & lineę punctum ineſt: ex his enim ipſorum ſubſtantia conſtat, & hęc in ratione quid eſt dicente inſunt. ~~1. modus~~ 1. modus 9. Textus.

2. ¶ Et item ea, quorum in ratione, quæ quid eſt patefaciat, ea ipſa ſunt, quibus inſunt: quo pacto lineæ quidem rectũ & curuum ineſt, numero vero par, atq; impar: primum, atq; compoſitum: figuræ deniq; laterum æqualium, ac altera parte longius. Atq; in horum quidem deffinitione numerus, in illorum autem linea ineſt. Quæ igitur aut illo, aut hoc inſunt modo per ſe cuiq; competere dico. Quæ vero neutro modo competunt accidentia, qualiter animali muſicum, aut albũ competit. ¶ Præterea id p ſe dicim⁹ qđ nõ ſubiecto alio

dicit vllo : ambulare enim cum aliquid aliud ſit.q̃ quod ambulans eſt : & item album: at ſubſtantia & quæcunq; hoc aliquid ſignificant, cum non ſit aliud quicquam,id ſunt quod ſunt. Ea igitur quæ de ſubiecto non dicuntur per ſe,ea vero quæ de ſubiecto dicuntur accidētia voco

4.Modo. ¶ Inſuper alio modo, id quidem quod vnicuiq; per ſe competit, per ſe dicimus id autem quod hanc conditionem egreditur,accidens: veluti ſi ambulante quopiam corruſcauerit,id accidēs dicimus: non enim ob id ipſum corruſcauit,quia ambulauerit,ſed id dicimus accidiſſe: at cum iugularetur quiſpiam,mortem obierit,iugulationem ve,id per ſe dicimus, ob id ipſum enim q̄a iugulabatur mortuus eſt,ſed non accidit eum cum iugularetur mortem oppetiſſe.

Textus .10 ¶ Quę igitur in hiſce quę ſub ſcientia ſimpliciter cadunt,per ſe dicūtur, vel eo pacto vt ſint in prędicatis ſubiecta, vel eo rurſus,vt ipſa ſint in ſubiectis, & per ſe & neceſſario ſunt. Nam fieri non poteſt, vt non competant aut ſimpliciter hęc,aut eorum oppoſita: veluti lineæ rectum,aut obliquū, & numero par, aut impar. Eſt enim contrarium aut priuatio,aut contradictio genere in eodē,ceu par eſt id,quod eſt non impar in numeris, vbi ſequitur. Quare neceſſe affirmare aut negare eſt,neceſſe eſt & ea quæ per ſe inſunt competere. Id igitur quod de omni,& id quod per ſe dicimus,hoc ſit modo determinatum.

Textus.11. ¶ Vniuerſaliter autē id cōpetere dico, quod de omni dicitur & per ſe,atq; hoc plane quo ipſum eſt. Patet igitur ea neceſſario rebus ineſſe,quæ ipſis vniuerſaliter competunt. Atq; per ſe & hoc quo ipſum eſt eadem eſſe dico : veluti lineæ per ſe punctum ineſt,rectumve,ea nā-q̃ ratione qua linea eſt,& triāgulo quo triangulus eſt recti dico per ſe enim triāgulus tres duobus rectis æquos. Tunc autem quippiam vniuerſaliter ineſt,cū de quouis & primo oſtēditur : velut æq̄les duobus rectis habere,non vniuerſaliter figurę ineſt, de figura licet duobus rectis angulos æquos habere liceat oſtēdere:at non de quauis figura, nec oſtendens, figura quauis vtitur:quadratum enim eſt quidem figurā, non tamē tres duobus rectis æquos habet. Is etiam 1.Iſocheles. triangulus qui duorum æqualium laterum eſt omnis quidem duos rectis tres æquos habet,at non primus,triangulus enim prior. Qui igitur primus his duobus rectis ęquos habere vel quoduis aliud demonſtratur,ei primo vniuerſaliter id competit, & demonſtratio per ſe eius vniuerſaliter eſt: cæterorum vero quodammodo,non per ſe:nec eius vniuerſaliter eſt,qui duorum eſt ęqualium laterum,ſed ſuperat, & ad plura ſe ſe extendit.



Gloſſa.

Hæc eſt tertia pars principalis primi libri, in qua Ariſ. poſtq; in præcedentibus docuit quid ſit ſcientia, & quid demonſtratio: in iſto capitulo oſtendit, ex qualibus præmiſsis fiat: q̄ pars extenditur per 8.ca. vſq; ad.11 & in primis duobus capitulis, exponit quid ſit dici de omni,& quid eſt dici per ſe: & quid eſt dici vniuerſaliter. In quatuor ſequentibus declaratur,ex quibus propoſitionibus conſtituatur demonſtratio propter quid, & quia.

¶ Hoc capitulum iuxta Comentatoris diuiſionem,cōtinet textus quinq;. In primo tex. huius capituli Ariſto. oſtendit demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum, procedentem ex neceſſariis,quam probat, ex eo, quod impoſsibile ſit id cuius ſcientia habetur, aliter In 1 textu.

ſe

ſe habere, atq; ob id neceſſarium erit. Con-
cluſio neccceſſaria non poteſt concludi, niſi
ex neceſſariis, tanq; ex propriis cauſis. Dixi
tanq; ex propriis cauſis, quia neceſſaria be-
ne poteſt ſyllogiſſari ex contingentibus, &
ex falſis vt valet. Omne animal eſt non vi-
dens, talpa eſt animal: ergo talpa eſt non vi-
dens. Tamen illa maior non eſt cauſa cõclu
ſionis, quia & ſi non eſſet falſa, nihilominus
ipſa eſſet vera concluſio, ideo non eſt cauſa:
tamẽ neceſſarium ſi ex aliquo tanq; ex cau-
In 2 textu. ſa, oportet id ſit neceſſarium.
¶ In ſecundo textu qui eſt. 8, in ordine, ex-
plicatur quid ſit dici đ omni. Et primo Ariſ.
contendit neceſsitatem propoſitionis con
ſiſtere, in iſtis tribus. ſ. quod prædicatum reſ
pectu ſubiecti dicatur de omni, & de per ſe,
& vniuerſaliter.
¶ Quantum ad primum. Duplex eſt dici de
omni ſ. prioriſticum, & poſterioriſticũ, (vt
nos adduxim⁹ in prima parte Dialecticę qñ
Dici de om-ni poriſticũ. de ſyllogiſmis agebam⁹). Dici de omni prio
riſticum eſt, quãdo prędicatum ſic affirma-
tur de ſubiecto: vt nil ſit ſubſumere ſub ſub-
iecto, de quo non affirmetur prędicatum, ſi
ue fuerit prędicatio contingens, vt in iſta,
omnis homo eſt albus, vel neceſſaria. Vt
omnis homo eſt diſciplinabilis, de quo in
tractatu ſyllogiſmorum dictum ęſt.
Dici đ omni poſterioriſti. ¶ Dici de omni poſterioriſticum, eſt prędi-
cari de omni ſuppoſito ſubiecti, pro quoli-
bet tempore. Vt omne animal rationale eſt
diſciplinabile, omnis homo eſt animal ratio
nale, &c. & hoc eſt quod ait Ariſ. quod non
cuidam ineſt, cuidam non ineſt: neq; inter-
dum competit, interdum non competit. Vt
ſi diſciplinabile dicitur de omni homine, de
quocunq; eſt verũ dicere quod eſt homo, eſt
verum etiã dicere quod eſt diſciplinabilis.
Et qñ dicit Ariſto, in omni linea ineſt punc-
ctum, i de omni linea prędicatur punctũ, in
telligitur, ideſt omnis linea continuatur, &
terminatur punctis. Et ſic de quocunq; eſt
verum dicere quod eſt linea, eſt verum dice
re quod punctis terminatur. Et ſic (vt ait Al
bertus) vniuerſalitas ſuppoſitorum, requiri
tur propter formam ſyllogiſmi: & vniuerſa
litas temporis, propter neceſsitatem mate-
rię demonſtrationis.
Corolariũ. ¶ Ex iſtis ſequitur, non cõuerti de omni di-
ci, & propoſitio vniuerſalis. Quia dici de om
ni, eſt conditio prędicati, & non propoſitio-
nis. Secundo, quia ad hoc quod dicatur de
omni poſterioriſtice, non eſt neceſſariũ pro
poſitio ſit vniuerſalis, nam tan de omni eſt
hęc, homo eſt riſibilis, ſicut hęc: omnis ho-
mo eſt riſibilis: imo gratia doctrinę, vtendũ
eſt indiffinitis: loco vniuerſalium.
¶ Hic non diffinitur dici de nullo poſterio-
riſtice, quia Ariſto. loquitur de demonſtra-
tione potiſsima, qualis affirmatiua eſt. Sed
tamen poteſt proportionabiliter ſic diffini-
ri, vt de nullo dici ſit: quando prædicatũ ne-
gatur de ſubiecto, pro quolibet ſuppoſito, &
pro quolibet tẽpore, vt nulla qualitas eſt q̃n
titas, nullus hõ eſt lapis. &c. Et ſic Ariſto. ait
quod hæc, omnis hõ vigilat, non dicitur de
omni quia non dicitur pręedicatũ pro quoli-
bet tẽpore, de ſubiecto. Nec hęc oĩs figura,
habet tres angulos ęq̃les. &c, quia nõ ꝓ om
ni ſuppoſito dicitur cũ nõ cõueniat q̃drato.
¶ In textu, 9, declaratur, quid ſit prędicatũ 4. modi dicẽ
de per ſe. Ponit Ariſto, quatuor modos dicẽ di per ſe.
di per ſe: de quibus etiam. 5. meta, tex. 2 3. 1.
Primus modus, quando ly per: dicit cauſam
formalem, & quia forma intrinſeca rei, eius
diffinitio eſt: illa propoſitio eſt in primo mo
do dicendi per ſe, cuius prędicatum eſt de
intrinſeca ratione ſubiecti, ideſt diffinitio,
vel pars eius. Vt homo eſt animal rationale,
& homo eſt animal, & homo eſt rationalis.
Et Ariſto ponit exemplum, vt ſolet in ma-
thematicis, vt triangulo ineſt linea, & lineæ
punctum. Per ineſſe intelligit prędicari, licet
non intelligat: quod linea prędicetur de triã
gulo in recto, ſed in obliquo, quia triangu-
lus eſt figura tribus conſtans rectis lineis, ſi-
cut linea ẽ longitudo ſine latitudine, & pro
funditate: cuius partes punctis continuãtur
& terminãtur.
¶ Secundus modus dicendi de per ſe eſt il- 2.
la propoſitio cuius ſubiectum eſt in diffini-
tione prædicati, vt homo eſt riſibilis, & om
nis illa in qua propria paſsio prædicatur de
ſuo ſubiecto. Nam proprium diffinitur per
ſuum ſubiectum, vt riſibilitas eſt aptitudo
hominis, ad ridendum. Et hoc dicit Ariſto.
iſtis verbis. Ea dicuntur ſecundo modo per
ſe, in quorum ratione quęquid eſt, patefacit
ſunt ipſa ſcilicet ſubiecta, quibus inſũt talia
prędicata, ſicut lineę rectum, & curuũ & nu
mero par & impar.

¶ In iſto ſecundo modo de per ſe, vt ex exẽplis Ariſto. licet coniectare, ly per: dicit cauſam materialem, quæ etiã eſt intrinſeca, nã ſubiectum intrat diffinitionem paſsionis: tã ꝙ materialis cauſa, in qua recipitur ipſa paſſio, ſicut cum dicimus aquilinitas eſt, naſi curuitas.

3. ¶ Tertius modus per ſe, eſt, eſſe non in alio ſicut Petrus: & tandẽ omnis ſubſtantia, quia per ſe ſtat: dicitur per ſe, & dicit ea eſſe per ſe, quę de ſubiecto nullo dicuntur. Sed oportet intelligas, non eo modo quo in antepræ dicamentis: quia ſic ſecundę ſubſtãtiæ, non eſſent in tertio iſto modo de per ſe, cum dicantur de ſuis indiuiduis quidditatiue, & eſſentialiter, ſed intelligit de ſubiecto nullo dici, vt accidens. Et iſte modus tertius, quia & incõplexorum, late differt ab aliis duob⁹ qui ſunt cõplexorum. Licet Egidius romanus intelligat ſolum de per ſe iſto tertio modo: ſubſtantiam primam. Egidius romanus.

4. ¶ Quartus modus de per ſe eſt, quando effectus prędicatur de ſua cauſa propria, vt iugulat⁹ interiit: quia iugulatio eſt ꝓpria mortis cauſa. Et iſte modus opponitur effectui per accidens, quando non intenditur: vt ponit ipſe exẽplũ, me ambulãte corruſcat, aut edificator theſaurũ inuenit. Primi duo modi ſunt per ſe prędicandi, tertius eſſendi: q̃rtus cauſandi, & non inconuenit quod ſecundus coincidat cum quarto, quia ſubiectum per diffinitionẽ, eſt cauſa paſsiõis: velut materialis & eſt (vt inſinuat Albertus) in quarto modo: quia eſt cauſa per ſe prędicati. Vt hæc Animal ratiõale eſt riſibile cuius ſubiectum exprimit cauſam prędicati. Albertus.

¶ In tex. 10. applicat modos per ſe, ad vſum demõſtrandi. Eſt difficilis litera Ariſto. q̃ ſic habet, (vt tranſfert Boetius) q̃ ergo dicũtur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe, ſic ſunt, ſicut in eſſe prędicantibus, aut ineſſe propter ipſa. S. Tho gloſſat ſic, in demõſtratiõe vbi paſsio concluditur de ſubiecto, (q̃ cõcluſio eſt ſimpliciter ſcibilis), concluſio eſt in ſecũdo modo dicendi per ſe. Et item in quarto quia ſubiectum eſt per ſe cauſa paſsionis & ſic gloſſat, aut ineſſe propter ipſa. Et ſic putat, quod in his: ſolum ſecundus & q̃rtus modus, deſeruiũt quoad concluſionẽ. Sed tamẽ Themiſtius & Lyncomẽs. putãt, ſolũ duos modos primos: deſeruire, & Albert⁹, & alii dicunt omnes: de quo magiſtri Soto ponatur ſententia, in iſto loco breuiter per propoſitiones. Boetius. S. Tho. Themiſtius

¶ Prima propoſitio. Vbi paſsio cõcluditur de ſubiecto, per eius diffinitionem, cõueniunt primus ſecundus & quartus modus, quia in hac. Omne animal rationale eſt diſciplinabile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt diſciplinabilis, tres illi conueniunt modi, quia minor eſt in primo modo, & concluſio in ſecundo: & maior eſt in quarto: cum ſubiecti diffinitio, ſit cauſa. Hęc eſt de mente. S. Tho in iſto loco, lectione. 13. 1.

¶ Secunda propoſitio. Vbi ſecunda paſsio mõſtratur de ſubiecto, per primam paſsionem, concluſio & minor, ſunt in ſecũdo modo: & maior in quarto. Vt hic, omne admiratiuum eſt riſibile, omnis homo eſt admiratiuus: ergo omnis homo riſibilis eſt. 2.

¶ Tertia propoſitio. Vbi diffinitio materialis de diffinito demõſtratur, per formalem, aut finalem: concluſio & minor in ſecundo & maior in quarto ſic. Quicunq; vindictam appetit, & accenſsionem ſanguinis patitur circa cor. Irat⁹ vindictam appetit: ergo iratus accenſsionem patitur circa cor. Concluſio & minor, ſunt in primo modo, & maior in quarto. quia diffinitio formalis, eſt cauſa diffinitionis materialis. Et tandẽ hic mod⁹ quartus de per ſe, conſtituitur in omni genere cauſarum, etiam in materiali. Vt hic, domus conſtructa ex lapidibus & lignis pulchra eſt, ſubiectum eſt cauſa materialis prædicati. 3.

¶ Notandum ad intelligentiam literę, q̃d dupliciter poteſt conſiderari propria paſſio, q̃dam enim eſt accidẽs, qd' cum ſuo ſubiecto conuertitur. vt riſibile cum homine. Et eſt alia, quæ ipſa ſimplex non cõuertitur cum ſuo ſubiecto: ſed diſiunctum ex illa, & ſuo oppoſito. Vt curuum vel rectum, cum linea: par, vel impar, cum numero. Et iſte propoſitiones vt numerus eſt par, vel impar, tã neceſſariæ ſunt: ſicut iſta, homo eſt riſibilis

¶ In textu 11. exponit, quid ſit vniuerſale, ſeu vniuerſaliter dici: pro cuius declaratione ſciendum, iſtos tres terminos, dici de omni, & per ſe, & vniuerſaliter: ſe habere, ſicut ſuperius: & inferius. Omne enim vniuerſale eſt per ſe, & non econtra: & omne per ſe, eſt In. 11. tex.

eſt de omni: & non e conuerſo. Hæc. Omne animal eſt coloratum; eſt de omni poſterioriſtico, nam prędicatum cõuenit omni ſuppſito ſubieſti, pro omni tempore, & c ſaltim naturaliter. & non eſt de per ſe, quia color: non eſt de intrinſeca ratione animalis, neq; propria paſsio eius. Et in hac omnis homo eſt ſenſibilis, prędicatum dicitur de omni, & per ſe, & non vniuerſaliter, quia ad hoc qđ vniuerſaliter prędicatum, de ſubiecto dicatur in pręſentiarum: requiſitum eſt, qđ ſubiecto conueniat de per ſe primo. Et quia licet ſenſibile homini conueniat, in quãtum animal eſt, non tamen conuenit per ſe primo, in quantum homo eſt. Quia in quãtum homo per ſe primo rationalis eſt, & ſenſibilis dicitur eo, quia animal eſt. Et tandem ad dici vniuerſaliter in pręſentiarum, requiritur mutua conuertentia, vt. ſ. tale prędicatũ omni & ſoli ſubiecto cõueniat, aut ſaltin ſit proximum genus proprię ſpeciei, vt homo eſt animal.

¶ Ex iſtis declaratur litera Ariſto. vt vniuerſaliter ſit, quod de omni dicitur & per ſe, atq; hoc plane quod ipſum eſt, ex quo infert propoſitiones illas eſſe neceſſarias, in quibus prędicata dicuntur de omni, & de per ſe: & vniuerſaliter.

¶ Deinde dicit in textu, atq; per ſe: & hoc quod ipſum eſt, eadem eſſe dico. & c. Nõ eſt ſenſus, quod ſunt idẽ ſicut homo, & homo: ſed ſicut ſuperius, & inferius. Homo & animal. Sicut exemplo probat ipſe dicens, punctum per ſe lineæ ineſt, rectum ve: ſed ea ratione, qua linea linea eſt, ex punctis cõſtat, qđ ẽ in primo modo per ſe: ſed quod ſit recta vel curua, ad ſecundum modum. Sed qa hæc prædicata cõueniũt ei conuertibiliter fit vt ei conueniant per ſe, & ſecundũ quod ipſum.

¶ Concludit Ariſto. in textu, demõſtrationem debere fieri ex talibus propoſitionibꝰ neceſſariis, quarum prædicata per ſe primo conueniãt ſubiectis: ob id prius oportet demõſtrare quod triangulus tres habeat angulos, ęquales duobus rectis: deinde de iſochele quod habeat. Nam quia primo conuenit illa paſsio triangulo, conuenit iſocheli. Sicut paſsio animalis, debet probari de animali per ſuam diffinitionem, deinde per animal de ſpeciebus animalis. Et ſic etiam ſeruandum in propriis paſsionibus, q̄ ſunt ſecundę, vt primo ſecunda demõſtretur de prima per ſuam diffinitionem, & deinde de ſubiecto per primam. Vt omne animal qđ cognito effectu cauſam ignorat eſt riſibile, omne animal admiratiuum eſt huiuſmodi: ergo omne animal admiratiuum, eſt riſibile Et poſt, omne animal admiratiuum eſt riſibile, omnis homo eſt animal admiratiuum: ergo omnis homo eſt riſibilis. Admiratio enim cauſa riſus eſt, in hoc ſenſu Nam cum riſus ex gaudio repẽtino, & illud ſit repẽtinum cuius cauſam ignoramus, aut quod aliquam affert nouitatem, aut quod ſubito occurrit: ſequitur quod riſibilitas proueniat ex admiratione, & admiratio ex eo qđ non omnia cognoſcimus neq; ea quæ cognoſcimus: ſimul habemus: ſed per ſucceſſum & diſcurſum.

CAPITV. QVINTVM.
De deceptione circa vniuerſale.

Textus.


OPortet autem non lãtere, errorem perſępe fieri, & non eſſe id quod oſtẽditur primum vniuerſale, q̄madmodum eſſe videatur. Decipimur autem hac deceptione, cum aut præter ſingulare, vel ſingularia nihil eſt, quod accipiatur ſuperius: aut eſt quidem, ſed nomine caret in diuerſis ſpecie rebus, aut eſt in parte totum id de quo demõſtratur. Parti namq; accõmodabitur q-dem demõſtratio, & de qualibet erit: at tamen non erit huius primi vniuerſaliter demonſtratio, ac huiuſce primi quatenus primum eſt demonſtrationem dico: cum eſt primi vniuerſaliter. Textus. 12.

¶ Si igitur quiſpiam oſtenderit rectas duas lineas non concurrere, inter quas Textus. 13.

eadem in parte ſunt anguli recti, ex rec
ta linea ſecante illas oborti: huius ex eo
demonſtratio proprie videbitur eſſe, qa
ſic in omnibus angulis rectis eſt, verum
non eſt: quippe cum id fiat non ex eo,
quia ſic ſint illi anguli duobus rectis ęq,
ſed ex eo quia quouis modo duob9 ęq
ſint rectis.

Exēplū primi. Tex. 13. ¶ Et ſi nullus alius eſſet triangulus quã
hiſce, qui duorum ęqualium laterũ eſt,
huic vt duorum eſt ęqualium laterum
angulos ęquos duobus rectis habere cõ
Exēplū. 2. petere videatur. Et ſimilitudo rationũ
mutato ordine numeris vt numeri: line
is vt lineę, ſolidis vt ſolida, temporibus
deniq; vt tempore ſunt, competere vi-
detur, quemadmodum ſeorſum olim
oſtendebatur: quod tamen vna demõſ
tratione de omnibus demõſtrari poteſt
ſed quia non ſunt quippiam vnum hæc
omnia nomine certo vocatum, numeri
inquam, longitudinis, tempora, ſolida-
q;, atq; differunt inter ſe ſpecie, ideo ſeor
ſum ſumebantur: nunc autem vniuerſa
liter hoc demonſtratur. Non enim hiſce
vel vt lineę ſunt, vel vt numeri, ſed vt
hoc quod quidem vniuerſaliter his ineſ
ſe cunctis ſupponitur competit.

¶ Quo circa ſi quis vnumquẽq; trian-
gulum, eum inquam, qui ex ęqualibus
omnibus, & eum qui ex omnibus ineq̃
libus & item eum qui e duobus ęquali-
bus lateribus conſtat, aut vna, aut alia



ſenſum demõſtratione, tres ęquos duo
bus rectis habere oſtenderit: nondum
is profecto triangulum ſcit duobus rec
tis ęquales habere, niſi eo ſciendi modo
quem ipſi more ſuo ſophiſtę proffiten
tur: neq; de triangulo vniuerſaliter id
pręcipit: & ſi nullus ali9 pręter iſtos triã
gulus eſt, non enim id iſtis vt trianguli
ſunt, nec omni triangulo ratione formę
ſed numeri ineſſe cognouit: tamẽ ſi nul
lus triangulus eſt, quem ipſe non ęquos
duobus rectis tres habere ſciat.

¶ Quando igitur non ſcit vniuerſaliter,
& quando ſimpliciter ſcit, manifeſtum
eſt. Enimuero ſi eadem eſſet trianguli
ratio, & duorum ęqualium laterũ trian
guli: cæterorumq; triangulorum, de-
monſtratio: aut cuiq;, aut omnibus ęq̃
ſine vllo diſcrimie accõmodaretur: vt pa
tet. Cum vero non ſit eadem, ſed diuer
ſa: treſq; anguli duobus rectis ęquales:
hoc cuiq; competere quo quiſq; triãgu-
lus eſt, non ſcit hiſce ſimpliciter qui dic-
to modo demonſtrat.

¶ Patet autem, vtrum illi competat vt
triangulus eſt, an vt duorum ęqualium
laterum: & quando per hunc competit
primum, & cui9 eſt vniuerſaliter demõ
ſtratio. Nam ei competit vt tale eſt, cui
cęteris ſublatis competit primo, veluti
laterum duorum æqualium ęneo trian
gulo, competent anguli duobus rectis
ęquales: at ęre ſublato, vt non ſit ęneus
etiam competent. Et item laterum ęq̃li
tate duorum ſublata, vt non ſit duorũ
ęqualium laterum, at non competent
ſublata figura, vel termino: ſed non pri
mis ipſis ſublatis. Quo igitur primo
ſublato non competent, triangulo: per
hunc enim & cęteris competunt, & hu
ius eſt vniuerſaliter demonſtratio.

Gloſſa.


IN iſto. ca. 5. Ariſto. probat adhuc quod dixerat in p̃cedenti. ſ. quod vniuerſaliter dici ſit, p̃dicatum dici per ſe primo de ſubiecto. & primo oſtendit quomodo errare contingat demonſtrando, tanq; vniuerſale id quod non eſt vniuerſale.


¶ In

¶In primo textu qui eſt 12 in ordine dicit, quod tripliciter contingit deceptio in aſsig natione vniuerſalis· aut quando paſsio quæ per ſe primo conuenit ſuperiori, aſsignatur inferiori, aut ſingulari ipſius. Vt ſi ſolis hominibus exiſtentibus in mūdo, ſenſibile demonſtretur de eis.

¶Aut ex eo contingit deceptio, quod licet ſint plures ſpecies, aut ſingularia· non tamē eſt impoſitum nomen cōmune illius generis. Vt ſi generi animalium non eſſet impoſi tum nomen cōmune, & hac de cauſa ſenſibile probetur ſeorſum de hominibus, & de equis, & de aliis ſpeciebus.

¶Senſus deceptionis tertio modo eſt, quādo propria paſsio quę per ſe primo cōuenit alicui rationi, aut diffinitioni vniuerſali, attribuitur alicui particulari: quæ licet ſecundum rem conuertatur cum ſuperiori, tñ ſecundum rationem eſt inferior, & pars eius. Et ponit Ariſto. exemplum. (Si igitur quiſpiam), & quia exemplum ponit in lineis paralellis, quarum propria paſsio eſt: nunq̄ cōcurrere. Diffiniūtur ſic, lineæ paralellę ſunt quōmōcunq̄ a recta linea incidantur. ſiue ad perpendiculum, vel tranſuerſaliter: conſtituūt duos angulos aut rectos, aut rectis ęquales. Si perpēdiculariter. Patet in hac figura. a b. nam cum ad perpendiculum cadat, ſemper conſtituit duos rectos æquales, cum lineis paralellis. ſi vero tranſuerſaliter, tunc duos conſtituit angulos duobus rectis ęquales: vt patet in figura. a. b. ſunt hic duo anguli duobus rectis ęquales, quia quantū dēptum eſt angulo a. additum eſt. b. ſi ergo quis demonſtret ſic, omnes duę lineę rectę inter quas in eadem parte ſunt anguli recti, ex linea recta perpendiculariter ſecante illas oborti: nunq̄ concurrent. Lineę paralellę ſunt huiuſmodi: ergo Hęc videtur ꝓpria demonſtratio ſed non eſt. Quia licet maior de omni & de per ſe, demonſtatio non eſt propria (quippe cum id fiat) ideſt lineas nō concurrere contingat, (non ex eo) ideſt nō ex illa particulari ratione. Quia tales lineæ faciunt angulos illo modo particulari rectos, ſed ex eo quia quouis modo faciunt ęq̄les duobus rectis: ſiue linea ad perpendiculum cadat, ſiue tranſuerſaliter. Quia hæc eſt paralellarum diffinitio adęquata. Et ideo maior deberet hæc eſſe. ſ. omnes lineę rectę






interquas in eadē parte, ſunt āguli recti, vel duobus rectis æquales, non concurrūt. &c. Et hoc dicit Ariſto. in iſto tertio modo deceptionis eſt in parte totum quod demonſtratur, quia perinde fieret ſi ſumeretur alia pars diſiuncti diffinitionis paralellarum. Et quia totum diſiunctum cum parte conuertitur: dicit quod totum eſt in parte. Et tandem licet quacūq̄ parte ſumpta diffinitionis ſequatur quod non concurrēt lineę: non erit demōſtratio: niſi maior aſſumat totam & adequatā paralellarum diffinitionem.

¶In textu. 13. (& ſi nullus alius) ponit exēplum primi modi deceptionis, ſi non eſſet in mundo triangulus niſi iſocheles, & ſic qs de illo ſolum demōſtraret habere tres angulos ęquales duobus rectis: eſſet deceptio, qa illa paſsio, licet omni iſocheli cōueniat: ſed tamen non per ſe primo, ſed triangulo primo: đinde iſocheli, quę eſt vna ſpecies eius.

¶(Et ſimilitudo rationem) in hac ſecunda parte textus ponit exemplū ſecundi modi deceptionis, vt ſi paſsio generis ſpeciebus tribuitur. quia non eſt nomen impoſitū generi. Vt ſi ſenſibile primo de equo & homine demonſtretur, non eſt per ſe primo. Et ſi canibus & lupis eſſet genus commune. per quod ab aliis ſpeciebus animalium differūt: & non eſt nomen impoſitum, paſsiones illius demonſtrentur ſeorſum, de canibus & lupis.

¶Ponit aliud exemplum Ariſto. in triangulis. Pro quo notādum tres ſpecies eſſe triū laterum æqualium & vocatur iſopleuros, & omnium inęqualium vocatur ſchalenos, & duorū ęqualiū vocatur iſocheles. Si quis inquit, vnica demonſtratione de iſtis tribus ſpeciebus demonſtrauerit habere tres. &c. peccabit in aſsignatione vniuerſalis: quia talis paſsio non conuenit per ſe primo ſpeciebus, ſed generi. ſ. triangulo: fiat vnica demonſtratione ſic, omnis figura rectilinea trium angulorum, habet tres angulos. &c. Sed iſopleuros iſocheles & ſchalēos, eſt figura rectilinea: ergo iſopleuros, ſchalenos, & iſocheles: habet tres āgulos æquales duob⁹ rectis. Hæc cōcluſio non eſt magis per ſe primo, quam ſi ſeorſum copulatiue eadem paſſio prædicaretur de ſingulis ſpeciebus. Qui ergo ita ſcit, ait Ariſto. ſophiſtico modo ſcit quia licet ſciat omnem triangulum habere

Iſopleuros.



Iſocheles.



Schalenos.



tres

tres.&c,id tamen ſolum ſcit ratione nume-
ri,ideſt quia numerauit ſingulas ſpecies: nõ
tamen demonſtrauit de illis ſecundum ra-
tionẽ communem trianguli, cui primo con
uenit illa paſsio.
¶ In ſecunda parte tex.14.ponit documẽ-
tum,quo quis cognoſcat quando prędicatũ
per ſe primo conueniat ſubiecto. Et eſt quã
do prędicatum conuenit ſubiecto vt dem-
ptis & circũſcriptis quibuſcũq; alijs, adhuc
conuenit illi: & illo dempto non conuenit
alteri,tali conuenit per ſe primo. Et per con
ſeq̃ns vniuerſaliter tali ſubiecto. Vt in hac,
triangulus habet tres angulos ęquales duo-
bus rectis:prędicatum per ſe primo conue-
nit ſubiecto,quia licet illud prędicatum con
ueniat iſocheli & iſocheli ęneo,ideſt ex ære.
Nihilominus etiam ſi non ſit ęs, & non ſit
angulus iſocheles:adhuc triangulus, habet
tres angulos.&c & quãuis figurę q̃ eſt gen⁹
triãguli & termini ideſt lineis terminat⁹.ex
quibus componitur figura, conueniat habe
re tres angulos ęquales duobus rectis, hoc
conuenit tamen ratione trianguli. Nã dem
pto triangulo, nulla erit figura habens tres
angulos ęquales duobus rectis. Itaq; habere
tres angulos ęquales duobus rectis ratione
trianguli conuenit inferiori ſpeciei ſ. Iſo-
cheli,& ſuperiori generi.ſ. figurę:& ſic per
ſe primo triangulo conuenit. Hęc quantum
ad textus declarationẽ neceſſaria.

QVAESTIO VNICA
Circa textum.

QVęritur circa tex. vtrũ
illa q̃ poſita ſunt in eo,
recte Ariſto tradide-
rit. Et videtur quod nõ
1. primo contra illam dif
finitionem dici de om-
ni poſterioriſtice, quia
in iſtis omne animal ra
tionale eſt riſibile, omnis homo eſt animal,
omnis homo eſt riſibilis,& ſimilibus prędi-
catum dicitur de omni poſterioriſtice,quia
de omni ſuppoſito ſubiecti, & pro quolibet
tempore:& tamen iſtę non ſunt ſimplicirer
neceſſariæ,quia ſupernaturaliter poſſunt eſ
ſe falſę,imo erant falſę,ante mundi creatio-
nem:quia erant propoſitiones affirmatiue,
de ſubiectis non ſupponentibus.
¶ Secundo principaliter contra illud.ſ. qđ 2.
in primo modo dicendi per ſe eſt,quãdo p̃-
dicatum eſt diffinitio vel pars diffinitionis
ſubiecti. Tunc ſequeretur quod hęc. Riſibile
eſt homo. eſſet in primo modo dicendi per
ſe.& ſimiles Patet,quia prędicatur pars dif
finitionis, de diffinito, quia in diffinitione
proprię paſsionis:ſubiectum intrat, (vt ſu-
pra diximus) ſed hoc eſt falſum, cum ſint in
directę prędicationes, & inordinatę.
¶ Tertio principaliter contra illa, q̃ in ſecũ 3.
do modo dicta, ſubiectum non eſt de diffi-
nitione proprię paſsionis:ergo male dictum
eſt. Patet, quia propria paſsio eſt de genere
qualitatis,accidens quodã, ergo diffiniri de
bet quidditatiue,per genus & differentiã in
trinſecam:ergo non per ſuum ſubiectum.
¶ Quarto contra quartum modum, omnes 4.
propoſitiones quarti modi ſunt ſimpliciter
accidentales: ergo non cõnumerantur be-
ne,inter modos dicendi per ſe. Patet maior
de iſtis:medicus ſanat,ędificator ędificat, q̃
ſunt contingentes,& accidentales, & tamẽ
in quarto modo dicendi per ſe.
¶ Quinto & vltimo ſic,illi q̃tuor modi ſunt 5.
poſiti vt ſub illis omnes compręhenderẽtur
propoſitiones neceſſarię, ſed ſunt aliquę ne
ceſſarię ibi non cõpręhẽſſę: vt ſi Petrus cur
rit Petrus mouetur, ſi Sol lucet dies eſt.
¶ In contrarium eſt autoritas Ariſto. ponẽ In cõtrariũ
tis ſolum illos quatuor modos dicendi per
ſe,iam numeratos.
¶ Concluſio eſt affirmatiua, ſufficiẽter po- Ad q̃ſtionẽ.
ſitos eſſe:nam de omni re eſt verum dicere
quod conuenit ei eſſe per ſe,vel per accidẽs
& conſeq̃nter conuenit ipſis terminis ſigni
ficantibus res. Et tunc vel conuenit per ſe
quantum ad eſſe,vel quantum ad ineſſe,qđ
eſt prædicari: vel quantum ad efficere, ſeu
cauſare. Si ſolum quantum ad eſſe, ſic eſt ter
tius modus de per ſe poſitus, ſi quantum ad
ineſſe vel prędicari per ſe:tunc vel prædica
tur diffinitio vel pars, & ſic eſt primus mo-
dus. Vel propria paſsio de ſubiecto,& ſic ſe
cundus modus,aut per ſe cauſandi,& ſic eſt
quartus modus, Qui poteſt in quatuor gene
ra cauſarum extendi, tamen Ariſto. ſolum
poſſuit exemplum in vna Ad argumenta q̃
rem declarant deueniamus.

¶ Ad

ad primum. ¶Ad primum, nonnulli reſpondent, in illis verbum abſoluẽdum a tempore, ad hoc qđ ſint neceſſariȩ propoſitiones, & faciant ſenſum de omni. Vt hæc omne animal rationale eſt riſibile, valeat poſsibiliter eſt riſibile. Sed tamen Ariſto. non ſic intellexit, ob id dicendum, quod in illis & ſimilibus, extrema ſupponunt naturaliter. quod eſt dicere, quando prædicatum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti: verbum ſolum notat ſimplicem conexionem extremorum. Et ſic omnis homo eſt animal, eſt ſenſus: natura hominis eſt quod ſit animal: quod verum erat ante mũdi creationem, [illegible] ſic docet Ariſto. vocans eam & ſimiles, neceſſarias propter conexionem extremorum.

ad. 2. ¶Ad ſecundum argumentum, aliqui dicũt iſtam riſibile eſt homo, poni reductiue in ſecundo modo per ſe: quia iſta homo eſt riſibilis, directe ponitur: & ſic de ſimilibus, & qa homo ẽ animal, eſt in primo modo, animal eſt homo, erit reductiue in primo modo. Verum melius eſt dicere tales indirectas prȩdicationes, non eſſe in aliquo modo dicendi per ſe: quia ex indirectis, non conſtat demõſtratio. Et ad formam argumenti dicendũ quod in primo modo dicendi per ſe, ſolum ponitur propoſitio in qua prædicatur diffinitio, aut pars diffinitionis de diffinito: dũ modo prȩdicetur ſub illa forma, qua res diffinitur: ſecundum exigentiã ſuæ propriȩ naturȩ. Et ſic quia accidentis eſt ineſſe in alio, diffinitur in abſtracto: in cuius diffinitione, ſubiectum ponitur tanq̃ quid extrinſecum, a quo tale accidens depẽdet. Et ideo hȩc, riſibilitas: eſt hominis aptitudo ad ridendum eſt in primo modo per ſe: ſed riſibile eſt homo aptus ad ridendum, non eſt ſimpliciter in tali modo: quia indirecta eſt. Quia tũc p̃dicatum non eſt de diffinitione ſubiecti, ſecundum exigentiam ſuæ naturȩ: ſed ſolum ſecundum exigentiam talis ſignificationis, ſ. in concreto.

ad. 3. ¶Circa tertium argumentum notandum, differentiam eſſe inter accidentia propria, & cõmunia: quia hæc eo quod nullum ſibi ſubiectum determinant, quod peculiariter denominent: ſolum diffiniuntur per genus proprium, & differentiam intrinſecam: ſed propria paſsio, ſemper certum ſubiectũ denominat: vt ſimitas, proprium ſubiectũ habet naſſum, & remotum hominem. Et ſic p̃ ſubiectum diffinitur, ſimitas eſt cauitas in naſſo. Sic illud genus cauitas, non contrahitur ad eſſe ſimitatis, niſi quia naſsi eſt. Nõ tamen repugnat, quin tales paſsiones habeãt aliquas intrinſecas qualitates: per quas poſſint diffiniri, ſed nobis ignotȩ ſũt. [illegible] ad formam argumenti: quando dicis, p̃pria paſſio eſt de genere qualitatis: tranſeat, ergo diffiniri debet quidditatiue per genus & differentias. Nego cõſeq̃ntiam. Quia licet hoc ſit verum de accidente communi, nõ tamẽ de accidẽte proprio, quod quia denominat ſubiectum proprium, per ſuum ſubiectum diffiniri valet: licet poſset etiam per ſuã differentiam, ſi nobis eſſet nota.

¶Adquartum. Doctores negant has propoſitiones medicus ſanat, ȩdificator ȩdificat: eſſe ſimpliciter in quarto modo, quia ſunt accidentales. Sed illȩ in quibus prædicatum dicit aptitudinem, ſunt in quarto modo: vt medicus eſt potens ſanare, ȩdificator ȩdificare. Quod ſi qs obiiciat, quod hæc erit in ſecundo modo, quia potentia ſanãdi eſt propria paſsio medici, & artis. Reſpõdetur, qđ omnis propoſitio quarti modi, eſt etiam ſecundi modi, quia inquantum dicit perſeitatem cauſæ, eſt in quarto modo: & inquantũ dicit perſeitatem prȩdicationis, eſt in ſecundo modo. Verum contra iſtum modum reſpondendi, eſt Ariſto. autoritas qui ponit in quarto modo non aptitudines: ſed actuales effectus. Vt iugulatus interiit. Et ideo aliter dicendum videtur, (vt ait magiſter Soto in ſolutione ad 6, in hac q̃ſtione), Accidentaliter dupliciter accipitur: vno modo vt opponitur modo per ſe prædicandi, alio modo vt opponitur modo per ſe cauſandi. Propoſitio quarti modi eſt, de per accidens, primo modo; quia prȩdicatum non eſt de intrinſeca ratione ſubiecti: ſed tamen eſt de p̃ ſe cauſalitate, quia effectus deſignatus per prædicatum per ſe ſequitur ex cauſa ſignificata, per ſubiectum. ad. 4. inſtantia ſoluitur 2

¶Reſpondetur ad quintum, illam conditionalem eſſe neceſſariam, neq; vult Ariſto. in illis quatuor modis de per ſe, omnes includere propoſitiones neceſſarias ſed ſolum illas quȩ neceſſariȩ ſunt ex intrinſeca ratione, & extremorum conexione. Nam illȩ ſolũ ſunt aptȩ ad demõſtrationem. Sed aliȩ p̃poſines ad. 5.

quæ

quæ neceſſarię ſunt ex ſuppoſitione: vt ſi ſol lucet dies eſt. &c. ſi hō eſt, rationalis eſt. &c. Hę non pertinent ad demonſtrationem, ſed ſolum ad ſyllogiſmum dialecticum. Sed tamen iſtæ omne album eſt coloratum, quicquid currit mouetur, licet ratione ſignificati materialis ſint accidentales: ratiōe tñ formalis, ſunt per ſe & eſſentiales. Sicut albedo eſt color, & curſus eſt motus; & ſic aptę ad demonſtrationem.

QVOD DEMONSTRATIO, EST, EX NECEſſARIJS & PER ſE PROPOſITIONIBUS.

Capi, ſextum.

Textus.15. SI igitur demonſtratiua ſcientia ex principijs eſt neceſſarijs, quod enim quiſpiam ſcit, id fieri nequit vt aliter ſe ſe habeat
In.1.MO. Ea vero quę per ſe reb9
In.2.MO. inſunt, neceſſario competunt. Nam q̄dam inſunt in eorum quibus cōpetunt ratione, q̄dam in ſua res eas habent de quibus dicuntur: quorum alterum oppoſitorum inſit neceſſe eſt, patet ex talibus quibuſdam ratiocinationem cōſtare, omne namq; quod ineſt, aut hoc pacto, aut per accidens competit: accidentia vero non ſunt neceſſaria.

Textus.16. ¶ Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium ſupponatur, demonſtrationē neceſſariam eſſe: & ſi demonſtratū ſit q̄ppiam, fieri non poſſe vt illud ſe ſe habeat ſecus. Ex neceſſarijs ergo cōſtare demonſtratiuā ratiocinationem oportet. Etenim fit, vt & non demonſtrans ratiocinetur ex veris: at aut ex neceſſarijs quiſq; niſi demonſtrans ratiocinationē conficiat, non fit. Id enim ipſum iā demonſtrationis proprium eſt.

¶ Signo etiam illo patet, demonſtrationem e neceſſarijs eſſe, nā inficiationes aduerſus eos qui demōſtrare putāt, negationem neceſſitatis inferre nos conſueuimus, aut putātes omnino fieri poſſe quo res aliter ſe ſe hēant, aut diſputationis cauſa contendentes.

¶ Ex quibus etiam patet ſtultos eos eſſe profecto, qui principia bene ſumere putant, ſi probabilis ſit ꝓpoſitio atq; vera, vt ſophiſte, ſcire enim ſcientiam habere eſt: non enim ideo propoſitio principium eſt: quia probabilis, aut non probabilis eſt: ſed quia prima eſt ipſius generis, circa quod ſit demonſtratio. Et verum non omne proprium eſt.

¶ Atq; demonſtratiuā ratiocinationem ex neceſſarijs eſſe oportere, ex hiſce patet: nam ſi non eſt iſte ſciens qui non habet eius rationem propter quid eſt, cui9 eſt demonſtratio: atq; fieri poteſt, vt. a. quidē ipſi. c. neceſſario cōpetat: mediū autem. b. per quod illud eſt demonſtratum, non ſit neceſſario: is plane qui talē ratiocinationem extruxit, non ſcit ꝓpter quid eſt, quippe cum illud ob ipſum medium non ſit: nam ipſum quidē fieri poteſt, vt non ſit, concluſio autem eſt neceſſaria. Textus.17.

¶ Præterea ſi quis nunc neſcit, rationē habens, & ſaluus re ſalua eſt, neq; oblitus eſt: is neq; prius ſciebat. Quod ſi medium non eſt corruptum, fieri vero poteſt vt corrumpatur: id quod accidit, erit poſſibile atq; contingēs: ſed vt is ſciat qui ſic ſe habet, fieri minime poteſt.

¶ Cum igitur concluſio neceſſaria eſt: nihil prohibet mediū non neceſſarium eſſe, per quod fuit probata. Fieri namq; poteſt, vt neceſſarium ex non neceſſarijs etiam concludatur: perinde atq; fit, vt verum ex falſis concludatur. At cū medium eſt neceſſariū, concluſio quoq; Textus.18.

neceſſaria

neceſſaria eſt:quemadmodum & ex ve
ris infertur ſemper concluſio vera:nan
tam ipſi.b.q̃.a.b.ipſi.c.neceſſario com
petat:igitur &.a.neceſſe eſt ipſi compe-
tere.c. Verum fieri nequit,vt cum con-
cluſio non eſt neceſſaria,medium neceſ
ſarij ſubeat rationem. Inſit enim.a.non
neceſſario ipſi.c. ſi igitur.a.ipſi.b.&.b.
ipſi.c,competere neceſſario dixeris:&.a
profecto ipſi.c.competere neceſſario cō
cedas oportet. At ipſi competere nō eo
pacto ſupponebatur.

Textus.19 ¶Cum igitur id quod demonſtratiue
quiſpiam ſcit, neceſſarium oporteat eſ-
ſe,conſtat per medium quoq; neceſſa-
rium demonſtrationem eius illum ha-
bere oportere: vel neſcit illud profecto,
aut propter quid neceſſario ſit, aut qđ
ſit:ſed aut ſeſcire arbitratur,quod neſcit
ſi ſcilicet neceſſarium quod neceſſarium
non eſt,eſſe putet:aut nec ſcire arbitra-
tur: ęquo diſcrimine ſane, ſiue quod ſcit
aliquid per media:ſiue cur ſit aliquid, p
medijs vacātia ſciuerit.

¶Eorum autem quę nō per ſe,eo quo
determinata ſunt ea quæ per ſe compe-
tunt modo, accidunt, demonſtratiua
ſcientia non eſt:non enim fit, vt neceſſa
rio concluſio demonſtretur. Fit enim,
vt accidens ipſum non inſit: de tali nam
q̃ accidente loquor.

¶Quamq̃ fortaſſe quiſpiam dubita-
uit,cuius nam gratia de his hęc interro-
gare oportet, ſi concluſionem eſſe ne-
ceſſe non eſt. Nihil enim refert ſi quiſ-
piam quæuis interrogans, deinde con-
cluſionem dicat. At enim interroga-
re oportet, non vt per interrogata ne-
ceſſarium quicq̃ ſequatur: ſed quia di-
cere neceſſe eſt ei, qui illa dicit, & vere
dici,ſi competant vere.

Gloſſa.

IN iſto capitulo & tribus ſe
quentibus Ariſto. conten-
dit probare,ex quibus pro
poſitionibus cōſtet demō
ſtratio propter quid,& po
tiſsima ,& probat conſta-
re ex per ſe. & proprijs:qa
ex neceſſariis.

¶In primo textu qui ex.15.in ordine pro- Textus.15.
bat hanc concluſionem, demonſtratio eſt
ex neceſſariis:per hoc quod eſt ex propoſi-
tionibus per ſe.

¶Facit Ariſto. hunc ſyllogiſmum. Omnis
demonſtratio eſt ex propoſitionibus neceſ-
ſariis, ſed propoſitiones neceſſarię eædem
ſunt quæ per ſe:ergo omnis demōſtratio eſt
ex propoſitionibus de per ſe. Et ſic maior ē
totum illud. (Si igitur demonſtratiua ſcien
tia ex principiis eſt neceſſariis,) & minor ē
illa.(Ea vero quæ per ſe rebus inſunt, neceſ
ſario competūt). Quam probat,quia q̄dam
ſunt in eorum ratione quibus competunt,
vt ſunt illa quę in primo modo dicendi per
ſe,quędam vero in ſua ratione includūt eas
res,ſcilicet ſubiecta ea, de quibus prędican-
tur:quæ ſunt in ſecūdo modo. Et addit,quo
rum alterum oppoſitorum inſit,neceſſe eſt,
propter proprias paſsiones diſiunctas,ſcili-
cet par vel impar,rectum,vel curuum:quo-
rum alterum de neceſsitate ineſt ſubiecto,
(vt ſupra diximus)& ſic infert cōcluſionē.

¶In textu.16.probat Ariſto,quomodo ad Textus.16.
demonſtrationem non ſufficit quod proce
dat ex veris:vti ſophiſta agit.Sophiſtam vo
cat dialecticum, qui ex probabilibus & ve-
ris,ſyllogiſſatur:ſed demonſtrat minime.
Ait enim eos ſtulte agere,qui hoc putāt, qa
principium demonſtrationis non eſt, niſi ꝓ
poſitio immediata,prima ſaltin in illo gene
re. Quod dicit, eo quod non eſt neceſſariū
ad hoc quod quis habeat ſcientiam,quod re
ſoluat vſq; ad prima principia ſimpliciter:
ſed vſq; ad prima infra limites illius ſciētiæ.
Vt primum principium in Geometria eſt,a
quolibet puncto in quodlibet lineam duce-
re. Etiam ſi illud probet philoſophus natu-
ralis, per hoc quod inter duo puncta, opꝫ
mediū dare ſpaciū,& ſic cōcludit, qđ nō oē
verū eſt ꝓpriū:ſed verū & neceſſariū & p ſe

¶In

Tex.17. ¶ In.17. tex. rurſus reuertitur ad probandum demonſtrationem procedere ex neceſſariis principiis. Quod probat, quia concluſio demonſtrationis, oportet ſit neceſſaria. Et ob id pręmiſſę debēt eſſe neceſſarię, Nā detur, a, ipſi. c. neceſſario ineſt, quia eſt concluſio neceſſaria: omne. c. eſt. a Mediū autem. b. per quod demonſtratur cōcluſio, detur non neceſſarium, videlicet aut ambas has, omne. b. eſt a. & omne. c. eſt. b. vel alteram, tunc non ſciet concluſionem, quia nō eſt poſita cauſa. Quia cum antecedēs ſit cōtingens, & conſeq̄ns neceſſarium. poteſt eſſe concluſio vera, ſine veritate antecedentis: & ſic antecedens non eſt cauſa conſequentis.

¶ Secundā rationem ponit ad idem in ſumma ſic, qui ex falſis ſyllogiſſatur neceſſariā concluſionem, non demonſtrat, neqꝫ ſcit ꝓpter quid: ergo nec ex illis qui ex veris, non neceſſariis. Quia impertinēs eſt, contingēs eē corruptū nec ne: qa ſi nō ē corruptū, pōt corrūpi manēte cōcluſiōe neceſſaria vera & ſic cōtingēs nō eſt cauſa ꝯōis neceſſarię.

¶ Ponit quatuor eſſe in cauſa, vt quis nunc non ſciat quod ante ſciebat, vel quia oblitꝰ eſt medii per quod ſciebat, aut quia ſciens mortuus eſt, aut quia obiectum ſcientię aliter ſe habet, aut ſi quis obliuiſcitur concluſionis.

¶ Ponit in tertia parte huius textus, tres cōcluſiones. Prima. Non inconuenit in aliquo ſyllogiſmo, cōcluſionem eſſe neceſſariā: pręmiſsis non exiſtentibus. Quia neceſſarium ſequitur ex non neceſſario. Tamen nō erit demonſtratio.

¶ Secunda, ſi medium ideſt præmiſſę ſunt neceſſarię concluſio erit neceſſaria, alias antecedens poteſt eſſe verum & conſequens falſum.

¶ Tertia, ſi concluſio ſyllogiſmi non eſt neceſſaria, pręmiſſę non erunt neceſſarię: hæc ex ſecunda ſequitur, nam ſi pręmiſſę eſſent neceſſarię, antecedens poſſet eſſe verum: & conſeq̄ns falſum, Item quia ſi præmiſſę ſunt neceſſarię, etiam concluſio erit.

Textus.18. ¶ In iſto. 18. tex. concludit tanqꝫ recapitulando ſuppoſitum. ſ. quod ſi cōcluſio demōſtrationis eſt neceſſaria, neceſſarium eſt per medium, ideſt pręmiſſas neceſſarias procedat, Et dicit quod illorum quæ ſunt de per accidens, non eſt ſcientia: quia talis propoſitio, cum non ſit neceſſaria: poteſt eſſe falſa. Et ſubiungit ſe loqui, de accidente ſeparabili, ne quis putet eum loquutū de propriis paſsionibus. Nam de illis poteſt eſſe ſciētia, quia faciunt propoſitiones per ſe in ſecundo modo de per ſe.

¶ In fine ponit Ariſto. differentiā, inter dialecticum, & demōſtratorem: penes hoc, qđ qui demonſtrat vtitur neceſsitate conſeq̄ntiæ, & principiorum, & infert ex hac neceſsitate concluſionem: ſed dialecticus, ſolum altera. ſ. neceſsitate conſequentię, ideo interrogat de contingentibus: vt ſi aliqua cōcedatur, etiam concedatur quæ ex ea ſequitur. Vt ſi quis concedat, quod homo currit: inferat ergo homo mouetur.

DEMONSTRATIONEM ex ijs quæ per ſe ſunt & ex perpetuis eſſe.

Capi. vij.

Textus.19 CVm igitur ea quæ per ſe inſunt, neceſſario circa vnumquodqꝫ competant genus, & vt tale eſt quodqꝫ, patet demōſtrationes ipſas ſcientiarum effectrices de his eſſe, quæ per ſe competūt, & ex talibus extrui atqꝫ conſtare: accidentia namqꝫ non ſunt neceſſaria: quare non ſit, vt neceſſario concluſio propter quid eſt ſciatur: neqꝫ ſi ſemper ſit, non autem per ſe ſit: quod ita eſſe, declarant eæ ratiocinationum: q̄ per ſigna cōficiuntur: id enim quod eſt per ſe: non per ſe quiſquam ſciet, neqꝫ ꝓpter quid eſt. Scire autem propter quid eſt, nihil aliud eſt, quam per cauſam ſcire: per ſe ergo tertio medium, & medio primum ineſſe oportet.

Tex.20. ¶ Non igitur fieri poteſt, vt ex alio genere quiſquam in aliud trāſiēs quicquā demonſtret:

demonſtret: veluti concluſionem Geo-
metricam Arithmetica demonſtratiõe:
tria namq; ſunt, quę in demonſtrationi
bus inſunt vnum id quod demonſtra-
tur ineſſe: hoc autem eſt id, quod alicui
per ſe generi competit: aliud dignitates:
dignitates autem ea ſunt, ex quibus fit
demonſtratio: tertium eſt genus ipſum
ſubiectum, cuius effectus accidentiaq;
per ſe demonſtratio patefacit.

¶ Fieri igitur poteſt, vt ea quidem ſint
eadem, e quibus fit demonſtratio: at q̃-
rum genus diuerſum eſt, vt Arithmeti-
cę Geometrięq;, in hiſce fieri nequit, vt
ad quę magnitudinibus accidunt, Arith
metica demonſtratio accõmodetur, niſi
ſint ipſæ magnitudines numeri: hoc au
tem vt in quibuſdam fieri poteſt, poſte
rius explicabitur. Arithmetica vero de-
monſtratio, ſemper in ſe genus id habet
circa quod ipſa verſatur: cęterěq; ſimili-
ter: quare, ſi tranſire migrareq; debeat
demonſtratio, aut idem genus ſimplici-
ter, aut aliqua ex parte idem neceſſe eſt
eſſe: ſecus vero patet fieri non poſſe. Ex
eodẽ enim genere ipſa extrema & me-
dia, neceſſe eſt eſſe: nam ſi non ſint per
ſe, accidentia erunt profecto.

¶ Quo circa fieri non poteſt, quo Geo-
metria contrariorum vnam ſcientiam
eſſe, vel duos cubos cubum eſſe, demõſ
trat: aut alia quęuis ſcientia, id quod ad
aliam pertinet, niſi in hiſce quæ ſic inter
ſe ſe habet, vt altera ſub altera colloce-
tur: quo pacto tam ad Arithmetitã mu-
ſica quam ad Geometriã perſpectiua ſe
habet.

¶ Neq; ſi quid lineis ineſt, non vt lineæ
ſunt, propriorũq; ratione principiorum
Geometria demonſtrat: veluti ſi pul-
cherrima linearum ſit linea recta: aut ſi
ſe habeat ad circunferentiam contrario
modo: non enim hęc ratione proprij ge
neris ipſarum, ſed cuiuſdam communis
competunt.

¶ Patet autem, ſi propoſitiones ex qui Textus. 21
bus fit ratiocinatio vniuerſales ſint, ne-
ceſſario concluſionem quoq; perpetuã
eſſe demonſtrationis talis, & demõſtra
tionis omnino: non eſt igitur eorũ quæ
intereunt demõſtratio, neq; ſciẽtia ſim-
pliciter: ſed tanq; per accidens: quia non
eſt ipſius vniuerſaliter, ſed aliquo in tem
pore, & quodam etiam modo atq; cũ
eſt concluſio corruptibilis, neceſſe eſt al
teram propoſitionem & non vniuerſa-
lem & caducam eſſe: caducam: quoniã
eſt & ipſa concluſio talis, cum eſt illa ta-
lis: non vniuerſalem: quoniam quodam
non erit eorum, quæ ſubiecti ſubeũt ra
tionem: quare fieri nequit vniuerſaliter
ratiocinatio: ſed hoc in tempore tãtum.

¶ Similiter res ſe ſe habet & in diffinitio Tex. 22.
nibus ipſis: quippe cũ diffinitio aut prin
cipium demonſtrationis ſit, aut demon
ſtratio poſitione differens, aut quędam
demonſtrationis concluſio.

¶ Patet etiam demõſtrationes atq; ſciẽ
tias eorum q̃ ſępe fiunt, vt Lunæ de-
fectiones, & huiuſcemodi rerum, quo
quidẽ ſunt tales, hoc eſſe ſemp: quo ve-
ro nõ ſunt ſemp, hoc eſſe particulares.

¶ Cum autem pateat fieri nõ poſſe: vt Textus. 23.
quidq; demõſtretur, niſi ſuis qdq; prin-
cipijs, ſi id quod demõſtratur rei cõpetit
nõ vt eſt illa, non ſane quippiam ſcitur,
etiam ſi ex veris & indemonſtrabilib9,
medioq; vacãtibus oſtẽdatur. Fit. n. vt
quippiã pinde oſtẽdatur: atq; Briſo qua
dratione oſtẽdit. Huiuſcemodi nãq; ra-
tiões p cõmũe quodã oſtendunt, quod
& alij competet: qua propter & ad alias
res non propinquas ipſę rationes accõ-
modantur. Igitur res non vt illa eſt, ſed



per accidens ſcitur :nõ enim & ad aliud genusdemonſtratio accommodaretur. Tunc autem vnũquodqꝫ non per accidens ſcimus,cum per id cognitionẽ conſequimur,per quod competit, ex principiis illius quæ ratione eſt illud: velut: cũ duobus rectis æquales habere,ei ſcimus competere,cui per ſe competit id ipſum ex principiis. Quare ſi illud competit ei per ſe cui competit, medium neceſſe eſt in eadem eſſe propinquitate.

¶ Quod ſi non ſit ita,at perinde erit,at qꝫ cum muſica per Arithmeticam demonſtratur. Atqꝫ talia demonſtrantur quidem ſimiliter ,differentia tamen eſt. Nam ipſum quidem eſſe ad aliam ſcientiam attinet.Subiectum enim genus diuerſum eſt:ipſum autem propter quid, ſuperioris nimirum eſt,cuius per ſe ſunt ipſi effectus. Quare patet ex hiſce fieri non poſſe,vt demonſtretur quidquam, niſi ex ſuis quidqꝫ principiis:ſed horum principia habent commune.

¶ Quod ſi id conſtat,patet fieri nõ poſſe quiſquam proprium principiorũ vt demonſtrationem exhibeat.Erũt enim illa omnium principia, & ipſorum ſcientia domina omnium erit. Etenim is ſcit magis, qui ſuperioribus ex cauſis ſcit: ſcit enim tamen ex prioribus, cum iis e cauſis ſcit,quæ non effectus ſubeunt rationem:quare ſi magis ſcit,& maxime: & ſi eſt illa ſcientia,magis profecto maximeqꝫ ſcientia eſt.

¶ Demõſtratio vero ad aliud genus nõ accõmodatur, niſi eo modo quo tã ad demõſtrationẽ facultatis machinarum extruẽdarũ vel ad perſpectiuas Geometricę:qꝫ ad muſicã Arithmeticæ demonſtrationes accõmodantur, vt diximus.

¶ At vero difficile admodum ſe ſe percipere eſt quempp am, ſi ſciat nec ne. Eſt enim difficile cognoſcere,ſi ex principiis vniuſcuiuſqꝫ ſciamus nec ne: qđ quidem eſt ſcire. Putamus antem ſæpe numero ſcire,ſi ex veris quibuſdam primis ve ratiocinationem habemus. Id vero non eſt ita,ſed oportet ipſis primis eſſe propinqua.

Gloſſa.

IN iſto.ca,7.qui diuiditur in.5 textus,repetit & confirmat concluſionẽ ꝓpoſitã.ſ oẽm demonſtrationẽ eſſe ex ꝓpoſitionibus per ſe,& ſubiungit,quod ꝓcedit ex propriis & addit, quod procedit ex perpetuis.

¶ Probat quod ex per ſe procedit qđ illa q̃ ſunt per ſe, in vnoquoqꝫ genere ſunt neceſſaria,ſed procedit demonſtratio ex neceſſariis:ergo procedit ex per ſe. In textu.19

¶ Subdit,(Neqꝫ ſi ſemper ſit, ſi non per ſe ſit:cadit ſub ſcientia.&c.)quod eſt dicere quãuis præmiſſæ neceſſario concludant aliquam concluſionem, ſi non ſunt per ſe: non faciunt propriam ſcientiam : vt ſi quis demonſtrauerit,omne mixtum eſſe corruptibile,quia experimur illud: hoc eſt a ſigno & non a cauſa. Qua propter non habetur ſcientia illius concluſionis,haberetur tamẽ, ſi ſic fieret.Omne compoſitum ex cõtrariis corrumpi neceſſe eſt,ſed omne mixtum eſt compoſitum ex contrariis :ergo omne tale corrumpetur.Et concludit Ariſto. quod ad hoc quod concluſio ſimplicitur ſciatur.

(Debet tertio medium, & medium primo:per ſe ineſſe,&c.) Ac ſi diceret,ideſt debet eſſe per ſe tam minor,vbi medium de minori extremitate,qꝫ maior: vbi maior de medio vt contingit in prima figura.

¶ Non igitur fieri.&c.)probat Ariſto.ſecundã concluſionẽ.ſ.demonſtrationẽ procedere ex propriis principiis:quia nec ex alienis alterius ſcientiæ,neqꝫ ex cõmunibus. Et quia ex propriis,dicit non contingit trãſire de genere in genus,quia Arihmetica nõ In tex.20.

vtitur

vtitur demonſtratione Geometrica.

¶ Conſequenter probat, quod nō procedit ex cōmunibus. Et ſupponit tria eſſe in demonſtratione, primum: id quod demonſtratur ineſſe, & hoc eſt quod per ſe ineſt generi, ideſt ſubiecto alicuius ſcientię. Vt ſunt ꝓprię paſsiones. Secundum, in demonſtratione eſt dignitates, & principia cōplexa: per quæ procedit talis ſcientia. Tertium eſt genus ipſum, ideſt ſubiectum: cuius paſsiones demonſtrãtur. Vt in Geometria, quantitas continua, & in Arithmetica, numerus.

¶ Subiectum ſcientię vocatur genus, quia non de qualibet ſpecie eſt alia, & alia ſciẽtia ſed de vno genere, vna ſcientia. Vt de animali, vna & de q̃ntitate continua, vna: cuius plures ſunt ſpecies Et de diſcreta vna, cuius etiam ſunt plures.

¶ Fieri igitur poteſt. &c.) probat nullam ſcientiam ex alienis probare. Pro quo oportet notare, quod ſubiecta ſcientiarum ſe poſſunt habere in triplici differentia. Vel ſubiecta ſunt ex ęquo genus diuidẽtia: vt eſt Geometria & Arithmetica: quia continuũ & diſcretũ, ex ęquo genus diuidunt. Secundo modo eſt ſubiectum vnius inferius, ad ſubiectũ alterius. Vt eſt in ſcientia de animali, & ſciẽtia de homine. Et ſcientia de triangulo & de Iſochele. Tertio modo quando ſubiectum vnius eſt inferi⁹ accidentaliter, ad ſubiectũ alteri⁹. Vt Geometria & perſpectiua, Arithmetica & Muſica: cuius ſubiectum muſicæ, quia numerus ſonorus eſt, accidentaliter inferior ad Arithmeticę. ſ. ad numerum.

¶ Primo modo ſcientię ſunt diuiſæ, & ſi vna vteretur alterius principiis diceretur tranſire de genere in genus, ſed ſecundo & tertio modo contingit, & ſic poteſt de ſuperiori ad inferiorem tranſitus contingere.

¶ Format ergo ſic rationẽ. Illa ſcientia non poteſt demonſtrare ex principiis alterius ſcientię, cum qua non cōmunicat in genere ideſt ſubiecto: ſed ſcientię diuerſę quarum vna alteri non ſubalternatur non communicat in ſubiecto: ergo in talibus vna non poteſt demonſtrare, ex principiis alterius. Et inſinuat maiorem, (Fieri igitur pōt. &c.) Ideſt poteſt contingere, vt in aliquibus ſciẽtiis, eadem ſint principia. Vt eſt in ſubalternãte, & ſubalternata, Sed in Arithmetica, & Geometria: fieri non poteſt.

¶ Et poſito quod in ſubiecto, neq; in parte ſubiecti cōmunicãt, probat quod non communicabũt in aliis duobus. ſ. dignitatibus, neq; in paſsionibus: quę demonſtrantur.

Quod probat ibi (Ex eodem enim in genere ipſa extrema & media. &c.) Ac ſi diceret, medium & extremitates, debent eſſe eiuſdem generis: quia medium debet eſſe diffinitio ſubiecti: & ſubiectum eſt minor extremitas, & eius paſsio eſt maior extremitas vt contingit in iſto ſyllogiſmo. Omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale. ergo omnis homo eſt riſibilis, Et ex iſtis tribus debent conſtare dignitates, diffinitio, & paſsio: debent per ſe conuenire ſubiecto. Vt ſi quis in Geometria vellet probare, omnem triãgulum habere tres: ſumeret pro medio triangulum ęneũ: ſuppoſito omnis triangulus eſt ex ęre, ſic. Omnis figura ænea habet tres angulos ęquales duobus rectis, & omnis triãgulus eſt figura ęnea ergo. Tunc vteretur principiis alienis, quia illa paſsio per accidens ineſt medio, & medium per accidens ineſt ſubiecto.

¶ Quo circa fieri. &c.) oſtẽdit exemplis concluſionem propoſitam, quia Geometra non probat contrariorũ eã eſſe ſcientiã quia hoc ad dialecticũ, nec duos cubos cubũ facere: quia ad Arithmeticã. Ad intelligendũ ſecundũ exẽplũ de cubo. Cubus in continua q̃ntitate, eſt corpus omniũ laterũ ęqualiũ. Vt taxillus, vel teſara. Cubus dicit corpus. In numeris datur ſupficialis numerus ſolum, & eſt ille qui cōſtat ex ſui ipſius multiplicatione. Vt bis duo faciunt 4, quaternarius eſt numerus ſuperficialis: & ter tria, 9. eſt etiam ſimiliter. Sed ſi rurſus dicerem ter tria ter, faceret. 27. eſſet cubus. Bis duo duo faciunt. 8. eſt numerus cubus: qui conſtat ex ductu numeri, bis multiplicati. Et iam non ſuperficialis vocatur, ſed ſolidus. Et ſic cubus. In cubis continuis, ex duobus non fit cubus. Vt ſi ponas duos taxillos, fit corpus altera parte longius. Si tamẽ quatuor apponas aliis quatuor, ex. 8. fit cubus: ſic in numeris ex duobus cubis, non ſemper fit cubus. Vt 16. ſunt duo cubi q̃a duo octonarii, & nō fit cubus. Si tñ duos cubos iungas multiplicãdo vnũ per aliũ, ſemp

Numer⁹ cubus.

fiet cubus. Vt. 8. eſt cubus, &. 27. eſt cubus, multiplicando vnum per alium. Ex iſtis cõ ſtat. 216. qui eſt cubus, cuius radix eſt 6. nã ſexties. 6. ſunt. 36. & rurſus ſexties. 36, ſunt 216, & qui eſt cubus numerus, & radix eſt ſolum. 6. Probat ergo Ariſto ingenioſe nõ pertinere ad Geometram, probare duos cubos facere cubum: ſed eſt illi extranea, & ꝓpria Arithmetici.

¶ Neq́ ſi quid lineis. &c.) ponit exẽplũ quomodo non ſolum ſcientia non debet vti principiis alienis: ſed neq́ accidentibus impertinentibus ſui ſubiecti. Sicut muſica de numero ſonoro, non debet de eo in quantum delectabilis tractare.

Textus. 21 ¶ In tex. 21. tertiam concluſionem, ſcilicet quod demonſtratio eſt eorum quæ ſunt perpetua, & incorruptibilia probat, Et facit virtualiter hanc cõſequẽtiã, ſi pręmiſſæ ſunt perpetuę & neceſſarię, concluſio erit perpetua. Si antecedens eſt neceſſarium, cõſeq̃ns eſt neceſſarium. Et quia ſunt de omni poſterioriſtice, ideſt vniuerſales: nõ intereũt ſed ſunt perpetuę. Et ſi concluſio eſt corruptibilis, neceſſarium eſt aliquam pręmiſſarum eſſe caducam, & non vniuerſalem

In. tex. 22. ¶ In tex. 22. (Similiter res ſe habet. &c.) ſubdit perinde res ſe habere in diffinitionibus, atq́ in concluſionibus ſcibilibus. Quia diffinitio non eſt corruptibilium, ideſt ſingularium: ſed ſpecierũ inquantum ſunt vniuerſalis. Non enim primo diffinitur Ioãnes ſed homo: quia eo quod homo eſt animal rationale, & Ioannes eſt talis. Imo & propriũ ſimiliter, primo reſpicit ſpeciem: & ſecũdo indiuidua ſpẽi. Et cõtrario mõ accidentia cõmunia primo reſpiciunt indiuidua.

¶ Probat diffinitionem non eſſe corruptibilium, quia demõſtratio corruptibiliũ non eſt: quia diffinitio aut eſt principium demõſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens, aut demonſtrationis concluſio.

¶ Quod probatur, quia cum diffinitio explicet rei cauſam, loq̃ndo de diffinitione qd rei: poteſt explicare quoduis quatuor generum cauſarum, & vna diffinitio per aliam poteſt demonſtrari. Finis eſt prima cauſarum, quæ mouet agentẽ: & agens formam producit, & materia ſecundum formæ exigentiã diſponitur: & ſic materialis diffinitio a priori per formalem & formalis, per efficientem, & efficiens per finalem, & ſic de primo ad vltimum, materialis & formalis: per finalem. Vt diffinitio materialis domus eſt quod ſit compoſita ex lapidibus & lignis: formalis quod ſit habens quadrati formam, ex iſtis poteſt dari domus diffinitio. Vt ſit compoſitum ex lapidibus & lignis, quadrati habens formam. Quando ergo ꝓbatur hanc eſſe domum, per alteram diffinitionum: tunc diffinitio eſt demonſtrationis principium, vt ſic, quicquid ex lapidibus & lignis recte componitur, in forma quadrati, a frigore defendit, ſed domus eſt huiuſmodi: ~~ergo~~. [redacted] vna eſt demonſtrationis principium, & alia eſt concluſio demonſtrationis. Vel a priori materialis demonſtretur, per finalem. Quicquid eſt ad nos protegendum a frigore, ex lapidibus & lignis debet conſtare, ſed domus eſt ad hoc: ~~ergo~~. Si tamen ex vtraq́ diffinitione, materiali, & formali vna fiat totalis diffinitio: tunc ipſa diffinitio eſt demonſtratio: poſitione differens, ideſt diſpoſitione differens. Quia ibi ponitur virtualiter medium, & concluſio: hoc ſolo excepto, quod non ſunt tres propoſitiones diſpoſitæ in modo & figura. Et ſic ſequitur, quod quandoquidem diffinitio eſt pars demonſtrationis, ipſa de corruptibilibus non ſit: ſicut neq́ demõſtratio.

¶ Cum autem pateat. &c.) hic Ariſto. Textus. 23. probat non recte probari ex communibus principiis, veluti briſo non proprie demonſtrabat circuli quadraturam, ex communibus principiis. De qua Ariſto, in prædicamento ad aliquid dixit, non eſſe ſcientiam inuentam illius ſcibilis. Briſo ad inueniendam ſcientiam, vtebatur hac ratione: vbi eſt maius & minus, eſt & æquale. Sed deſcripto circulo dabitur intra quadratum, minus: & extra quadratum maius: ergo poterit dari æquale. Ait Ariſtote. quod hæc demonſtratio, non recte procedit: quia non ex propriis Geometriæ principiis: cuius eſt quadrare circulum. Cuius ſubiectum eſt, quantitas continua: & principium etiam eſt, quantitatis diſcretæ. Et ſic tale non conuenit illis rebus, inquantum ſunt quantitates continuæ: & ſic eſt de per accidens. Nam eſſe maius & minus, conuenit etiam numeris. Ideo dicit, quod ſi propria paſsio

demonſtratur

demonſtratur de proprio ſubiecto : neceſſe eſt medium eſſe in eadem propinquitate.

Inſtantia.

¶ Et ſi aliquis inſtet, quia muſic⁹ vtitur principiis Arithmethicę. reſpõdetur nõ eſſe incõueniens, quia eſt idem ſubiectum. Nam Arithmethicę eſt numerus: & muſicę, numerus ſonorus. Ob id principia numerorum, poſſunt probare circa numerum ſonorum. Et ſubdit (Ipſum quidem eſſe ad aliam ſcientiam attinet. &c.) ſcilicet ad ſubalternatam, quod Boetius tranſfert, quia, eſt proprium ſubalternatę: & Argiropylus, eſſe ſcilicet verum eſt ſubalternatę. Nam cum ſubiectum muſicę ſit numerus ſonorus, quare ſit ſonorus proprium muſicę vt quod Diatheſarõ, quę eſt ſexquitertia ſcilicet quatuor ad, 3, ſit proportio rationalis. & quod ſonora, non probat Arithmeticus: ſed muſicus.

Dilutio.

Trãſ. Boe.

¶ Quod ſi id conſtat. &c.) Infert Ariſ. nulla ſcientia demõſtrat ſua propria principia, ſed ad metaphiſicam quæ eſt omnium domina ſpectat probare omnium principia Non dicit exprẹſſe ad metaphiſicam ſpectare: ſed dicit virtualiter. Nam ſicut ſe habet Geometria ad perſpectiuam, & Arithmetica ad Muſicam: ſe habet Metaphiſica, ad omnes alias. Nam quia ſubiectum Arithmethicę eſt numerus, & muſicę numerus ſonorus: quia communis numerus, habet Arithmetica iudicare de principiis muſicę. Cum ergo metaphiſicę ſubiectum ſit ens abſolutę ipſa habebit iudicare de principiis omnium ſcientiarum. Exempli gratia. Omne totum eſt maius ſua parte, eſt principium in mathematica. Si quis neget, metaphiſicus probabit: omne continens eſt contento mai⁹, ſed totum eſt partem continens, & pars contẽtum: ergo totum maius eſt ſua parte.

Metaphiſica ſuprema ſcientia.

Metaphiſica de principiis aliarũ ſciẽtiarũ iudicat.

¶ Probat excellentiam metaphiſicę: ex excellentia ſubiecti: quia ens ſimpliciter, vt includit primam cauſam, & intelligentias. Et licet mathematicę ſcientię, ex parte modi procedendi ſint prẹſtantiores, quia certiores: tamen metaphiſica ratione ſubiecti excedit (vt Ariſtote. in prologo de anima probat) (Demonſtratio vero. &c.) concludit Ariſtote. ſuam intentam concluſionem: quomodo demonſtratio ex propriis procedit principiis, & non ex communibus niſi inquantum ſubalternata vtitur principiis ſubalternãtis. vt Muſica Arithmeticę. Et concludit, (At vero difficile eſt cognoſcere quando quis ex propriis principijs demonſtrat. &c.) Eſt difficile, quia aliquando putabit aliquis ſe demontraſſe, & ſcientiã habere: & decipietur, quia nõ ex propriis probat.

DE PRINCIPIIS TAN communibus q̃ proprijs Capitu. viij.

EA autem iñ quocũq; genere principia dico, quæ fieri nequit vt eſſe demonſtretur. Igitur quidnam ipſa prima, & ea quę ex hiſce proficiſcuntur ſignificãt, ſumitur: at quod ſint principia ſumere, cætera demonſtrare neceſſe eſt. Ceu quid eſt vnitas aut rectum, aut triangulus ſumitur, eſſe vero vnitatem ac magnitudinem ſumere, cætera autem demonſtrare oportet. Textus, 24

¶ Eorum autem, quibus in demonſtratiuis vtuntur ſcientiis, alia cuiuſcũq; ſciẽciæ propria, alia cõmunia ſunt: communia vero, ſimilitudine rationis: quippe vſus eorum tantum ſe ſe extendat quacũq; in ſciẽtia, quãtum cuiuſq; ſubiecto generi congruit. Propria ſunt, vt lineã eſſe talem, rectam ve: cõmunia, vt ſi ab æqualibus ęqualia demas, ea quę reſtãt ęqualia ſint, atq; horum vnũquodq; cuiq; ſatiſfacit, ad cuiuſq; genus accommodatum. Idem enim hoc faciat, ac ſi non de omnibus ipſum accipiat geometra, ſed de magnitudinibus tãtum, & Arithmeticus de numeris ſolum.

¶ Sunt etiam & ea propria, circa q̄ ſciētia conſiderat ea, quæ per ſe illis inſunt, atq; hæc & eſſe & quid ſunt, ſcientię ſumunt: vt vnitates, Arithmetica, puncta lineas ve, Geometria: at horum per ſe affectuum quid quidem quiſq; ſignificat ſumunt: vt Arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratum, quid quoq; cubus: Geometria, quid expers rationis: qid frangi, quid concurrere, & huiuſmodi cætera. Demonſtrat autem ipſos eſſe, & per communia, & per ea quę demonſtrata ſunt. Eadem & Aſtrologia facere ſolet.

Textus.25. ¶ Omnis namq; demonſtratiua ſcientia circa tria verſatur. Ea ſunt, ea quę ponit eſſe: hęc autem ſunt genus, cuius per ſe affectuum eſt contemplatrix: & ea q̄ cōmunes dignitates, dicūt̄ ex quibꝰ primis demonſtrat: & tertiū affectus quorum quid quiſq; ſignificat ſumit, nihil tamen prohibet ſcientiarum nōnullas horum præterire nōnulla: veluti genus nō ſupponere eſſe, ſi eſſe pateat: non enim ęque & numerum, & frigidum & calidum eſſe patet: affectus etiam non ſumere quid ſignificant, ſi ſint clare, ſicut nec dignitates: nihil prohibet: vt quid ſignificat æqualia ab æqualibus auferre, quia eſt notum: ſed nihilominus hæc tria natura ſunt: id inquam circa quod ſcientiam demonſtrāt, & ea quæ demōſtrat, atq; ea ex quibus demonſtrat.

¶ Non eſt autem id ſuppoſitio, neq; poſtulatio ſane, quod per ſe ipſum eſſe viderit q; neceſſe eſt. Tacitę obiectioni reſpōdet. Demonſtratio namq; non in oratione quæ eſt extra, ſed in oratione quæ eſt in mente conſiſtit: q̄ndoquidem neq; ratiocinatio in illa conſiſtere videtur. Cum enim ſemper aduerſus orationem, quę extra eſt, per inficiationem obſtetur: vt aduerſus eam quæ eſt in mente, non ſemper.

¶ Quod igitur demonſtrari quidem poteſt, non demonſtratum autem a ſe quiſpiam ſumit, id aut ſupponit, ſi ita eſſe diſcenti videtur, atq; hæc non abſolute quidem, ſed ad illum tantum ſuppoſitio eſt: aut poſtulat, ſi nulla prorſus diſcēti de hoc opinio vel etiam contraria inſit Atq; hoc inter ſuppoſitionem, poſtulationēq; intereſt. Etenim id eſt poſtulatio, quod eſt contrarium opinioni diſcētis: vel quod quidem demonſtrabile eſt, ſed illud quiſpiam ſumit, vtitur q; non demonſtrato.

¶ Diffinitiones igitur cum affirmationes aut negationes non ſint, ſuppoſitiones non eſſe patet: quaſquidem vt genꝰ propoſitio complectitur. Diffinitiones præterea percipiantur ſolum oportet: at id ſuppoſitio non eſt, niſi quiſpiam & audire ſuppoſitionem dixerit eſſe. Sed ea ſunt ſuppoſitiones, quę cum ſint hoc ipſo quod ſunt, emergit ipſa concluſio. Neq; Geometra falſa ſupponit, q̄madmodum nōnulli putarunt: qui quidem inquiunt. demonſtrantem falſis vti ſuppoſitionibus non oportere: Geometrā vero falſa ſupponere, deſignatam lineā nunc pedalem, nunc rectam eſſe dicentem, quæ quidem nec recta, nec pedalis exiſtat: nam Geometra cum non ſit ea linea, quam deſignauit, aut protulit ore concludere ſolet: ſed cum ea ſint quæ ꝑ illam ſignificantur, aut indicantur, quæ deſignauit ac protulit ipſe. Inſuper omnis poſtulatio, ſuppoſitioq; aut vniuerſalis, aut particularis eſt: at neutrum iſtorum diffinitionibus competit, quare diffinitiones: ſuppoſitiones: puſtulationeſq; non ſunt.

¶ Formas igitur aut vnum quid præter ipſa multa eſſe, ideo quia demonſtra

tio

tio ſit neceſſe non eſt: tamen verum eſt dicere, neceſſario vnum eſſe de pluribꝰ prędicandum: nam ſi id non ſit, vniuerſale ſane non erit: at ſi vniuerſale nō ſit, non erit medium ipſum: quare nec demonſtratio. Eſſe igitur vnum, quid oportet, idemq́ʒ de pluribus, non ſolum communi nomine prędicandum.

Textus. 16. ¶ Nulla autem demonſtratio ſumit fieri non poſſe: vt ſimul idem affirmetur, atq́ʒ negetur, niſi fuerit opus vt hoc etiā pacto demonſtretur concluſio. Quod quidem fuerit, ſi ſumpſerimus affirmare quidem primum de medio eſſe verūm, negare autem verū nō eſſe. Nihil autem refert medium eſſe atq́ʒ non eſſe ſumere, & tertium pari modo. Nam ſi datum eſt id, quo hominem dicere verum eſt, & ſi detur & id etiam quo non hominem dicere verum eſt: tamen ſi tātum hoc totum ſumatur, hominem, in q́ʒ, animal, non autem non animal eſſe: erit etiam verum. Calliam: etiam & nō Calliam, animal, non autem non animal dicere: cauſa autem eſt, quia primum non ſolum de medio, ſed etiam de alio dicitur, propterea ꝙ ad plura ſe ſe extendit. Quare ad concluſionem nihil refert, & ſi medium & ipſum, & nō ipſum eſt.

¶ Hoc autem, omne, inquam, affirmādum aut negandum eſſe, ea demōſtratio ſumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit: nec tamen ſemper vniuerſaliter, ſed quoad ſatis eſt generi, circa qđ genus demonſtrationes afferuntur, ſicut & prius eſt dictum.

Textus. 17. ¶ Conueniunt autem inter ſe ſe ſcientiæ omnes, in hiſce quæ cōmunia ſunt communia vero dico, quibus vtuntur tanq́ʒ ex eis demonſtrantes, non autem de qbꝰ demōſtrat, nec ea q̄ demōſtrat.

¶ Differendi quoq́ʒ facultas cum omnibus conuenit, & ſi quæ vniuerſaliter ipſa communia oſtendere nitatur: velut omne quoduis affirmetur, aut negetur, oportet, vel ab æqualibus demptis ęqualibus, ęqualia ſunt ea quę reſtant: vel talium aliqua, atq́ʒ ipſa differendi facultas, non eſt ſic diffinitorum quorūdam, neq́ʒ generis cuiuſdam: non enim interrogaret. Demonſtranti namq́ʒ, interrogare non licet, propterea ꝙ ex oppoſitis idem non oſtendatur. hoc autem demonſtratum in hiſce eſt, quæ de ratiocinatione ſunt pertractata.

Gloſſa.

IN hoc capitulo. 8. Ariſto. facit latiorem ſermonem de principiis demonſtrationis propter quid, & oſtēdit primo, quæ ſint principia propria, & quæ communia, & quomodo quælibet ſcientia vtatur principiis: illa præſupponendo, vel exponendo, aut formaliter vtendo aliquibus, & aliis virtualiter. In quo capitulo ſunt quatuor textus, & primus eſt. 24. in ordine. In quo ponit diffinitionem principii, ait enim. Principia ſunt in quouis genere, quæ in tali genere ſunt indemōſtrabilia, & ſic illa ſunt, quæ ſunt immediata. Vt eſt propoſitio in qua propria paſsio prædicatur de diffinitione, aut diffinitio de diffinito, aut dignitates. Dicit etiam Ariſto. quod tan principiorum, quam concluſionum quæ ex eis ſumitur: prius quid ſignificent, ideſt tanq́ʒ ſuppoſitum recipiuntur ſignificationes terminorum, licet principia ipſa ſumenda, & concluſiones: ſint demonſtrandę. Ponit exemplum, vt quid eſt vnitas, & quid rectum, ideſt diffinitio vnitatis, quæ eſt primum ſubiectum Geometriæ: & diffinitio recti, & trianguli, quæ ſunt paſſiones illius. Item ſubiectum ſupponere, ideſt vnitatem eſſe: ſupponendum eſt.

 ¶ At

¶ **At horum per ſe affectuũ quid ſignificant ſumunt.&c.**) nomine affectuũ ſemper apud Ariſto. intelligitur propria paſsio:

Propria paſſio nomine affectuum.

Vt Arithmethica ſuppõit q̄d ſignificat par, & quid impar, quid quadratum, quid cubꝰ: quæ ſunt numeri paſsiones. Et Geometria ſupponit quid ſignificat expers rationis i. proportio irrationalis: q̄ non poteſt reperiri in numeris, cum vnitas ſit pars aliquota: cuiuſlibet numeri, ſed reperitur in quantitate continua, ſicut inter diametrum, & cõſtã quadrati æquilateri. Scientia ergo demonſtrat hos affectus, ideſt has proprias paſsiones ineſſe ſubiecto.

¶ In textu. 25. explicat adhuc clarius principiorum differẽtiam, ſcilicet poſtulationes ſuppoſitiones, & cões animi cõceptiõis. Ibi. (**Non eſt autem.&c.**) ponit inter poſtulationem, ſuppoſitionem, & dignitatem differentiã. Pro cuius intellectu notandum, differre iſta.

Iſta differũt Suppoſitio. Dignitas. Petitio. Diffini.

Suppoſitio, Dignitas, Petitio, & Diffinitio Conuenientia primo eſt, quia omnia iſta quatuor: ſunt principia: ex quibus ꝓcedit demonſtratio: quia in ipſa ſcientia nõ demonſtrantur, ſed ꝑ principia alterius ſciẽtiæ. Sed tamen differentia eſt, nam dignitas differt ab aliis tribus, quia ipſa eſt propoſitio per ſe nota ſimpliciter, & ſecundum ſe, & quo ad nos Alia tamen licet poſsint eſſe euidentia ſecundum ſe, non tamẽ quo ad nos: quia termini non ſunt omnibus per ſe noti. Quocirca licet qui demonſtrat, illa nõ demonſtret: debet tamen aliquo modo exponere, vel ſupponere, tanq̃ vera.

2. Differẽtia

¶ Secunda differentia eſt, inter ſuppoſitionem & petitionem. Quia ſuppoſitio accipitur vno modo generaliter, vt commune eſt omnibus principiis: alio modo ſpecialiter, vt diſtinguitur contra petitionem. Si enim aliquod principium non ſit tan euidens, vt dignitas: ſed tamen reſpondenti verum apparet: aut quia ſic eſt, aut quia in opinione reſpondentis, verum eſt: illud eſt ſuppoſitio Vt ſi quis ſupponat diffinitionem triãguli, eſſe figuram rectilineam trium angulorum Aut ſi quis cum aliquo diſputans, ſupponat illi corpora fieri ex atomis, quod ipſe opinabatur verum: licet ſit falſum. Hæc omnia dicuntur ſuppoſitiones ſpeciali nomine

¶ Si vero tale principium, neq; ſit euidens reſpondenti, neq; facile perſuaderi poteſt: & eſt in rei veritate dubium reſpondenti, aut contra eius opinionem, dicitur petitio, ſeu poſtulatio. Quia demonſtrator hoc poſtulat a reſpondente. Vt ſi petat ſolẽ eſſe maiorem terra, aut aſtra eſſe paria. Vel quis ab Ariſto qui ſcit nõ dari vacuum petat, vt ex eo probet per tale ſpacium, fieri non poſſe motum ſucceſsiuum.

¶ Tertia differentia eſt inter diffinitionem & alia tria. 3. Differẽtia

Quod aliæ ſunt propoſitiones, & ſic generali nomine dicũtur ſuppoſitiones: & diffinio non eſt propoſitio Ideo dicitur, poſitio: & non ſuppoſitio. Has tres differẽtias, Ariſto. declarat in iſto tex. 25. Prima dr̄a ponitur ibi (**Per ſe ipſum eſſe.&c.**) Vbi dicit dignitas per ſe vera, & per ſe omnibus apparet vera, vt quodlibet eſt, vel nõ eſt. At ſi quis obiiciat quod poſſet quis negare, dicit quod demonſtratio non eſt in oratione extra, ideſt in voce: ſed in mente. Ac ſi diceret, quod licet quis voce neget, illã dignitatem: non tamen mente poteſt, quia ibi ſunt per ſe euidentia, iuxta illud Comẽtatoris primo de anima, co. 1. intellectus agens eſt cauſa primarum propoſitionum, quoad euidentiam. Alias ſi ſatis eſſet negare principia, non ſolum nulla eſſet demonſtratio: ſed nulla eſſet ratiocinatio, ideſt ſyllogiſmus.

¶ Ibi (**Quod igitur.&c.**) ponit ſecundã differentiam inter ſuppoſitionem & poſtulationem, & ibi (**Diffinitiões igitur.&c.**) ponit tertiam differentiam, inter diffinitionem & alia. Et tandem in fine textus cõcludit, propter neceſsitatem ſcientiarum, non eſſe opus ponere formas ſeparatas, ideſt ideas (vt Plato ponebat) ſed eſt neceſſariũ vnum ponere de pluribus prædicandum, ideſt vnam communem rationem ſpecificam, vel genericam abſtractam ab indiuiduis: quæ ſit in ipſis ſingularibus, & idem re cum eis: ſed ratione ab ipſis differens, quæ ſic abſtracta, habeat rationem vniuerſalis: de qua ſit ſcientia, & diffinitio. Et ſic poterit eſſe medium in demonſtratione. Et notandus eſt iſte locus Ariſtotelis, vbi cõcedit ipſa vniuerſalia, non tamen ab ipſis indiuiduis ſeparata: ſed ſolum per operationẽ intellectus abſtracta. Notãdꝰ hic locus Ariſ.

¶ **Nulla autem demonſtratio, &c.**) vbi dicit quomodo vnaqueq; ſcientia, principiis In. tex. 16.

piis cõmunibus vtatur. Duo ſunt generalia principia, vnum affirmatiuum: de quolibet eſt, vel non eſt, eſt verum affirmare. Et aliud negatiuum, de nullo idem affirmari, & negari. In prima parte textus probat de negatiuo, in ſecunda de affirmatiuo. Hic loc⁹ eſt valde obſcurus in Ariſto. & mẽdoſa ſunt exemplaria. Magiſter Soto declarat in iſto loco ſenſum Ariſto. qui eſt, quod tres ſunt termini in ſyllogiſmo maior extremitas, medium: & minor extremitas. Qui ab Ariſto. vocantur primus, medius: & tertius vt ſunt in propoſito, animal, homo, Callias. Intẽdit ergo Ariſto. docere, quod illud principium de nullo idem affirmari & negari verũ eſt, non intrare formaliter demonſtrationem. Et probat ſic, aut debet intrare ex parte primi, ideſt maioris extremitatis, aut ex parte medii, aut ex parte tertii, ſcilicet minoris extremitatis, ſed nullum iſtorum. Ex parte maioris extremitatis nõ poteſt poni, ſub illa forma vt iacet, ſed ſi accipiantur ꝓ maiori extremitate duo termini contradictorii, quorum vnus affirmetur, & alius negetur de medio: ſcilicet omnis homo eſt animal, & non eſt nõ animal, Callias eſt homo ergo Callias eſt animal, & non eſt non animal, hæc optima forma demonſtratiõis eſt. Ex parte vero medii non poteſt addi hoc principium, in propriis terminis, neq; ex parte minoris extremitatis: ſed addetur ſi accipiantur pro medio, aut pro minori extremitate. duo termini contradictorii, ſcilicet omnis homo & nõ homo eſt animal, prima parte diſtributa in ſenſu copulatiuo ſcilicet omnis homo eſt animal, & non homo eſt animal Callias eſt homo, & callias eſt nõ homo: ergo Callias eſt animal, Senſus ergo Ariſto. eſt, quod quãuis poſsit dari vtraq; pars maioris vera, tamen illa pars de ſubiecto infinito eſt ſuperflua: & nihil refert ad ſyllogiſmum Si enim detur quod omnis hõ eſt animal, & non eſt non animal, & quod Callias eſt animal: licet non detur illa, ſcilicet non homo eſt animal: & non eſt non animal, neq; illa Callias eſt nõ homo ſequetur concluſio, Callias eſt animal, & non eſt non animal. Eadẽ ratione nihil refert ſi ex parte minoris extremitatis ſumatur cõtradictio, ſcilicet Callias & nõ Callias eſt homo. Quæcũq; enim pars ſubſumatur, ſufficit vt de illa concludatur maior extremitas.

¶ Littera Ariſto. ſic legi debet, (Nulla demonſtratio ſumit fieri non poſſe, vt ſimul idem affirmetur atq; negetur. &c.) Ideſt nulla formaliter ſumit hoc principiũ, (niſi fuerit opus hoc etiam pacto demõſtretur concluſio, quod quidem fuerit ſi ſũpſerimus affirmare quidem primum, ideſt maiorem extremitatem, de medio eſſe verũ, negare autem verum non eſſe). Cuius iã nos exemplum poſſuimus. (Nihil autem refert medium eſſe atq; non eſſe ſumere & tertium pari modo. &c.) ideſt nihil ad vim demonſtrationis conducit, duos terminos cõtradictorios capere, aut ex parte medii, aut ex parte minoris extremitatis. Et probat vtrunq; ſimul, (Nam ſi datũ eſt quo hominem dicere verum eſt. &c.) Ideſt data eſt maior propoſitio, q̃ vere enũciatur hominem eſſe animal, & non eſſe nõ animal: & ſi detur etiam id quo non hominem dicere verum eſt, ideſt quãuis detur vera alia pars maioris de ſubiecto infinito. ſ. non homo eſt animal, & non eſt nõ animal, (Tamen ſi tantũ hoc totum ſumatur hominem inquam animal, non autem non animal eſſe. &c.) Ideſt ſi tantum ſumeretur ꝓ maiori illa ps de ſubiecto finito, (Erit etiã vero. &c.) Ideſt optime cõcludetur, Calliam, etiã & non Calliam, animal non autem non animal dicere. Si enim ſumatur Callias, & non Callias eſt homo, infertur Callias & non Callias, eſt animal, & non eſt non animal. Ponit cauſam cur maior extremitas, quæ dicitur de medio: dicatur etiam de eius contradictorio, (Cauſa inquit quia primum. &c.) Ideſt maior extremitas: non ſolum de medio: ſed etiam de alio dicitur. Propterea quia, ad plura ſe extendit.

¶ In ſecunda pare textus ſcilicet ibi (Hoc autem. &c.) probat Ariſto. hoc principiũ affirmatiuum. Quodlibet eſt vel non eſt, deſeruire demonſtrationi, quia deſeruit ducẽti, ad id quod fieri neqt. ſ. ad impoſsibile.

¶ Argumentatio ad impoſsibile dupliciter fit, vel ad probandam bonitatem cõſeqñtię — Ducere ad impoſſibile.

&hoc in libro priorum, ſicut in ſyllogiſmis
probatum eſt, Baroco & Bocardo reducen
do ad Barbara (ſicut ibi dictum eſt). Vel ad
probãdam veritatem propoſitionis, quod
pertinet ad libros poſteriorũ. Vt ſi quis hãc
negaret, animal non eſt homo, ducendo ad
impoſsibile probaret ſuam contradictoriã,
falſam, ſic. Omne animal eſt homo: equ9 eſt
animal, ergo equus eſt homo. Conſeq̃ntia
bona in darii, ſed conſeq̃ns eſt falſum: ergo
& antecedens. Et non minor, ergo maior.
Et eſt contradictoria negatę: ergo illa erat
vera. Quod probatur per illud affirmati-
uum principium, de quolibet affirmatio, a-
ut negatio eſt vera. Et ob id ſi affirmatio
falſa eſt, omne animal eſt homo: negatio eſt
vera, animal non eſt homo. Sic eſt verum,
quod iſta prima principia generaliſsima: nõ
intrãt formaliter ipſam demonſtrationem,
ſed virtualiter (vt patet in argumento pro-
poſito) nam non fuit principium ſumptum
tanq̃ præmiſſa: ſed ad probandum quod ſi
talis propoſitio eſt falſa, ſua contradictoria
erit vera. Sequitur, (**Nec tamen ſemper
vniuerſaliter ſed quoad ſatis eſt generi.**
Ac ſi diceret: quod non ſemper tale princi-
pium ſumitur cum illis terminis generaliſsi
mis, ens, vel non ens: ſed accommodate ad
ſubiectum ſcientiæ. Nam Geometra dicit,
hæc quãtitas eſt comẽſurabilis, vel incomẽ-
ſurabilis: Arithmeticus vtitur, numerus eſt
par, vel impar, & phiſicus, eſt corpus mobi-
le, vel immobile, & moralis. eſt virtus: vel
vitium.

In textu. 27 ¶ Conuenit autem, &c.) Infert Ariſt. [illegible]
omnes ſcientiæ cõueniũt nõ in ſubiecto, qa
ſolum ſubalternãs, & ſubalternata: nec in id
quod de ſubiecto demonſtratur, quia ſicut
in ſpeciali ſcientia, eſt ſpeciale ſubiectũ: etiã
eſt ſpecialis propria paſsio, quæ demonſtra
tur: ſed conueniunt in principiis, ex quibus
demõſtrãt. ſ. in iſtis generaliſsimis ſupradi-
ctis, ad ſenſum expoſitum in tex. p̃cedenti.
Secundo infert Ariſto. quod differendi fa-
cultas. ideſt dialectica, conuenit cum omni
bus ideſt habet principia communia, quib9
in omnibus ſcientiis vtitur.

¶ Notandum eſt, quod vult ponere conue-
nientiam inter dialecticam, & metaphiſicã:
& differentiam ab aliis ſcientiis, & differen
tiam inter vtramq̃. Conueniunt dialectica
& metaphiſica; (vt habetur. 4 met. tex 5.)
quia vtraq̃ eſt ſcientia cõmunis, ratione ſui
ſubiecti, aliter, & aliter tamen. Nam meta-
phiſicæ ens abſolute: quod ſuperius eſt ad
omnia ſubiecta, aliarum ſcientiarum. Et ſic
ad ipſam attinet perſuadere principia alia-
rum ſcientiarum, ratione cõmuni. Vt vc3. Quomõ metaphiſicus aliarum ſcientiarum principia probat
Si quis neget omne totum maius eſt ſua par
te, quod eſt mathematicum principium, me
taphiſicus probat cõmuni ratione. Omne
continẽs contẽto eſt maius. &c. & ſimiliter
hoc principium, ſi ab æqualibus æqualia de-
(mas, &c. ſi ab eis quæ eodem modo ſe ha-
bent demas, eodem modo ſe habentia: quæ
remanẽt eodẽ modo ſe habebunt, &c. Ideo
cognitio metaphiſicæ in omnibus ſcientiis,
eſt neceſſaria.

¶ Dialecticę ſubiectum eſt ens rationis, qđ Subiectum dialecticę ẽs rationis.
licet ſuperius non ſit ad omnia ſubiecta alia
rum ſcientiarum, quia tamen in omni ſcien
tia eſt aliquid prædicabile, & ſpecies, & ge-
nus, quod vniuerſale & ens rationis eſt etiã
non determinati ſubiecti: [illegible] poteſt etiam
communes perſuaſiones afferre, (vt Eucli-
des probat in concluſione. 20, ſuo proprio
principio) quòd longiſsimum latus triangu
li, ſit minus duobus reliquis, ſimul ſumptis.



Dialecticus perſuadebit id, quia punctis ex-
tremis datis, a. &. b. inter illa latus eſt velut
corda, & alia duo latera velut arcus: & ſic
æquari non poteſt illis duobus. Item philo-
ſophus probat, odium eſſe in cõcupiſcibili,
ſicut & amor. Quia per odium cõcupiſcim9 2. Topi. c. 3. 11. meta. c. 3.
inimico malum, ſicut per amorẽ bonũ. Dia-
lecticus tamen probat cõmuni ratione, qa
amor & odium: contraria, & contraria ha-
bẽt fieri circa idem, ſunt in eodẽ ſubiecto.

¶ Eſt differentia inter metaphi. & dialecti- Differentia inter dialecticã & metaphiſicam.
cam, quia illa vnã partẽ contradictionis ſu-
mit: ſed hæc vtrãq̃: quia ex vera & falſa, p-
babiliter procedit. Et ſic vocat eã differẽdi
facultatem, vt a demonſtratiua diſtinguat:
quæ ſolum ex vero, & neceſſario procedit.
Geometra probat eſſe incomenſurabilem
diametrum coſtę quadrati æquilateri, diale
cticus tamen probat eſſe comenſurabilem
probabiliter. Quia inæqualium laterum
coſta, diametro eſt comenſurabilis, & in nu
meris quilibet cuilibet: ergo in quantitate
continua.

¶ Litteræ

¶ Litteræ ſenſus eſt (Diſſerendi facultas) Ideſt dialectica omnibus conuenit, ideſt habet principia cõmunia ad omnes ſciẽtias: & (Si eſt alia. &c.) quȩ vniuerſaliter .i. meta. (At ipſa diſſerendi facultas. &c.) Ideſt dialectica, non ſumit determinatam partẽ contradictionis, vt metaphiſica: ſed vtramqꝫ. Alias non interrogaret. Sed demonſtrator, non interrogat, quia ſolum ex neceſſario.

DE PROPRIIS CVIUſqꝫ interrogationibus Capitu. ix.

QVod ſi eadem interrogatio ratiocinatiua & propoſitio cõtradictionis eſt (ſunt autem in vnaquaqꝫ ſciẽtia propoſitiones, ex quibus vniuſcuiuſqꝫ propria conficitur ratiocinatio) erũt porro & interrogationes quȩdam, ad ſingulas ſcientias attinentes, ex quibus fit cuiuſqꝫ propria ratiocinatio. Patet ergo non omnem interrogationem Geometricam eſſe, nec ad medendi artem omnem accõmodari, & pari modo de cȩteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorum oſtenditur, de quibus eſt ipſa Geometria: aut ea, quæ ex eiſdem demonſtratur, ex quibus Geometria demonſtrat: qualia ſunt perſpectiua: idem eſt & in cȩteris intelligendum. Atqꝫ de his ipſis reddenda quoqꝫ ratio eſt ex Geometricis principijs, concluſionibus ve: ſed de principijs non eſt reddẽda ratio Geometrȩ, quatenus proffeſſor Geometriæ eſt: eadem ſunt & in cæteris ſcientijs obſeruanda.

¶ Nec igitur artificem quȩque quȩuis percõtari, nec ad quãuis interrogationẽ de ſingulis reſpondere oportet: ſed ea tantũ, quæ in ſcientia ſua determinata ſunt. Quod ſi quiſpiam cum Geometra, quatenus Geometra eſt, ſic diſſeru erit, patet & bene illum eſſe diſceptaturum, ſi ex his oſtenderit aliquid: quod ſi non hoc diſſeruerit modo, non bene ſine dubio diſceptabit. Patet etiam, illũ non redarguere Geometram, niſi per accidens, quam ob rem inter ignaros Geometriȩ, de Geometria diſſerendũ non eſt: latebit enim is: qui dixerit praue. In cæteris etiam ſcientijs, res ſe ſe habet ſimiliter. Nota.

¶ Cum autem interrogationes Geometricȩ ſint, ſunt ne eſt ageometricæ: & interrogationum eæ, quæ ab ea prodeunt ignoratione, q̃ eſt diſpoſitio, Geometricȩ ne ſunt: an non & in quacumqꝫ facultatum ſimiliter: pręterea vtra ratiocinationum ab ignoratione proficiſcitur: ea ne quȩ ex oppoſitis conſtat, an ea quȩ cõſtructa vitioſe eſt? At enim ageometricæ interrogationes, aut ex Geometria ſunt, aut ex alia facultate: nã Muſica quidem interrogatio ageometrica eſt: ex Geometria vt æque diſtantes putare concurrere, tum Geometrica tũ ageometrica eſt: duplex enim ageometricum, & perinde atqꝫ informe: atqꝫ alterum ex eo, quia nihil Geometriȩ vt informe quod vacat forma: alterũ ex eo, quia aliquid eius praue complectitur: vt informe, quod turpem habet formam, fȩdãqꝫ: atqꝫ hoc ignoratio, & quȩ ex talibus eſt principijs, Geometriæ eſt. Textus. 28.

¶ In mathematicis autem, nõ ſimiliter fraus fit, cũm diſſeritur: quia medium eſt ſemper duplex: nam alter extremorum de hoc omni, & hoc rurſus identidem de altero dicitur: atqꝫ prȩdicatum Textus. 29.

non

non dicitur omne: hæc autem cernere: licet, quaſi mentis perceptione. In diſſerendi vero facultatis diſceptationibus latent. Eſt ne omnis circulus figura? ſi deſignauerit, patet: ſed quidnam vltra: carmina ne ſunt circulus? continuo patet, non eſſe. Atq́ non oportet inficiationē ad ipſum afferre: ſi inductiua propoſitio ſit: vt enim neq́ propoſitio eſt ea, q̄ non ad plura ſe ſe extendit (non enim erit de omnibus: ex vniuerſalibus autē extruitur ratiocinatio) ſic patet nec eam inficiationem eſſe, quę vniuerſalis non eſt: etenim eędem ſunt propoſitiones inficiationes ve: nam quam affert quiſpiam inficiationem, ea vel diſſerēdi, vel demonſtrandi propoſitio fieri poteſt.

¶ Fit autem, vt quidam vitioſe concludant. Propterea quod eos medios ſumunt, qui terminos vtroſq́ ſequuntur

Nota.

quale quidem & Cęneus facit, ignē gigni multiplicata ratione hoc pacto cōcludens: ignis vt dicit celerrime gignitur: quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem modo conſtare ratiocinatio nequit: ſed ſi celerrimam generationem multiplicata ſequatur ratio: & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs quę ſumuntur ratiocinatio conſtruatur: interdum vero fieri poteſt: ſed non cernitur.

Quia ex vno pugillo aeris 10. ignis fiūt

¶ Quod ſi fieri non poſſet: vt verum oſtendatur ex falſis, facile eſſe reſoluere conuerſio namq́ neceſſario fieret. Sit enim. a. verum quod cum ſit, hęc ſunt quę quidem eſſe ſcio: veluti. b. ex ijs igitur illud eſſe oſtendam, conuertūtur autem ea magis quę in mathematicis ſunt quia nullum accidens: ſed diffinitiones accipiunt, atq́ hoc etiā ipſo a diſſerendi differunt facultate.

¶ Accreſcit etiam ratiocinatio non per media, ſed aſſumendo. Nam. a. de. b. ſumitur, & hoc de. c. & hoc rurſus de. d. Atq́ hoc in infinitum procedit. In latus quoq́ eius ſit incrementum. a. namq́ de. c. atq́ de. e. concluditur. Sit enim. a. quidem numerus abſolute. b. vero ſimpliciter numerus impar, & c. diffinitus numerus impar. a. igitur de. c. concludetur. Altera rurſus in parte. d. quidem ſit par numerus ſimpliciter ſumptus. e. vero diffinitus numerus par. a. igitur de. e. concludetur.

Gloſſa.

IN iſto capitulo in quo textus eſt. 28 &. 29. in ordine Ariſ. proſequitur intentum. ſ omnem ſcientiam procedere ex ſuis principiis, quia quælibet ſciētia habet ſua propria principia, & interrogationes. Hęc tria, Interrogatio, Propoſitio & concluſio, idem ſunt re: ratione tamen differunt. Nam interrogatio dicitur quando proponitur in quæſtione, & eadem propoſitio quando ſumitur ad aliā probandā vocatur propoſitio. Et ſi ipſa probetur, vocatur concluſio. Vt ſi quis interroget, vtrum anima ſit immortalis? eſt interrogatio, ſi tamē per ipſam probet opera noſtra eſſe in finem vltimum dirigenda: eſt propoſitio. Et ſi per hanc, anima operatur a corpore ſeparata, ergo eſt immortalis: vocatur concluſio.

Interroga.
Propoſitio.
Concluſio.

¶ In prima parte textus Ariſt. probat duas concluſiones. Prima quod vniuſcuiuſq́ ſciētię ſunt proprię interrogationes: quia ſunt proprię propoſitiones. Hic interrogationē vocat, quācūq́ quęſtionem: etiam ſi ſit neceſſaria. Ibi (neq́ igitur. &c.) ponit ſecundā concluſionē, quod non pertinet ad quālibet ſcientiam, de quouis interrogato reſpondere. Nam ſi quis a geometra petat, an linea recta ſit viſuali pulchior? & an circularis figura aptior ad motum, q̄ quadrata? non ad ipſum pertinet reſpondere, quia ad ipſum inquantum talis, non de pulchritudine, neq́

de motu Et ſi redargueret reſpondentem, non ex ſuis principiis: de per accidens redargueret, neq; idcirco concluderet eũ ignarum Geometrię.

Textus.28. ¶ Cum autem interrogationes. &c.) mouet Ariſto. tres dubitatiũculas, ſi interroganter legantur, licet mellius aſſertiue.

¶ Pro declaratione notandum, ſicut in ſciẽtia ſunt proprię interrogationes: ſunt etiam proprię deceptiones in tali ſcientia.

Ignorantia duplr dr. ¶ Secundo notandum, ignorantiã dupliciter dici: quędam eſt purę negatiõis, alia praue diſpoſitionis. Vt ignorantiam purę negationis habeat ruſtic⁹ de Geometria: ſed praux diſpoſitionis eſſet, ſi quis putet paralellas concurrere, vel triangulum non habere tres æquales duobus rectis. Et ignorãtia purę negationis in Geometria ſic diceretur, q̃ cumq; ignorantia ſit, circa alias ſciẽtias: ſed ignorãtia purę Geometrica illa eſſet, quę in propria materia Geometrię contingeret. Et hęc proprio vocabulo vocatur, ageometrica, cum. a. priuatiua particula, apud Gręcos quę valet in. apud Latinos.

¶ Tertio notandum, quod hæc ignorantia praue diſpoſitionis, quę eſt in ſciẽtia: poteſt contingere dupliciter. Vno modo ex deffectu conſeq̃ntię, quia non eſt ſyllogiſmus, ſed parallogiſmus: alio modo ex deffectu materię, quia. ſ. ex oppoſitis procedit, ideſt falſis principiis: quę opponuntur principiis propriis.

¶ Secundum iſta tria notabilia, tria proponit dubia Ariſtote Primum, vtrum ſicut in Geometria ſunt interrogationes Geometricę, ſint etiam non Geometricę? ideſt ignorantię pertinentes ad Geometriam. Secunda dubitatio, vtrum interrogatiões, quę ex ignorantia quæ eſt diſpoſitio procedũt, ſint proprie Geometricę?

¶ Tertia vtra ratiocinationum ab ignorantia procedit? an ea quę ex oppoſitis? an ea q̃ vitioſe concludit.

¶ Reſpondet affirmatiue, ad duo prima: q̃ videntur conexa. Et ponit exemplum.

(Ex Geometria autem ęque diſtantes concurrere. &c.) hęc eſt ignoratio in Geometria, de Geometria. Et ad declarandum ſecũdam dubitationem, exemplum poſuit de informe quod dicitur, & quia caret forma, vt punctum, & Angelus. Et qui turpem habet. Sic ignorãtia in Geometria, q̃dam purę negationis, alia praue: quę proprie in Geometria eſt. Et ſic in omnibus ſcientiis, vt in phiſica, eſt praue diſpoſitionis ignorãtia, & propria, quod tria ſunt elementa, ſed in morali eſt purę negatiõis: quod tres ſunt morales virtutes. Praue diſpoſitionis in morali, in naturali eſſet purę negationis

¶ In tex. 29. reſpondet ad tertiam dubitationem, & cõtendit probare excellentiam ſcientiarum mathematicarum ad alias ſciẽtias. & tandem dicit: quod licet in dialectica contingat error, & quia ex falſis principiis & ex parallogiſmis: tamen in demonſtrationibus, ſolum ſecundo modo poteſt eſſe, qa non ex parallogiſmo. Et occaſione hui⁹ ponit quinq; excellentias mathematicarum ſupra alias ſcientias.

¶ Pro debita intelligentia notandum, parallogiſmum contingere ex parte pręmiſſarũ ex deffectu medii. Quia. ſ. vel ęquiuoce ſumitur, aut quia non plene diſtribuitur. Sed probat quod in mathematicis non poteſt eſſe iſte, neq; ille deffectus. Quia ait, mediũ in ſcientiis demõſtrationis, eſt duplex; ideſt bis ſumitur quia per ſe refertur ad vtramq; extremitatum. Quia de ipſo omni, dicitur maior extremitas: & ipſum dicitur, de omni minori extremitate: ergo ibi non cõmittitur deffectus ęquiuocationis, neq; indiſtributionis: quia medium vel eſt diffinitio, cui per ſe primo conuenit paſsio: & cui per ſe conuenit diffinito, aut medium eſt genus, & minor extremitas ſpecies: & ſic non poteſt eſſe ęquiuocum. Et quãuis medium nõ ſumatur cum ſigno vniuerſali, nil refert: qa cum de per ſe, idem eſt dicere: animal rationale eſt riſibile, & omne animal. &c. vt ſic. Omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis, Vel ſic. Omne animal ſentit omnis homo eſt animal: ergo omnis homo ſentit. Et ſic concludit Ariſto. quod nõ poteſt in demonſtrationibus eſſe parallogiſmus, & in hoc mathematicę ſcientię excedunt alias. Ponit exemplum de ęquiuocatione medii, in circulo: qui ſignificat & figurã, & quodam genus carminis, apud Homerũ. Dicit quod non erit deceptio, quia neq; ęquiuocatio ſi deſcribatur circulus. Ideo ſi quis interroget

5. excellẽtias ſcientię mathematicę.

interroget Geometram, nunquid eſt omnis circulus figura? (Si deſignauerit patet. &c.) Ideſt ſi delineatus fuerit, patet qđ omnis circulus eſt figura. Tandẽ ſenſus eſt quod cum in demonſtratiuis, extremitates per ſe primo conueniunt medio: nõ poteſt eſſe æquiuocatio in eo, quia determinatur ad vnum ſolum per ſe ſignificatum. In dialectica tamen contingit deceptio, quia propoſitiones non ſunt per ſe: vt quicũq; diſcit, eſt ignarus, ſapiens diſcit ergo ignarus ẽ quia ly diſcit, & priuationem habitus: & hoc quod eſt actu, non conſiderare ſignificat.

2. excellẽtia. ¶ Atq; non oportet. &c.) Infert ſecundã excellentiam ſcientiarum demonſtratiuarum, quia aliter inſtatur huiuſmodi principiis, q̃ principiis aliarum ſcientiarum. Inſtãtia, eſt propoſitio qua aliquod principiũ oſtenditur eſſe falſum. Vt ſi quis dicat. Omne corpus eſt in loco, inſtet quis, quia cęlum ſecundum ſe totum: nõ eſt in loco. Quæ vocatur inductiua inſtantia. Quæ ſufficit in particulari in ſcientiis quę non demõſtrant potiſsime. At in mathematicis, quia pręmiſſę ſunt de omni: inſtantia non poteſt eſſe niſi in vniuerſali, falſificando principium: eo quod hæc eſt per ſe primo. Omnis triangulus habet tres. &c non poteſt fieri de aliquo triangulo inſtãtia quin de omnibus. Et hoc dicit Ariſtote. quod ſicut non eſt propoſitio in mathematicis ea, quę non ad plura ſe extendit: ſic neq; inſtantia: ſi non ſit vniuerſalis. Quia idem eſt propoſitio, & inſtantia, q̃ inficiatio, ab Argylopilo. Quia poteſt eſſe p̃miſſa ad aliud probandum.

3. excellẽtia. ¶ Fit autem. &c.) ponit tertiam excellentiam mathematicarum, & probat non contingere deffectũ in eis, ex parte medii non diſtributi. Qui in dialectica contingit, in ſecunda figura: ex puris affirmatiuis ſic. Omnis homo eſt animal, omnis leo eſt animal: ergo leo eſt homo. Et Ariſto. ponit exẽplũ in elementis. Pro quo nota, quod quando inferius ex ſuperiori, dicitur gigni diminuta proportione, quia ſi ex aqua, terra, ex multis pugillis aquę fiet vnus terrę: ſed quando ex inferiori fit ſuperius, tunc dicitur multiplicata proportio. Vt ex vno terrę fiant, 10. aquæ (vt ait Ariſto. 2. de genera. co. 24.) Quidam ergo argumẽtabatur ſic. Quicquid gignitur multiplicata proportione cellerrime gignitur, ignis cellerrime gignitur: ergo ignis gignitur multiplicata proportione. Concluſio erat vera, ſed male ſyllogiſſatur. Propter indiſtributionẽ medii. Id circo ſi quis ſub maiori propoſitiõe ſubſumat: aqua cellerrime gignitur, ex aere: ergo multiplicata ratiõe generatur. Falſe cõcluditur. Et hoc dicit Ariſto. (Fit autem vt quidam vitio ſe concludant, propterea quod eos medios: ſcilicet terminos ſumãt, qui vtroſq; extremos ſequntur. &c.) ſicut animal de homine, & equo dicitur. Hoc ſuppoſito, probat quod iſte deffectus in mathematicis non contingit, quia interdum fieri non poteſt, ex talii medii diſpoſitione: ſequatur. Vt ſi ſuperior ſit ad extremitates, ſed aliquãdo eſt bonus, vt eſt quando medium conuertitur cum extremitatibus. Vt ſic. Omne riſibile eſt animal rationale, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis. Sed hic non tenet, omnis homo eſt animal, omnis equus eſt animal: ergo omnis equus eſt homo.

¶ Quod ſi fieri. &c.) hic ponit quartã excellentiam, quę conſiſtit ex eo, quod facilior eſt reſolutio, quia procedit ex certis, & determinatis principiis: quam ſit in dialectica. 4. excellẽtia Reſoluere eſt (vt diximus) inueſtigare principia concluſionis. Et item habẽt certa principia mathematicę, quia in dialectica aliquãdo verum ex falſo, ſed in mathematicis: nũq̃ verũ niſi ex vero, & neceſſario. Ex quo contingit media in dialectica, non eſſe determinata: ſed infinita quodãmodo. Et demonſtratiua media, eſſe determinata. Exẽpli gratia, in dialectica. Omnis homo eſt riſibilis: vbi propria paſsio, de ſuo ſubiecto infertur: ex iſtis, omne animal eſt riſibile, ois homo eſt animal: ergo. Et ex his, omne albũ eſt riſibile: omnis homo eſt albus, & ex aliis innumeris: quia falſa, non cadũt ſub numero. Sed tamen non poteſt demonſtrari, niſi ex veris: & quę ſunt cauſa illius. Vt ex iſtis omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis. Ob hoc Ariſtote. ait in dialectica eſſe difficile reſoluere concluſiones in omnia ſua principia, quod tamen facile in demonſtratione.

¶ Quod

¶Quod ſi fiere non poſſet, &c.) Dicit qnod ſi in dialectica non contingeret, verũ ex falſo probari: facile eſſet reſoluere, quia facilis eſſet conuerſio. Quia ſicut pręmiſſæ concluſionẽ, ſic cõcluſio præmiſſas inferret (Sit enim ad verũ. &c.) Ideſt cõcluſio. a. ſit vera, (Quod cum ſit: hæc ſunt quæ quidem eſſe ſcio, &c.) Ideſt pręmiſſę & eſſent verę (Velut. b.) per quam literam, ambas intelligit præmiſſas, (Ex his oſtendet, concluſionem veram, &c.) Et hoc applicat ad mathematicas, conuertuntur autem ea magis, quia non accipit, accidentia communia: ſed propria, quę probantur de diffinito. Ideo fit conuerſio facilis, vt pręmiſſæ concluſionem inferat, & econtra concluſio pręmiſſas. Sed in dialectica, licet pręmiſſæ concluſionem, non tamen ſemper concluſio pręmiſſas, & hoc antiqui vocabant fallaciam conſequentis. (Accreſcit etiam. &c) dat ſecundam rationem, ad propoſitam cõcluſionem. Quod ſit facilior reſolutio, & in ea ponit quintã excellentiam. Quia dixerat multis abũdare mediis dialecticam. (ex quo cõtingit ſcientiam augeri): probat excellentiã mathematicarum, quia ſcientia augetur: ſine multiplicatione mediorum, per hoc qđ propriam paſsionem proba[illegible] de ſubiecto, probat per idem ſubiectum: rurſum de ſub ſumpto, ſub illo ſubiecto. Vt ſic. Omnis homo eſt riſibilis, Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt riſibilis. Et hoc inſinuat Ariſto. quãdo appellat diffinitionem a. & primũ ſubiectum b. & ſecundum c. Nam. a inquit de b, ſumitur, ideſt pr̨edicatur in minori, primę demonſtrationis, &. b. de. c in ſecunda demonſtratione. &c. eſt manifeſtum in exemplo poſito. Et iſto primo modo, augetur ſcientia.

¶Secundo modo augetur al latus ideſt per ſpecies, ex æquo diuidentes idem genus. Ponit exemplum Ariſto. a. ſit numerus abſolute, maior extremitas, b. ſimpliciter numer9 impar, medium. c. diffinitus impar, vt ternarius: minor extremitas, fiet hæc demonſtratio. Omne. b. eſt. a. omne. c eſt. b ergo omne c. eſt a. ideſt omnis numerus impar eſt numerus: ternarius eſt numerus impar: ergo ternarius eſt numerus. Rurſus. ſi. d. ſit nũerus par, &. e. diffinitus numerus par: fiet ſic, Omne. d eſt a. omne e. eſt. d. ergo omne. e. eſt. a. Vult ergo Ariſto. probare qnod genus ſupręmum, quacũq; ſpecie ſumpta pro medio, concludetur de infima ſpecie ſub ſumpta ſub tali medio. Et hoc eſt ſcientiam ad latus augeri.

¶Tertio modo creſcunt ſcientię mathematicæ, demonſtrando primã paſsionẽ de ſubiecto, & per primam ſecundam, & per ſecũdam, tertiam &c. ſicut ſi quis probet omne cui poteſt repentine aliquid accidere, eſt admiratiuum, ſed omnis homo eſt huiuſmodi ergo omnis homo eſt admiratiuus. Hæc eſt prima paſsio. Rurſus per iſtam probem ſecundam. Omne admiratiuũ eſt riſibile, ſed omnis homo eſt admiratiuus: ergo omnis homo eſt riſibilis Et tandẽ fit ſicut Euclides procedit, primo de linea demonſtrando, a quolibet puncto, in quodlibet punctũ duci. Et deinde, ſuper datam lineam triangulum æquilaterum collocari,

QVAESTIO VNICA VTRVM demonſtratio procedat ex principiis. propriis.

CIrca omnia quæ dicta ſunt in tribus capitulis precedentibus q̃ritur ad maiorem declarationem, vtrum ſit verũ quod ait Ariſ. omnem demonſtrationem procedere ex principiis per ſe & p̱priis.


¶Pro parte negatiua ſic. Demonſtrationes quæ fiunt in phiſica de motibus, de pluuia, grandine, & aliis Metheorologicis impræſionibus cauſant ſcientiã, & quæ in Aſtrologia de motibus planetarum, & de eclypſi ſolis, & lunæ, & tamen non procedunt ex neceſſariis. 1. arguitur

¶Confirmatur. Ad hominẽ, quia ipſe multas proprietates rerum demonſtrat, quę nõ eis conueniunt per ſe: ſed per accidens: ergo male dicit, quod ex illis quæ de per ſe: & illa quę de per ſe ſunt, probantur. Patet antecedens. In ſecundo phiſi, comẽ. 39. probat caſum & fortunam eſſe in rebus, & tamẽ ſunt cauſæ per accidens, In. 2. de celo tex 15. de Cõfirmatur


monſtrat

monſtrat Cælum ſemper moueri, & terrā quieſcere:ſed tamen motus & quies nō ſunt proprie paſsiones. Et ibi tex.1 0 4, probat cęlum ſphericum, & terram rotūdam. Et. 2 de genera. tex. 16, probat, ignem eſſe primo calidum, & aerem humidum, aquam frigidam, terram ſicam, & tamen illæ non ſunt qualitates proprię: ſed communes.

2. ¶ Secundo [redacted] principaliter. Ex dictis Ariſ. in iſto capitulo Mathematicę ſcienrię excellunt omnes: ſed ipſę demonſtrāt interdum per cauſas per accidens: ergo. Minor probatur, quia demonſtrat geometra ſuper datā lineam, triangulum æquilaterum collocare, deſignata linea recta & ſumpto vno extremo pro cētro, deſcribendo circulum qui trāſeat per aliud extremum, & rurſus ſuper aliud extremum deſcribendo alium circulū æqualem, & a puncto quo interſecant ſe circuli deducendo duas lineas: vſq ad extrema datę lineę, vt patet in hac figura.



Tūc ſic ad triangulum eſſe æquilaterum, per accidens eſt deſcriptio illorum circulorum: nā etiam ſi nullus eſſet circulus, triāgulus eſſet æquilaterus. Confirmatur, quia probat omnem triangulum habere tres angulos, ęquales duobus rectis, protrahendo vnam lineā trianguli, quæ faciat triangulum extrinſecū d, & arguit hoc modo. Angul⁹ extrinſecus. d. eſt ęqualis duobus intrinſecis ſibi oppoſitis, ſ. a. b. quæ eſt. 32. propoſitio Euclidis, ergo duo anguli, c. d. ſunt æquales tribus. a. b c quia ſi idem commune, ſcilicet. c. addatur duobus æqualibus: ipſa remanebunt æqualia, ſed, c, &, d. æquiualent duobus rectis, quę eſt. 13. euclidis: ergo tres anguli. a. b. c, ęquiualent duobus rectis. Sed quod angulus extrinſecus. d. ſit ęqualis duobus ſibi oppoſitis eſt per accidens, quia etiamſi nullus eſſet angulus extrinſecus: triāgulus haberet tres angulos æquales.



3. ¶ Tertio principaliter arguitur, cōtra illud quod dixit quod non fit tranſitus de genere, in genus, & quod quelibet ſcientia ex ſuis principiis propriis, probat. Cōtra quia geometria & phiſica, ſunt diuerſę ſcientię, & diuerſa ſunt ſubiecta, & non ſubalternati in poſita, tamen phiſic⁹ probat terram rotūdam per medium geometricum, a centro ad circunferentiam omnes lineę ſunt æquales. Et lunam eſſe eclypſabilem, cum ſit concluſio Aſtrologiæ probatur per medium phiſicū, quia terra interpoſita eſt, inter ipſam & ſolem.

¶ Iſtud vniuerſale principium, de nullo idē ſimul affirmatur & negatur, intra t demonſtrationem formaliter: ergo male dictum eſt. 4.
Probatur, iſte eſt bonus ſyllogiſmus. Idem ſimul eſſe & non eſſe eſt impoſsibile, materiam primam eſſe ſine forma, eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, ergo materiam eſſe ſine forma, eſt impoſsibile.

¶ In contrarium eſt autoritas Ariſto. & probatiōes quæ ab eo in littera adductæ ſunt, q̄ probant aptiſsime omnem demonſtiationem [redacted] procedere ex per ſe & propriis. In cōtrariū

¶ Ad primū ſolutio eſt, licet non in omni tēpore ſit verum Lunam pati eclypſim, & alia quę fiunt metheorologice, tamen tempore quo fiunt: neceſſario demonſtrantur. Vt ſcilicet quod Lunę contingat eclypſis in plenilunio, & Sole exiſtente in capite Draconis, Luna caudam tenēte, vel econtra: neceſſario probatur Lunam eclypſari. [redacted] ſemper eſt verum, & concluſionem ſcitam eſſe neceſſariam: & procedere ex principiis neceſſariis, nam illis [redacted] cōcurrentibus neceſſario probatut concluſio. ad argumēta

¶ Ad confirmationem, concedendum erit Ariſto. probare fortunam & caſum. Et quādo dicis non eſſe a cauſis per ſe, diſtinguendum erit, vel loquimur in particulari, aut in genere. Primo modo ſic eſt, neq ſcientia datur: ſed tamen in genere pro quanto caſus & fortūa ſunt cauſę per accidens, & præter intentionem agentis contingunt, cadit ſub ſcientia, & demonſtratur, & in genere, tales propoſitiones ſunt per ſe. Nam hoc quod eſt eſſe cauſā per accidēs, per ſe caſui & fortunę conuenit. Et ſic ignis de per ſe ſubiecti eſt calidus: ſicut homo eſt bipes, & Cælum habet per ſe moueatur. Et licet quodlibet elementum duas habeat qualitates: vna tamen de per ſe conuenit, quę eſt præualens & eminenter. Et [redacted] quod ignis ſic calidus ex parte ſubiecti, eſt in ſecundo modo dicēdi per ſe.

¶ Ad ſecundum principale, negatur quod mathematicus demonſtret non per cauſam ad. 2.
Nam ſicut ſcientię naturales per cauſas, efficientem & finalem: ſic mathematicus, per formalem & materialem. Et [redacted] ad demonſtrandam

trandam paſsionem vnius figuræ,vt trianguli: oſtendit paſsionem alterius figurę, vel circulum deſcribendo,vel angulos extrinſecos intrinſecis comparando. Vt quia lineæ exeuntes a cẽtro ad circunferentiam circuli,æquales ſint oportet: probat triangulum æquilaterum,per circuli deſcriptionem.

Ad.3. ¶ Ad tertium, negatur quod omnino ſint phiſica & Geometria adeo diuerſę ſcientię, quod vna non poſsit vti principiis alterius. Quia licet linea & punctus ſit de quo in Geometria,prout abſtrahit a materia: ſed tamen quia quantitas & pũcta ſunt accidentia corporis naturalis: poteſt phiſicus vti principio Geometrę,vel econtra. Et quando probas, quod phiſicus probat terram rotundam per medium Geometricum,non inconuenit eã dem paſsionem concludi in diuerſis ſciẽtiis per media diuerſa. Et ſic ad diuerſas ſciẽtias eadem concluſio poteſt pertinere, per hoc quod per diuerſa probatur media. Sicut terram eſſe rotundam, probat naturalis ꝑ motum,quia omnes partes tendunt ad centrũ: & ſic faciunt circulum. Et aſtronomus probat idem,quia terra eſt mundi centrũ ęqualiter diſtans a cęlo. Quod luna eclypſatur, ꝑ motum, probat naturalis: quia interpoſita eſt terra inter ipſam & ſolem. Et Aſtrologꝰ eandẽ probat,quia quotiens in illa oppoſita puncta occurrunt luminaria,in capite vnũ, aliud in cauda Draconis: contingit eclypſis eiuſdem Lunę.

Ad.4. ¶ Pro ſolutione quarti notandum, dupliciter poſſe intelligi principia vniuerſalia intrare demonſtrationem: vno modo ad explicandam contradictionem in aliqua particulari materia,vt ſic: idem ſimul eſſe & non eſſe,eſt impoſsibile, idem, ſimul moueri & non moueri,eſt ſimul eſſe & non eſſe: ergo idem ſimul moueri & non moueri,eſt impoſſibile. Et ſic non inconuenit,quod principia vniuerſalia,intrent ipſam demonſtrationẽ. Alio modo poteſt intelligi,vt intrẽt ad probandam concluſionem particularem, alicuius ſcientiæ: & hoc non contingit formaliter,ſed ſolum virtualiter. Et eſt exemplum ad manum,ſicut in re naturali dantur principia intrinſeca,quæ conſtituunt: & principia quæ particulariter applicantur, vt ſunt agentia particularia. Et prætera alia agentia, vniuerſalia,in quorum virtute agũt particularia, vt ſunt cælorum conſtellationes: ſic in demonſtratione ſunt formalia principia intrãtia ipſę præmiſſæ: & vniuerſalia ſolum virtute,& non formaliter: de quolibet eſt,vel non eſt: de nullo affirmari ſimul. Per iſta vniuerſalia principia proteruus per ducitur ad metam cõtradictionis. Vt ſi quis neget, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanẽt erunt æqualia. Tunc ſic, ſi quæ remanẽt non ſunt æqualia: ergo ſunt inæqualia,quia de quodlibet eſt vel non eſt: ſi ergo illis inæqualibus quod fuit æquale ablatũ apponatur,remanebunt inæqualia,quia inęqualibus æquali addito: remanet inęqualitas,ergo ante ipſa,non erant æqualia: quod fuerat conceſum. Et ſic remanet probatum quomodo ſit verum quod Ariſtote. aut demonſtrationem contingere ex primis & ꝑ ſe,& quod non vtitur alienis principiis, neq; ipſa prima vniuerſalia principia: intrant formaliter demonſtrationem.

DE DEMONSTRATIONE propter quid & quod eſt. Capitu. x.

DIffert autem ſcire eſſe, & propter quid eſt: primo quidẽ in eadem ſcientia: atq; in hac dupliciter: vno quidem modo, ſi ratiocinatio nõ ꝑ ea, q̃ vacant medio fiat: non enim prima ſumitur cauſa: ſcientia aũt eius ꝑꝑ qd eſt ꝑ primã ſit cauſam: alio vero mõ ſi ꝑ ea quidẽ q̃ vacãt medio,nõ tñ ꝑ cauſam,ſed ꝑ notiꝰ eorũ q̃ cõuertũtur, efficitur. Atq; nihil ꝓhibet, vt eorũ q̃ de ſeſe mutuo p̃dicãtur, notius interdũ ſit id qđ nõ eſt cauſa: q̃re demõſtratio per id ipm efficietur. ¶ Veluti vagas ſtellas eſſe prope,quia nõ micãt: vagæ ſtellę ſint c. nõ micare. b. ꝓpe eſſe collocetur in. a. vere igitͥ. b. dicetͥ de. c. vagę nãq; ſtellæ nõ micãt; at vere etiã. a. de ipo dicetͥ. b. Textus.30

quod enim non micat, ideſt propinquũ hoc autem per inductionem vel ſenſum ſumatur, a. igitur neceſſe eſt ipſi cõpetere. c. quare demonſtratum eſt, vagas eſſe propinquas. Hęc igitur ratiocinatio non eſt ipſius propter quid eſt: nõ enim quia non micant vagantes Stellę, ideo ſunt prope: ſed quia ſunt prope, ideo non micant.

¶ Fieri autem poteſt, vt per alterum alterum oſtendatur: atq; tunc erit ipſius propter quid eſt ratiocinatio, nam Stellę vagantes quidem ſint. c. prope autem eſſe ſit. b. & non micare collocetur pro. a. & . b. igitur competit ipſi. c. nam vagãtes Stellę ſunt prope, & . a. conſtat ipſi competere. b. ea namq; non micant quę prope ſunt. Quibus fit, vt. a. quoq; competat ipſi. c. atq; hęc eſt ratiocinatio ipſius propter quid eſt: nam ſumpta eſt ipſa cauſa prima.

¶ Prorſus fit, vt Luna per accretiones demonſtretur eſſe rotunda: quemadmodum quidam demõſtrat: nam ſi rotundum eſt id omne quod ſic accreſcit, perſpicuum eſt, Lunam eſſe rotũdam. Atq; hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio, qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium e contra ponãt extruent ipſius propter quid eſt ratiocinatio: non enim ob accretiones tales rotũda eſt luna: ſed quia eſt figurę rotundæ, ideo talia ſuſcipit incremẽta. Atq; ſit pro. c. Luna, rotũdum pro. b. ſic accreſcere ponatur pro. a.

¶ In quibus autem ipſa media non conuertuntur, & eſt id notius quod non eſt cauſa, oſtenditur quidẽ eſſe, ipſum autẽ propter quid eſt non demonſtratur.

¶ Præterea in his, quibus medium extra ponitur: etenim in his ipſis eſt ipſius eſſe, & non ipſius propter quid eſt demonſtratio: non enim dicit cauſam ipſam veluti propter quid paries non reſpirat, quia nõ animal eſt, nam ſi hoc nõ reſpirandi cauſa eſt, oportebat animal reſpirãdi cauſam eſſe: ceu ſi negatio cauſa eſt non eſſendi, affirmatio cauſa eſt eſſendi: vt ſi calidorum ac frigidorum intemperatio, ſanitatem non habendi cauſa eſt: eorundem temperatio ſanitatem habendi cauſa eſt. Pari quoq; modo, ſi affirmatio eſſendi cauſa eſt. At hæc autem quę hoc pacto ſunt aſsignata: non accõmodatur id quod eſt dictum: non enim animal omne reſpirat.

¶ Atq; ratiocinatio cauſę talis in media fit figura. a. namq; ſit animal. b. reſpirare, paries. c. Igitur ipſum. a. cuilibet quidem. b. competit: omne nãq; quod reſpirat, animal eſt: nulli autem ineſt. c. quare neq; . b. cuipiam competit. c. paries igitur non reſpirat. Tales vero cauſæ ſimiles ſunt hiſce, quę per exuperationẽ dicuntur. Hoc autem eſt medium id dicere, quod ſuperat cauſam. Cuius generis eſt Anacharſidis illud: in Scythia modulatrices non ſunt, nam neq; vites. In eadem igitur ſcientia, & in mediorum poſitione. hę ſunt ratiocinationes ipſius eſſe, ad ipſius propter quid eſt ratiocinationem, differentię.

¶ Alio vero modo differunt eſſe, & ꝓpter quid eſt, quod per aliam atq; aliam vtrumq; conſideratur: tales autem ſunt eæ, quę ita ſe ſe habent, vt altera ſub altera collocetur, vt ad Geometriam perſpectiua, & ad ſolidorum ſcientiam machinarum facultas extruẽdarum, & ad Arithmeticam Muſica, & ad Aſtrologiam ſe ſe habet eorum ſcientia quæ apparent. Atq; harum nonnulla ſcientiarum, nomine ratione ve fere conueniũt ceu Aſtrologia eſt & ipſa Mathematica

&

&c nauigandi ſcientia: & Muſica ea eſt quæ Mathematica, & quę auditum oblectat.

¶ Hic enim ipſum quidem eſſe, ad eos pertinet ſcire, qui ſenſu vtuntur, ipſum autem propter quid, eſt ad Mathematicos ipſos: hi namq; cauſarum demõſtrationes habent, & perſępe neſciunt ipſum eſſe, quemadmodum ij, qui cõtemplantur ipſum vniuerſale, nonnulla ſingularium, quia non animaduertunt, ſępenumero neſciunt. Hę autem ſunt, quę formis ipſis vtuntur, quę quidem ſunt alia quędam, ſubſtantiaq; diuerſa. Mathematicę namq; ſcientię circa formas ſunt: de nullo enim ſubiecto dicuntur: nam & ſi Geometria ipſa ſunt in ſubiecto, non tamen vt in ſubiecto ſunt Geometricę conſiderationi ſubijciuntur: vt autem perſpectiua ſe ſe habet ad Geometriam, ſic alia ſe ſe habet ad perſpectiuam: veluti de Iride: nam ipſum quidem eſſe, ad naturalem pertinet ſcire: ipſum autem propter quid eſt, ipſius eſt perſpectiui, aut ſimpliciter, aut eius qui complectitur mathematicam.

¶ Complures etiam ſcientiarum, que non ſunt ita diſpoſitę, vt altera ſub altera ſit collocata, pari modo ſe habent: vt medicina atq; Geometria. Nam ſcire vlcerum ea quę orbis ſubeunt formam tardius cęteris curari, ad medicum ſpectat: propter quid autem ad Geometrã.

Gloſſa.

In iſto, 10. capitulo, ſolum eſt vnus textus: qui. 30, eſt in ordine. Vbi Ariſto. oſtendit differentiam, inter demonſtrationem quia: & propter quid, non ſolum in diuerſis ſcientijs: ſed in eadem.

¶ Notandum demonſtrationem, quia, vocari ſecundum cõmunem modum ex verſione Boetii: ſed tamen potius dicẽda eſſet, quod hoc eſt hoc. Nam quia demõſtrat, qđ hoc eſt hoc: non reddẽdo cauſam illius. Sed in demonſtratione propter quid, redditur. Et, quia, apud Argyropilum ſignificatius dicitur, demõſtratio q̃ oſtenditur ipſum eſſe 1. Nota.

¶ Secundo notandum, quod cum demonſtratio propter quid, ſit potiſsima, & ꝓprie demonſtratio contingit non eſſe pp quid, ſed quia. Vel quia ab effectu, qui magis notus nobis ad cauſam eſt proceſus, vel a cauſa, ſed mediata. Exemplum ex Ariſto. Si qs argumentetur, Stellę non micantes ſunt ꝓpe nos planetę non micant: ergo ſunt prope nos. Eſt demonſtratio quia. Eo quod ex effectu ſ. quia non micant: concluditur cauſa quia prope nos. Et ſic intelligit cum dicit (Vagas Stellas. &c.) quæ ſunt planetæ, q̃ & erraticę, quę non micant, vel ſcintillant: quia non multum diſtant a nobis, cum tamẽ quę in firmamento ſunt ſcintillent, quia nimium elõgatę, in oculo debiliſsimũ cauſant conum, qui male figitur in oculo: & ſic oculus trepidat, & facit ſydus apparere ſcintillare. Licet Sol vt autor eſt Ariſto. 2. de Cælo tex. 48. dicatur ſcintillare, propter excellẽtiam ſenſibilis diſgregantis viſum. Dicit ergo Ariſtote. (Vagę Stellę ſunt. c. &c.) Ideſt minor extremitas, non micare. b. medium, prope eſſe collocetur in a. ideſt in maiori extremitate. Illę p̃miſſę inductiõe & expiẽtia conſtãt. Probat deinde Ariſ. hãc demõſtrationẽ, quia fieri ꝓpter quid, ſi id qđ ꝓ maiori extremitate ſumatur ꝓ medio, & qđ ꝓ medio ſumatur ꝓ maiori extremitate. ſic Oẽ illud qđ eſt ꝓpe nos, nõ micat, ſed planetę ſunt ꝓpe nos: ergo planetę nõ micãt, ẽ pp qd, quia a cauſa ad effectũ (Ibi ꝓrſus fit.) dat aliud exemplum de Luna. 2.

¶ In quib9 aũt ipſa media. &c.) ibi Ariſ. quia dixerat, quia, in ꝓpter quid reſolui: docet nõ cõtigere vbiq;, ſed qñ ꝓ medio in demõſtratiõe. qa, aſſumitur effect9 adęquatus, & pro maiori extremitate, adęquata cauſa, & pro minori: ſubiectũ adęquatũ. Vt in exẽplo ꝓpoſito, effect9 adęquat9 cauſę eſt q ſeqtur ex ſola tali cauſa, & ex oĩ tali, Vt ſcintillare ex nõ ꝓpe eſſe, inadęquat9 eſt dupliciter,

vel quia inferior, & exceditur a cauſa, quia ſequitur ex tali cauſa: non tamen ex omni. Vel quia eſt ſuperior qui ſequitur ex omni tali cauſa, non tamē ex ſola. Si ſit inadęquatus primo modo, demonſtratio, quia, poteſt eſſe, ſed non propter quid. Vt moueri, motu progreſsiuo, eſt animalis effectus: ſed nō cuiuſcūq; Quia oſtra non mouetur tali motu. Tunc ſic eſt demonſtratio, quia, ſic. Quicquid mouetur motu progreſsiuo animal eſt homo mouetur motu progreſsiuo. ergo homo eſt animal. Sed non valet propter quid. Omne animal mouetur motu progreſsiuo, omnis homo eſt animal · ergo omnis homo mouetur motu progreſsiuo, maiorē falſa.

¶ Si vero effectus cauſam excedit, ſequitur demonſtratio propter quid, & non, quia, vt viuere effectus eſt animalis, ſed non ſolius: quia plāta viuit. Tunc ſic. Omne animal viuit, omnis homo eſt animal: ergo omnis homo viuit. Sed, quia, non valet, omne quod viuit eſt animal, omnis homo viuit, ergo omnis homo eſt animal. Quia maior eſt falſa.

¶ Pręterea in his. &c.) Ariſto. probat eſſe etiam quia, quando a cauſa procedit, ſed non immediata, ſed mediata, & remota. Sit exemplum, quando a cauſa remota fit. Demonſtretur quod lapis non reſpirat, quia non eſt animal. Omne non animal non reſpirat, lapis non eſt animal: ergo lapis nō reſpirat. Eſt, quia, licet a cauſa, quia eſſe animal non eſt cauſa immediata reſpirandi, ſed habere pulmonem. Patet quia piſces ſunt animalia, & tamen non reſpirāt: quia pulmonē non habēt.

¶ Atq; ratiocinatio cauſæ. &c.) probat quod demōſtratio negatiua, maxime inadæquata, quando cauſa effectum ſuperat, fit in ſecunda figura. Per. a. intelligit medium, & per. b. maiorem extremitatem, per. c. minorem. Fiat ergo ſic: Quicquid reſpirat, animal eſt, ſed lapis non eſt animal: ergo lapis nō reſpirat: in Baroco. Hęc tamen non ē ꝓpter quid, licet a cauſa ad effectū: quia a cauſa remota. Nam quia paries nō eſt animal, nō habet pulmonē: & quia pulmonē non habet nō reſpirat. Et ſi ex eiſdem terminis fieret argumentum, ab effectu ad cauſam: nō valeret ſic. Omne animal reſpirat, paries non reſpirat: ergo paries non eſt animal. Maior eſt falſa. Et hoc dicit Ariſto. quando ait. animal ſe habet reſpectu reſpirandi: ſicut cauſa quę exuperat, & ſic affirmatur de effectu diſtributiuo, ſed tamen effectus non affirmatur, de illa diſtributa, ſ. quod omne quod eſt animal reſpiret, ſubiungit aliud exemplum Anacharſidis qui cum eſſet ſcitha, vbi non eſt vinum: interrogatus an ibi eſſent ſaltatrices: ait, non hercle, quia non ſunt vites.

¶ Alio vero modo. &c.) hic incipit ponere differentiam, inter demonſtrationem, quia, & propter quid, in diuerſis ſcientiis. Et primo in ſubalternis, ponit exemplum.

(Hic enim ipſum. &c.) oſtendit differentiā ſcire, quia, ideſt hoc eſſe pertinet ad ſciētiam ſubalternatam, ſeu ad ſcientiam practicam: ſed propter quid, ad ſubalternantem ſeu ſpeculatiuam. Quod Boetius transfert, ipſum. quia, Argyropilus vertit, ipſum eſſe.

¶ Notandum quod ſubalternans ſcientia, vt Mathematica & Geometria, tractat de formis. ſ. de angulis, & figuris linearum, & numerorum, prout abſtrahunt ab omni materia. Nam licet angulus & figura, non poſſit eſſe niſi in aliqua materia: tamen conſiderat de eis, ſicut ſi eſſet ſine materia. Subalternata tamē vt muſica, & perſpectiua tractat de eis vt ſunt in materia ſenſibili. Ob id iſtę ſubalternatę: vocantur ſenſuales, quia viſum, vel auditum oblectāt. Et ſubalternātes vocantur mathematicę. Et ſic ait, quod ipm eſſe pertinet ſcire ad eos qui ſenſu vtuntur. Ideſt ipſum quia, ſed propter quid, ad mathematicos, qui quidem ſciunt cauſas: & ſæpe ignorant effectum. Quia ad experiētiam non aduertunt Exempli gratia, quod res q̄ a longe videtur, minor apparet quā ſi prope eſt propoſitio pſpectiuę q̄ experiētia cōſtat, ſed propter quid illius, ad Geometriā pertinet. Cauſa eſt, quia res prope viſa, videtur per maiorē angulū: quā a lōge viſa Quod autē duorū angulorū, ab eadē baſe procedentiū, illę ipſum magis diſtāt: ſit acutior, q̄ illæ qui minus: eſt Geometrica propoſitio, & apparet in hac figura. Nota.

¶ Cōplures etiā ſcientiarū, &c,) concludit, quod etiā in illis q̄ nō ſubalternātur differt qa, & propterqd. Vt chirugia, ſcit vulnera circularia, tardi⁹ ſanari: q̄ ob longa. Hęc quia, ſed propter quid: Geometria reddit.

quia

quia latera circuli: magis diſtant, etiam ſi nō ſit ſubalternans reſpectu eius.

QVOD PRIMA FIGVra ſit ad demonſtrandum aptiſsima. Capitu.xi.

Textus.31. PRima autem ratiocinationis figura maxime ad ſcientiam ipſam accōmodatur, mathematicę namq́ ſcientię, vt Arithmetica, Geometria, & perſpectiua, per hanc (vt patet) demonſtrationes afferunt ſuas, atq́ etiam omnes fere quę ipſius propter quid eſt faciunt conſiderationem: aut enim omnino, aut perſæpe & in plurimis hac in figura ipſius propter quid eſt exoritur ratiocinatio. Quare propter hoc etiam ipſum, maxime ad ſcientiam erit accōmodata. Propriſsimus enim dicendi modus eſt, contemplari ipſum propter quid eſt.

¶ Deinde hac tantūm figura ipſius qd eſt, venari ſcientiam poſſumus, in figura namq́ media, nulla fit affirmatiua ratiocinatio, ſcia vero ipſius quid eſt, affirmationis nimirum eſt, in vltima vero fit quidē, at non eſt vniuerſalis, vt patet. Ipſum autem quid eſt, vniuerſaliū eſſe cōſtat: non enim aliqua ex parte homo eſt animal bipes.

¶ Inſuper hęc figura cęterarum non indiget figurarum, at indigēt huius illę ꝑfecto. Nam hac dēſantur atq́ accreſcūt quouſq́ ad ea perueniant, quæ medio uacant: patet igitur primam figuram exactiſsimam atq́ accommodatiſsimā ad ſcientiam eſſe.

¶ Quemadmodum autem fit, vt.a. indiuidue competat ipſi.b. ſic etiam vt idē tidem non competat fieri poteſt. Atq́ tum indiuiduæ competere vel nō competere dico tum inter ipſa nullum medium eſt: ſic enim non erit vlterius per aliud ineſſe. Cum itaq́ vel.a. vel.b. in toto quopiam eſt, vel etiam vtrumq́ tum etiam fieri nequit, vt.a. primo non competat ipſi.b. ſit enim.a. ipſum in toto.c. ſi igitur.b. non ſit in aliquo.c. (fieri namq́ poteſt, vt.a. quidem in toto quopiam ſit.b. vero in hoc eodem non ſit) tum raticinatio fiet: ac ipſum.a. non ineſſe.b, per.c. medium concludetur. Nam ſi.c. cuilibet quidem.a. competat, de nullo vero.b. prędicetur.a. ſane nulli competet.b. idem fiet, & ſi.b. in toto quopiam ſit, velut in.d. nam ipſum.d. cuilibet quidem competit.b. nullo vero dicitur.a. quare fit, vt.a. per ratiocinationem nulli competat.b. Eadem oſtendentur, & ſi vtrumq́ tam.a. quam.b. in toto quopiam ſit.

¶ At vero fieri poſſe, vt.b. non ſit in eo in quo toto eſt ipſum.a. aut rurſus, vt.a non ſit in eo in quo totum eſt ipſum.b. patet ex diſpoſitionibus rerum quæ inter ſe ſe non miſcētur. Nam ſi nihil eorum quæ in.a.c.d. ſerie collocātur, de nullo prędicantur eorum quę in.b.e.f. diuerſa ſerie collocātur.a. vero in toto ē.G quod quidem eiuſdem eſt ſeriei: perſpicuum eſt fieri non poſſe, vt.b. in ipſo ſit G. alioquin conuenirent, ac miſcerentur hę ſeries rerum. Idem fiet, & ſi.b. ipſum in toto quopiam ſit.

¶ Sed ſi.a. nullibi.b. inſit, & neutrum in toto ſit vllo, neceſſe eſt.a. ſine medio non competat ipſi.b. nam ſi quippiam inter ipſa mediū cadet, neceſſe ē alterū ipſorū i toto quopiā eſſe. Aut.n. in prima

figura ratiocinatio eorum,aut in media
extruetur:at ſi in prima.b. nimirum in
toto quopiam erit. Propoſitionē enim
eā,quę verſus,b.collocabitur, affirma-
tiuam eſſe oportet. Si vero in ſecunda,
vtrumuis in toto quopiam erit:nam v-
trumuis interuallum affirmatiuum eſſe
poteſt.Atq; nunc verſus maius,nūc ver
ſus minus extremum:negatiua propo-
ſitione ſumpta conficitur ratiocinatio.
Ambę vero propoſitiones ſi fuerint ne
gatiuæ,ratiocinatio non conſtabit. Pa-
tet igitur fieri poſſe, vt ſine medio quip
piam non inſit : atq; quando, & quē-
madmodum fieri poteſt, ſatis iam ex-
planauimus.

Gloſſa.

INiſto capitulo,11.vbi vnꝰ
eſt textus 31 in ordine, ꝓ
bat Ariſto.formam demō
ſtratiōis,aptius fieri in pri
ma figura. Et quod affir-
matiua demonſtratio,ma
xime ibi. Illa figura eſt de-
monſtrationi cōmodior, vbi propter quid
& potiſsime fiunt demonſtrationes,ſed hęc
eſt prima figura,quia medium eſt ibi diffini
tio,quę eſt cauſa immediata proprię paſsio-
nis.quę demonſtratur de diffinito:& in mi-
nori diffinitio prędicatur de diffinito:vt ſic,
omne animal rationale riſibile eſt,omnis ho
mo eſt animal rationale: ergo omnis homo
eſt riſibilis.

¶ Deinde hac tantum,&c.) ponit ſecun
dam rationem ad idem,illa eſt aptiſsima : ꝑ
quam melius inquirimus propter quid : ſed
talis eſt prima figura. Hanc minorem pro-
bat,quia ſcientia propter quid,ex affirmati-
uis procedit:quia cauſa potiſsima eſt poſiti-
uum,reſpectu effectus. Et ſi ſit aliqua cauſa
negatiua,ad affirmatiuā reduci debet,Item
quod ſcientia propter quid, eſt vniuerſalis:
ſed tamen in ſecunda figura, nil affirmati-
ue,& in tertia nil concluditur vniuerſaliter
ergo prima figura eſt accōmodatiſsima.

¶ Inſuper hæc figura, &c.)ponit tertiā
rationem,illa eſt figura potiſsima, quæ aliis
non indiget vt fiat euidens ſed hæc eſt pri-
ma,nam ſecunda, & tertia: probantur per
reductionem ad primā,vt in tractatu ſyllo-
giſmorum probauimus. Et Ariſto,in libris
priorum oſtendit oſtenſiue reduci omnes
alios modos,ſecundę & tertię figurę,ad qua
tuor illos perfectos primę.

¶ Nam hac dēſantur atq; creſcunt,quo
ad vſq; ad ea perueniant: quæ medio va
cant.&c.)eſt ſenſus litterę, quod in hac pri
ma figura,fit reſolutio vſq; ad vltimam cau
ſam, & illud eſt media denſari vel creſcere
vt ſi iſta omnis homo eſt ſubſtantia, ad im-
mediatam reducatur:fiet ſic. Omne animal
eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal:er
go omnis homo eſt ſubſtātia. Et rurſus,om-
ne animal eſt ſubſtantia,ſic. Omne corpus
animatū eſt ſubſtantia,omnis homo eſt cor
pus animatum:ergo. Et rurſus illa,ſic, Om-
ne corpus eſt ſubſtātia,omnis homo eſt cor
pus.&c. hic denſata fuerunt media, & cre-
uerunt vſq; ad immediatam. Et quia hęc re-
ſolutio in prima,& non in ſecunda,quia ne-
gatiue concluditur,neq; in tertia, quia non
vniuerſaliter:ſequitur intentum.

¶ Quemadmodum autem. &c.) Ibi
Ariſto.probat,etiam in negatiua continge-
re demonſtrationem,quia datur propoſitio
immediata negatiua,ſicut affirmatiua. Ait
ipſe,nam quemadmodum contingit, vt. a.
indiuidue competat ipſi b.ita fieri poteſt,vt
indiuidue non competat. Per indiuidue cō
petere,intelligit prędicatum de per ſe, cōue
nire ſubiecto immediate:ſicut homini, ratio
nale competit,aut non competere de per ſe
negari:vt ſubſtantia non eſt qualitas.

¶ Cum itaq; vel. a.vel.b. in toto quo-
piam eſt.&c.)quæ littera licet obſcura,ta-
mē ſubtilis intendit probare in negatiuis,q̄ Quę media-
immediata:& q̄ mediata dicātur. Nā in affir ta ⁊ q̄ imme-
matiuis,abunde dictū,dicit,in negatiuis,qđ diata.
illa dicetur mediata, cuius prædicatum po-
teſt demonſtrari,negari de ſubiecto, per ali
quod medium, quod per ſe conuenit alteri
extremorum & negatur de alio. Et tūc erit,
cuius alterum extremorum:continetur ſub
aliquo genere,ſaltin generaliſsimo, vel am-
bo

bo ſimul extrema, vt homo non eſt qualitas homo non eſt equus, homo non eſt lapis. Poteſt fieri argumentum ſic, omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo in ſecunda figura, in Cameſtres: maior eſt per ſe primo: & ſic per animal, homo negatur de lapide. Et ſimiliter ſic, nullum animal rationale eſt equus, omnis homo eſt animal rationale: ergo nullus homo eſt equus, in Celarẽt. Item iſta, homo non eſt qualitas: ſic. Nulla ſubſtantia eſt qualitas, omnis homo eſt ſubſtantia: ergo nullus homo eſt qualitas. Eſt maior immediata quæ non poteſt demonſtrari. Ait ergo (Cũ itaq; vel .a. vel .b. &c.) Ideſt maior vel minor extremitas, in toto quopiam eſt, ideſt ſub aliquo genere continetur, vel vtrunq;: ſcilicet ambæ extremitates continẽtur ſub eodem genere. Vt homo, & equus: ſub animali, & homo & lapis: ſub corpore. Tũc fieri nequit, vt .a. primo non conueniat ipſi .b. ideſt hæc nõ poteſt eſſe immediata, nullum .b. eſt .a. (Sit .a. maior extremitas in toto. c. puta ſub medio quod ſit genus, & .b. non ſit in aliquo .c. &c.) vt .a. ſit homo. c. animal. b. qualitas. tunc fiet ſyllogiſmus in Cameſtres. Omnis homo eſt animal, nulla qualitas eſt animal: ergo nulla qualitas ẽ homo. Vbi ipſum .a. mõſtratur non ineſſe .b. p c medium. Idem etiam fiet, ſi .b. in toto quopiam ſit, ſcilicet in .c. genere, quod negatur de .a. vt ſi in ceſare dicas, nullum .a. eſt .c. omne .b. eſt .c ergo nullum .b. eſt .a. ideſt nullus homo eſt qualitas, omnis albedo eſt qualitas: ergo nulla albedo eſt homo: & idẽ fiet, ſi vtrunq; ſit ſub eodem genere, vt homo, & equus: (vt ſupra exemplum poſitum eſt)

¶ Et tandem in negatiuis, illa ſolum dicetur immediata: cuius neutrum extremum ponitur ſub aliquo genere: ſed vtrunq; eſt generaliſsimum, vt quãtitas, non eſt qualitas. & quia ſi poſſet probari, maxime per medium quod de per ſe conueniret ſubiecto: ſed hoc non poſſet eſſe, niſi genus vel diffinitio: ſed generaliſsima, neq; habent genus neq; diffinitionem.

¶ Si .a. nulli .b inſit. &c.) probat adhuc eſſe immediatam negatiuam, ſi prædicatum non ineſt ſubiecto: & neutrum continetur ſub aliquo genere, ſaltin generaliſsimo. Vt ſubſtantia non eſt qualitas: quia ſi poſſet ꝓbari, fieret in prima, vel in ſecunda figura. Si in prima, tunc .b. in aliquo toto erit; ideſt minor debet eſſe affirmatiua: quod eſt vniuerſalis in prima figura, in quatuor primis modis euidentibus: ſemper minor eſt affirmatiua. Vt in Barbara, Celarẽt, Darii. Et hoc eſt quod dicit, propoſitionem quæ penes .b. collocabitur, ideſt minorem, affirmatiuam eſſe oportere. Et tunc medium prædicatũ, ad minorem ſe habet vt genus, vel diffinitio. Et ſic .b. minor extremitas, erit in aliquo toto; quod eſt contra prædicta.

¶ Si demonſtratio fiat in ſecunda figura, & tũc aliqua extremitatum in aliquo toto erit. Quia minor extremitas, ſubiicietur medio affirmatiue: in ceſare, & feſtino Et maior in Cameſtres, & Baroco. Si tamen extremitates generaliſsima ſunt, vt ſubſtantia, & qualitas: non poſſunt ſubiici in prædicatione directa affirmatiua, niſi ſumatur pro medio ly ens: & tunc non poſſet de vno generaliſſimo affirmari, & de alio negari.

¶ Nec fecit mentionem de tertia figura, nã licet in Bocardo poſsit concludi, ſic: homo non eſt qualitas, omnis homo eſt ſubſtantia: ergo ſubſtantia non eſt qualitas. Non tamen eſt immediata iſta concluſio, ſed oportet ſit vniuerſalis: quia omnis immediata, eſt vniuerſalis. Et in tertia figura, non concluditur vniuerſaliter: ob id non poſuit, exẽplum in tertia figura.

QVÆSTIO VNICA. vtrum demonſtratio, quia & propter quid diſtinguantur.

ET VIDETVR quod non, quia demõſtratio quia, non differt ſpecie ab illa quę propter quid. Patet, nam ex eiſdem propoſitionibus trãſpoſitis, ex qa fit ꝓpter qd, & ecõtra. 1. arguitur.

Vt patet, ſic, hęc eſt propter quid, vt Ariſto. ſupra poſuit exemplum. Omne quod prope eſt, non ſcintillat: planetę ſunt prope nos: ergo non ſcintillāt: & eadē fit quia, ſic, omne quod non ſcintillat, eſt prope: ſed planetę non ſcintillant: ergo ſunt prope Ex effectu cōcluditur cauſa. Et ſic ſiue a priori, ſiue a poſteriori: idem aſſenſus cauſatur ſcientificus.

2. ¶ Secundo ſic, nulla eſt demonſtratio, quia, ergo non poſita eſt bene diſtinctio. Patet, qa ſi aliqua, vel eſſet quę procedit ab effectu ad cauſam: vel a cauſa remota & mediata, (vt dictum eſt) ſed neutra iſtarum eſt, quia, ſi ab effectu remoto, non valet: nam viuere eſt effectus remotus animalis, non tamen ſequitur, omne quod viuit eſt animal, planta viuit: ergo planta eſt animal. Item ſi cauſa mediata, vel intendit per mediatā cauſam principium proximum concluſioni, quod tamē aliud habet prius: per quod probetur, & tūc illa non erit, quia, ſed propter quid. (Vt ſupra dictum eſt) vt eſt hęc, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis: nō enim procedit a cauſa immediata, ſi tamen per cauſam remotā intelligit principium remotum, inter quod & concluſionē, mediat alia cauſa: tunc non ſemper eſt bona conſeq̄ntia. Patet, quia eſſe animal eſt cauſa remota reſpirandi, & tamen non ſequitur: hoc eſt animal, ergo reſpirat, cū piſces ſint animalia & non reſpirēt: & ſi fiat demonſtratio, maior eſt falſa: ſic, omne animal reſpirat. Et ſic neq; propter quid, neq;, quia.

In cōtrariū ¶ In contrarium tamen eſt autoritas Ariſ. ponentis ſolum duas ſpecies demonſtrationis, quia, & propter quid: quę ſimpliciter eſt talis, & potiſſima.

¶ Pro ſolutione quęſtionis, (eo quod tota ratio differentię inter demōſtrationem, quia, & propter quid, videtur pendere in modo demonſtrandi. ſ. ex medio, quia vel ab effectu ad cauſam, vel a cauſa ad effectum: & tūc a propinqua, vel remota) oportet notare qđ cauſa remota, tripliciter ſumitur. Vno modo quia licet cum effectu conuertatur, eſt tamen mediata, immediatione cauſę. Vt eſſe animal rationale, eſt cauſa mediata riſibilitatis, quia mediat admiratiuum. Sic luminaria eſſe in capite, vel cauda Draconis: eſt mediata cauſa eclypſis & proxima, eſt terrę interpoſitio, &c. quando ſunt tales cauſę affirmatiuę, & negatiue, valet, a cauſa ad effectum: & ab effectu, ad cauſam.

Duplex cauſa propinqua & remota.

¶ Secundo modo dicitur cauſa remota, qn̄ neq; infert illud, neq; īfertur ex illo ſicut pulſum habere concitatum, eſt effectus, & ſignum fębris: & tamen non ſemper ex illa cauſa ſequitur talis effectus, neq; talis effectus infert cauſam. Patet, quia homo, prope mortem, non habet pulſum concitatum: & tamen eſt fębris, neq; ex illa cauſa ſola, ille effectus, quia ex alio exercitio potuit euenire pulſus agitatio. Et ſic neq; affirmatiue, vnū infert aliud: neq; propter quid, neq;, quia, ſicut in exemplo poſito ab Ariſto. Vt modulatio inferat, quod ſint vites: vel quia vites: ſequatur modulatio.

¶ Tertio modo cauſa dicitur remota, quia ſcilicet eſt ſuperior ad effectum: & dicitur mediata, mediatione prędicationis & tunc infertur affirmatiue, ex effectu: ſed cauſa non infert effectū affirmatiue, ſed ſolū negatiue. Et illa cauſat demonſtrationē, quia, ex cauſę mediatione. Vt quicquid reſpirat eſt animal, lapis non eſt animal: ergo lapis non reſpirat. Et affirmatiue non valet, hoc eſt animal: ergo reſpirat. Eſt enim a cauſa remota ad effectum: quia ſuperior eſt animal, ad effectum reſpirare: cum aliquibus cōueniat animal, quibus non reſpiratio, vt piſcibus.

¶ Eodem modo de effectu remoto, diſtinguendum erit: quando enim effectus ſequitur ex ſola cauſa, non tamen ex omni: ſequitur affirmatiue. Vt hoc reſpirat: ergo eſt animal. Non tamen ſequitur negatiue, non reſpirat: ergo non eſt animal. Si tamen effect⁹ ſequatur, ex omni, & non ex ſola: ſequitur negatiue, ab effectu ad cauſam: & non affirmatiue. Vt non viuit, ergo non eſt animal. Sed non ſequitur: viuit, ergo eſt animal, plāta enim viuit, vita vegetatiua: ſed animal non eſt.

¶ Eſt etiam notandum, quod demōſtratio, quia, & propter quid. eiuſdem concluſionis ſpecie differunt: nam pręmiſſę ſpecie differunt. Si enim demōſtro Lunam eclypſari a priori, qa terra interpoſita eſt: vel a poſteriori, quia luce priuata eſt: manifeſtum eſt, pręmiſſas ſic ſpecie differre. Nota.

¶ Secundo,

¶Secundo,licet ſit verum ipſas demõſtrationes differre, tamen aſſenſus concluſiõis cauſatus a demonſtratione propter quid, & a, quia:non differunt ſpecie,licet vnus alio clarior. Nam ille qui a propter quid,clarior, ꝙ ille qui a quia. Nam diuerſitas cauſarum,non neceſſario ponit diuerſitatem effectuum. Idem eſt ignis ſpecie productus a Sole,& product⁹ ab igne. Et hoc euadit manifeſtum, nam ſcientia quę habetur a ruſtico de eclypſi per experientiam:non differt ſpecie, ab illa quę per demonſtrationẽ cauſatur. Et certum eſt, ſi illi duo aſſenſus ſpecie differrẽt poſſẽt ſimul & ſemel,eſſe in eodem:quod tamen eſt contra experientiã.

¶Ad q̃ſtionem ergo reſpondetur affirmatiue.ſ. demonſtrationem propter quid quæ a priori eſt,diſtingui ſpecie ab illa quę, quia, dicitur a poſteriori. Qđ & autoritate Ariſ. & ratione probatur (vt in ſecundo notabili dictum eſt) eo quod pręmiſſę in illis demonſtrationibus,ſpecie differunt.

ad primum. ¶Ad argumenta in contrarium, ad primũ ex eiſdem pręmiſsis per tranſpoſitionẽ, fit ex demonſtratione propter quid,demõſtratio,quia,& econtra.ergo. Nego antecedẽs, nam ex pręmiſsis non contingit. Contingit tamen,ſi concluſionem ſumas pro pręmiſſa & pręmiſſam inferas pro concluſione,vt ſic omne compoſitum ex contrariis corrũpetur,homo eſt compoſitus ex contrariis: ergo homo corrumpetur,hæc propter quid,ſi tñ ſic varies,omne quod corrũpitur ex contrariis conſtat,homo corrumpitur:ergo homo ex contrariis conſtat:eſt,quia,& cõcluſionem prioris ſyllogiſmi feciſti minorem in iſto. Sed tamen licet ita contingat,differunt ſpecie iſtę demonſtrationes, quia præmiſſę in vno diſpoſitę,vt ſunt in alio: ſpecie differunt, etiã ſi ex eiſdem terminis cõſtẽt.

¶Nec valet. Idem aſſenſus ſcientificus cauſatur,a demonſtratione, quia, & ab illa quæ eſt propter quid:ergo ipſæ demonſtratiões, non differunt (ſicut in ſecundo notabili dictum eſt).

ad. 2. ¶Ad ſecundum argumentum, quod videtur habere maiorem difficultatem,ex dictis in primo notabili,patet ſolutio. Nam quando dicis quę ſit,quia, dico eſſe illam,quæ ab effectu ad cauſam:quę a poſteriori vocatur: nam licet effectus prior quo ad nos, tamẽ in natura. ipſa cauſa prior eſt: ſed tamen non ſemper,quod ab effectu ad cauſam:ſed quãdo eſt effectus,qui eſt cauſę adęquatus:& cũ ea conuertitur: vt eſt in exemplis poſitis ab Ariſto. de prope eſſe planetas, & non ſcintillare:& terram eſſe interpoſitam, & Lunã eclypſari. Si tamen effectus ſit remotus, & non ex ſola. Non ſequitur. Omne quod viuit eſt animal,planta viuit: ergo eſt animal.

¶Et quando ex cauſa remota .&c.non intelligitur quando ex cauſa mediata, inter q̃ & effectum alia mediat,quia ſic,propter qđ eſt:vt in hac. Omne animal rationale eſt riſibile,omnis homo eſt animal rationale.&c nota ſed tunc dicitur,quia, quãdo procedit a cauſa q̃ remota eſt: reſpectu ipſius concluſionis vt ſic,quicquid reſpirat eſt animal,lapis non eſt animal: ergo lapis non reſpirat a cauſa ad effectum. Scilicet a remota,nam eſſe animal,non eſt cauſa immediata concluſionis: ſcilicet reſpirationis, ſed habere pulmonem.

¶Manet ergo in aperto, differentiam eſſe in demonſtratione quia, & propter quid: licet contingat eundem eſſe aſſenſum,in concluſione ſcita,propter quid: & quia.

¶Sed reſtat dubium,circa litteram,quomodo ſtet quod ait Ariſto. loquẽdo de ſcientiis ſubalternatis,quod ſubalternans dicat ꝑpter quid:& ſubalternata, quia? nam perſpectiua & muſica, ſaltin ſpeculatiue demonſtrant propter quid,& tamen ſunt ſubalternatę:quia perſpectiua Geometrię,& muſica Arithmeticę. Patet,quia muſica a priori reddit rationem cõſonantię ſonorum, vt eſt videre in Boetio. Dubium.

¶AD dubium reſpondet Soto in iſto loco, per propoſitiones. Prima, ſcientia ſubalternata,non ſolum demonſtrat ab effectu: ſed a priori,& propter quid:vt argumentũ probat:quia in hoc conſiſtit ratio pereſpectiuę, & muſicæ ſpeculatiuę: quod a priori demõſtrat,ſuas concluſiones. Ad Dubiũ. 1. ꝓpoſitio.

2. ¶Secunda propoſitio,quãuis poſſet forſitã ſuſtineri,quod pereſpectiua ſpeculatiua nõ eſt,niſi Geometria,pro illa parte, & muſica ſpeculatiua, Arithmethica pro illa parte, q̃ probat ſuas concluſiones: ſed tamen rei veritas habet, quod perſpectiua intra limites perpectiuę,ſuas probet cõcluſiões,& Arithmethica ſimiliter. Exemplum, iſtam cõcluſionem

ſionē probat. Obiectum prope maius videtur, quam a longe, ſic. Obiectum quod maiori angulo viſuali videtur, maius apparet, ſed quod prope videtur, maiori angulo videtur q̄ quod a longe: ergo. Hec eſt a priori, intra limites perſpectiue: ſed tamen dicitur quod Geometria probat propter quid, perſpectiue quia ipſa ſubalternata, non poteſt reſoluere ſuam demonſtrationem, vſq; ad principia immediata, & per ſe nota: niſi per ſubalternātē. Nam premiſſe in exemplo poſito probantur a Geometra, per lineas, & angulos, abſtrahendo a viſualibus: quod eſt officium Geometre. Scilicet ſi ab eadem baſi duo latera trianguli progrediantur, maiorem angulum cauſant in parte propinqua, quam in remota. Et in hoc ſenſu Ariſto. debet intelligi, quādo dicit: ſubalternatam demonſtrare, quia, & ſubalternātem propter quid. Non quod neget, in ipſa ſubalternata eſſe demonſtrationem propter quid, ſed q͞a reſolutio principiorum, non fit niſi per ſubalternātem.

¶ Et obiter notandum differentiam eſſe, inter perſpectiuam, & muſicam ſpeculatiuam. & inter ipſas, vt practicę. Nam inquantum practicę, probat perſpectiua experientia, ſed ſpeculatiua a priori per principia, & muſica probat diapente eſſe bonā conſonātiā, quia bene cōſonat auribus. Et ſic practica eſt. Sed ipſa vt ſpeculatiua, dat rationem vt ſcilicet conſiſtat in rationali proportione, quę eſt ſexquialtera, ternarii, ad binariū Et diateſarō in ſexquitertia, ſcilicet. 3. ad. 4 ſicut diapaſom in dupla, & quod vnum diapente & diateſarō, faciunt vnum diapaſon quod conſtat in dupla proportione, quia 4 ad 2, eſt dupla conſtans eſt diapente: q̄ eſt, 3, ad 2, & diateſarō: quę eſt 4 ad 3.

DE IMMEDIATORVM ignorantia. Capitu. xij.

Textus, 32. IGnoratio autē ea quę non negatione, ſed diſpoſitione dicitur ignoratio, deceptio eſt: quę circa propoſitiones medio vacantes vel nō vacantes, affirmatiuas vel negatiuas, aut per ratiocinationem, aut ſimpliciter ſit. Nam aut ſimpliciter quiſpiam eſſe, aut non eſſe putat, aut per ratiocinationem exiſtimationem talem ſequitur.

¶ Simplicis igitur exiſtimationis ſimplex eſt error: eius autem quę per ratiocinationem efficitur, plures, a. namq; ſine medio nulli competat. b. Si igitur q̄s piam cōcludat. a. competere ipſi b, ſumpto medio. c. deceptus erit. ſar e per ratiocinationem. Atq; fieri poteſt, vt ambę propoſitiones ſint falſę: & etiam altera tantum: nam ſi neq;. a. cuiq;. c. neq; c. cuiq; eſt ſubſtantia competat. b. vtraq; autem per interuallum e contra: ſit ſumpta: ambę ꝓpoſitiones erūt: ſine dubio falſę: fieri naq; pōt vt. c. ſic ſe habeat ad extremum vtrūq;, vt neq; ſubiiciatur. a neq; vniuerſaliter cōpetat ipſi b etenim b. quidem fieri nō poteſt, vt in toto quopiam ſit: nā. a. primo remouebatur ab ipſo. a. vero non neceſſe eſt vniuerſaliter cunctis quę ſunt ineſſe: quare fit, ambę vt propoſitiones: ſint falſę. At fieri quoq; poteſt vt altera vera ſumatur, nō tamen vtrauis ſed. a. c. nam propoſitio. c. b. ſemper erit falſa: quia in nullo eſt ipſum. b. ſed. a. c. vera eſſe poteſt: veluti ſi a. ſine medio competat quidem ipſi. c. non competat autem ipſi. b. cum enim idem primo de pluribus quouis dicitur modo, neutrum erit in altero: nihil autem intereſt, & ſi non ſine medio competat.

¶ Deceptio igitur eſſendi per hoc, atq; hoc modo fit ſolum non enim alia in figura ratiocinatio erat eſſendi: nō eſſendi vero & in prima, & in media fit. Atq; primum dicamus, quot modis & quomodo ſe ſe habentibus ipſis propoſitionibus fit in prima figura. Fieri itaq; poteſt, vt ambæ falſæ propoſitiones ſumantur:

mantur: veluti ſi ipſum.a. tam.c.ꝙ.b.ſi
ne medio competat. Nam ſi ſumatur.a
quidem nulli ineſſe .c. ipſum autem.c.
cuilibet competere.b. erit vtraq; propo
ſitio falſa. Fieri quoq; poteſt, vt altera ꝓ
poſitionum vtrauis falſa ſumatur. Nam
eſſe poteſt. a.c. quidem vera. c.b. vero
falſa.a.c.quidem vera, quia.a. non om-
nibus ineſt quę ſunt.c.b. vero falſa, tum
quia fieri nequit vt.c. cui ipſum.a. nulli
competat, ipſi competat.b. nam alias.a
c.propoſitio non erit vera: tum quia ſi
ambę ſint verę, erit ipſa concluſio vera.
At.c.b.etiā vera eſſe poteſt, altera ſum-
pta falſa: ceu ſi.b.& in.a.ſit & in.c. nece
ſſe eſt enim tunc alterum eſſe ſub altero
quare ſi ſumatur. a. nulli competere.c.
erit hęc propoſitio falſa. Patet igitur &
ex altera tantum, & ex ambabus ꝓpo-
ſitionibus falſis ratiocinationem fieri
falſam.

¶ Sed in figura media vt totę quidē ꝓ-
poſitiones ambę ſint falſę, fieri nequit:
nam cum.a. cuilibet ineſt.b. nullum tū
ſumi medium poteſt, quod alteri cuili-
bet, alteri nulli competet. Oportet au-
tem hoc pacto ſumere propoſitiōes vt
alteri quidem inſit, alteri vero nō inſit,
ſi hac in figura ratiocinatio fieri debeat.
Si igitur quę ſic ſumuntur ſint falſę, cō-
ſtat e contra veras vtraſq; fore: quod
quidem fieri nequit. Verum aliqua ex
parte falſam eſſe vtramq; non obſtare
quicꝙ videtur: veluti ſi medium.c.tam
a.ꝙ.b.cuidam inſit. Tūc enim ſi ipſum
c.cuilibet quidem.a. nulli vero.b. dicatur
ineſſe, falſę quidem erunt ambę propo
ſitiones, & non ſimpliciter, ſed aliqua
ex parte: ſicut patet. Eadem erunt, & ſi
propoſitionem negatiuam verſus extre
mum maius poſſueris. Fieri tamen po
teſt, vt altera falſa atq; vtrauis propoſi-
tionum ſumatur: quod enim ineſt cuili
bet.a.id.b.quoq; cuilibet ineſt. Si igitur
ipſum.c.tale ſumptum cuilibet quidem
a. nulli vero. b. competere dixeris. a.c.
quidem erir vera, c.b.autem falſa. Rur
ſus quod nulli.b.competit, id nec.a.cui-
libet inerit: nam ſi cuilibet. a.compete-
ret, & ipſi quoq;.b. cuilibet profecto cō
peteret: at nulli ineſſe ſuponitur. Si igi-
tur cuilibet quidem.a. nulli vero.b.com
petere dixeris.c.b.quidem veram, alte
rā vero falſam efficies. Idem vtiq; fiet,
& ſi verſus maius extremum propoſi-
tionem negatiuam poſſueris: quod.n.
nulli competit.a. id etiam nulli compe-
tit.b. Si igitur.c.nulli quidem. a.cuilibet
vero.b.competere dixeris.a.c.quidē ꝓ
poſitio erit vera, altera vero falſa. Rur-
ſus ſi id quod.b.cuilibet ineſt, nulli com
petere dixeris.a.falſum tum efficies pro
poſitionem. Neceſſe eſt enim, ſi.b.cuili-
bet ineſt, &.a.cuidam competat. Si igi-
tur huiuſcemodi ſumptum, c, nulli qui-
dem, a, cuilibet vero, b, dicatur compe-
tere, erit.c.b.quidem vera, a, c, autē fal-
ſa. Patet igitur ex vtriſq; falſis, & ex alte
ra tātum circa propoſitiones indiuiduas
ratiocinationem falſam fieri poſſe.

Gloſſa.

HVcuſq; poſita in iſto pri
mo libro poſteriorum
ſunt, quæ vidētur cuili-
bet dialectico neceſſa-
ria, quippequi Ariſtot.
tradit modum demon
ſtrandi, tan propter qd
ꝙ quia. Et modum re-
ſoluendi, vſq; ad vltimatam cauſam, & prin
cipia prima immediata. Quæ tamen ſequn-
tur, tan in iſto primo libro poſteriorum: ꝙ
illa quę in ſecundo traduntur, non vidētur
admodum neceſſaria, & nimis prolixe ſunt
tradita

tradita licet more ſuo Ariſto ſimul & obſcure, & ingenioſe ſit locutus. Verum neoterici dialectici, habentes temporis rationẽ, ſolum contenti ſunt tradere vſq; ad iſtum locum. Quapropter, quæ ſequntur, ab eis cõmuniter nec traduntur, neq; exponuntur. Verum iſtius capituli ſũmariẽ ponemus declarationem, ex quo liceat colligere quæ reſtãt, licet ſubtiliter dicta: non admodum neceſſaria. Quæ poterunt ſi vacauerit videri, apud ipſum Ariſto. qui ſic affectauit obſcuritatem, quã eſt cõſequtus, vt quilibet poſſit ſui ingenii experimentum ſumere. Atqui in iſto capitulo, & tribus ſequentibus: Ariſ. agit de ignoratione, quæ ſcientię oppoſita eſt. In duobus capitulis agit de ignorantia, prauę diſpoſitionis, in primo de ignorantia principiorum immediatorum, & in ſecundo de ignorantia concluſionum, quæ ſunt mediata. Et in tertio agit de ignorantia puræ negationis.

¶ Primo ponit ignorantiam eſſe duplicem, ſcilicet purę negationis, & prauę diſpoſitionis. Et quæ prauæ, eſt falſum rei iudicium: & puræ negationis, eſt ſcientiæ carentia: quæ non propriæ dicitur decęptio. Alia tamen ſic.

¶ Ignorantia prauæ diſpoſitionis, ſecundũ quam eſt deceptio. quędam eſt circa prima principia immediata, de qua in iſto capitulo alia eſt de propoſitionibus mediatis, de qua in ſequenti capitulo.

¶ Notandum hic Ariſto. loqui, de propoſitionibus immediatis: quæ quãuis ſint immediatę, ſed nõ ſimpliciter, & quoad nos: ſunt per ſe notę. Vt omne animal rationale eſt diſciplinabile. Nulla quantitas eſt qualitas: & ſimiles, circa quas propoſitiões licet ſint immediatę, poteſt contingere error. Non ſolum vocalis, vt quis voce neget: ſed mentalis. Et talis error ſeu decęptio, poteſt eſſe & circa affirmatiuas, & circa negatiuas. Et ſicut datur propoſitio immediata in veritate, tam affirmatiua, quam negatiua, vt omnis homo eſt diſciplinabilis, nulla ſubſtãtia eſt quantitas: ſic datur immediata in falſitate, homo non eſt rationalis: ſubſtantia eſt qualitas, &c. & ſicut datur mediata in veritate, vt mundus eſt creatus: datur mediata in falſitate, mundus eſt ab ęterno.

¶ Ignorantia prauæ diſpoſitionis poteſt contingere, vel per ſyllogiſmum decæptorium: qui dicitur parallogiſmus, aut ſimpliciter. Quod eſt, vel experientia, vel autoritate vt ſi ruſticus credat ſolem non eſſe maiorem rota molari, quia ſic apparet. Aut credit mundum eſſe perpetuum, autoritate alicuius philoſophi. Hæc ignorantia non pertinet ad hunc librum. Si tamen in iſtis deciperetur ſic. vna quæq; res eſt tanta, quanta apparet: Sol ſolum apparet vt rota molaris: ergo non eſt maior: tunc eſſet deceptio per parallogiſmum, pertineret q; ad hanc ſcientiam.

¶ Simplicis igitur. &c.) contendit probare, & ponit exempla diuiſionis. Ait. Simplicicis extimationis, ſimplex eſt error. Sed eius qui per ratiocinationem, multiplex, quia talis habet errorem concluſionis, & alterius pręmiſſarum: vel vtriuſq;. Hic ſolum eſt ſermo de parallogiſmo, cuius deffectus contingit ex parte præmiſſarum: qui deffectus ex parte materiæ. Nam qui ex parte formę, in libris priorum declaratur.

¶ Primo oſtendit quomodo error contingit in immediatis propoſitionibus, falſis, affirmatiuis. Et ſuppoſito quod, a. ſine medio nulli competat, b. vt ſi. a. ſit ſubſtantia, &. b. qualitas: hæc eſt immediata: nullum. b. eſt. a (Si igitur quiſpiam) inquit concludat. a cõpetere ipſi. b. ſumpto medio. c deceptus erit per parallogiſmum. Vt ſic. Omne. c. eſt. a. omne. b. eſt. c omne b. eſt. a. vt ſi pro medio ſumatur aliud generaliſsimum, extraneum, vt quantitas, ſic omnis quantitas eſt ſubſtantia, omnis qualitas eſt quantitas: ergo omnis qualitas eſt ſubſtantia. Hic ſit: & vtraq; præmiſſarum eſt falſa. Quod probat fieri namq; poteſt. ideſt poteſt eſſe vt. c. ſic ſe habeat ad extremum vtrumq;, vt neq; ſubiiciatur ipſi a. ideſt maiori extremitati, neq; vniuerſaliter competat ipſi. b. quod eſt minor extremitas, ideſt ne prędicetur vniuerſaliter de minori. Quod patet, quia. b. nõ poteſt fieri vt in quodam toto ſit, ideſt contineatur ſub aliquo genere, nam cum vniuerſaliſsimum ſit. b, non poteſt ſub aliquo genere contineri, & ſic medium. c. in minori, non prædicabitur de. b. Quod probat, quia a. remouebatur a. b. immediate, & ſic iſta erat immediata: nullum. b. eſt. a. quod non poterat eſſe, niſi quia. b. erat generaliſsimum.

mum. Hac de cauſa neq; habet genus, neq; differẽtiam, neq; diffinitionem. Et ſic nihil prædicabitur de b. vniuerſaliter & affirmatiue, & ſic nunq; c. de. b. vniuerſaliter, poſſet particulariter predicari. Vt ſi. c. eſſet color. Sed tamen non ſufficeret ad concludẽdum vniuerſaliter, quia ſic, omnis color eſt ſubſtãtia, qualitas eſt color: ergo omnis qualitas eſt ſubſtantia. Et probat quod poteſt. c non ſubiici affirmatiue ipſi. a etiam ſi ſit generaliſsimum, ſcilicet ſubſtantia, quia non de accidentibus prędicatur, ob id etiam maior eſt falſa, omnis quantitas eſt ſubſtantia.

¶ At fieri quoq;. &c.) proſequitur Ariſ. & probat aliam partẽ, ſcilicet in parallogiſmo poſſe eſſe ſolũ alterã pręmiſſarũ falſam.

¶ Decęptio igitur. &c.) ibi Ariſto ponit exemplum parallogiſmorum concludentiũ propoſitiones negatiuas falſas, contrarias immediatis veris. Et præſupponit quod parallogiſmus concludens affirmatiuas falſas, ſolum in prima figura conſiſtit: ſed concludens negatiuas falſas, contingit in prima, & in media, ideſt in ſecunda figura.

¶ In Cellarent, ſic. Nulla ſubſtantia ſpiritualis eſt ſubſtantia, omnis ſubſtantia corporalis eſt ſubſtantia ſpiritualis: ergo nulla ſubſtantia corporalis eſt ſubſtãtia. Omnes pręmiſſę ſunt falſę.

¶ Fieri quoq; poteſt. &c.) ponit vbi maior ſit vera, & minor falſa. Nulla qualitas eſt ſubſtantia, omnis Angelus eſt qualitas: ergo nullus Angelus eſt ſubſtantia. Et quod maior ſit falſa, minore vera exiſtente. Sic, nullum corpus eſt ſubſtantia, omne animal eſt corpus: ergo nullũ animal eſt ſubſtantia.

¶ Sed in figura media, &c.) ponit exempla in ſecunda figura, in Cameſtres ſic, omne animal eſt rationale, nullus homo eſt rationalis: ergo nullus homo eſt animal, vtraq; eſt falſa, ſed maior ſolum falſa pro aliquibus ſuppoſitis, & ſic in Ceſare nullum animal eſt irrationale, omnis homo eſt irrationalis: ergo nullus homo eſt animal. Dicit tamen quod non poteſt eſſe in ſecunda figura, quod vtraq; pręmiſſarum ſit falſa totaliter: quia ſic concluſio vera erit, & non falſa. Et ratio eſt quia ſi in Ceſare, fiat ſic. Nullus color eſt. c. omnis albedo eſt. c. ergo nulla albedo eſt color, ſi iſte duę pręmiſſę ſunt falſę totaliter: ergo contrarię earum erunt verę, ſcilicet omnis color eſt. c. nulla albedo eſt c. tunc iſtę diſpoſitę in Cameſtres inferunt nulla albedo eſt color, tunc ſic antecedens eſt verum in Cameſtres, ergo conſequẽs eſt verum, & ſic non eſſet deceptio, ſed hoc nõ poteſt eſſe: ergo nec poteſt eſſe quod vtraq; premiſſarum, in ſecunda figura ſit totaliter falſa.

¶ Fieri tamen poteſt. &c.) probat quomodo maior poteſt eſſe vera, & minor falſa. Et econtra in Cameſtres, vt. c ſit mediũ genus, quod vniuerſaliter affirmetur de vtraq; extremitatum, vt ly corpus. Sic, omne animal eſt corpus, nullus homo eſt corpus: ergo nullus homo eſt animal. Vbi maior vera, & minor falſa.

¶ Rurſus quod nulli. b. &c.) probat ecõtra, quod maior ſit falſa, & minor vera: ſic. Omne animal eſt irrationale, nullus homo eſt irrationalis: ergo nullus hõ eſt animal.

¶ Idem vtiq; fiet. &c.) oſtendit idem in Ceſare. Si verſus maius extremum, negatiuam poſueris: ideſt ſi maiorem feceris negatiuam, ſic. Nullum animal eſt Angelus, omnis homo eſt Angelus: ergo nullus homo eſt animal. Hic maior vera, & minor falſa. E conuerſo poteſt eſſe maior falſa, & minor vera: etiam in Ceſare. Nullum animal eſt rationale, omnis homo eſt rationalis: ergo nullus homo eſt animal. Sic ergo finis eſt capituli. 12 in quo Ariſtote. exempla parallogiſmorum ex quibus deceptio cauſatur, ideſt ignorantia prauæ diſpoſitionis: poſuit tan in affirmatiuis falſis immediatis & hoc in prima figura quam in negatiuis falſis immediatis: tan in prima: quam in ſecunda figura. Reliqua poſteriorum in ipſo Ariſto. vidẽda erunt per occium.

¶ At hæc de Dialectica ſufficiat tradidiſſe, vt ad ſciẽtias alias ſuperiores additus ſit. Et quamuis breuiter, tamen quæ alicuius momenti ſunt, & neceſſaria tradita ſunt omnia. Quibus tamen: per occium licet reuoluere prolixe ab aliis ſcripta non denegamus. Nos tamen hoc ſecuti ſumus cõſilium rationem temporis habendo.

FINIS LIBRI.

EPIGRAMMATARII NOMEN POOETÆ lectis primis litteris complectentes, in laudem autoris & magiſtri ſui.

✠

Facta ſuis tibi qui reffert hæc carmina modis.
  Reffert hic quantum, ſit tibi lector opis.
Alphonſus ſcribit logicæ ſublimia pulchre,
  Tenuit & medium, fæliciter q; tulit.
Et palmam atq; gloriam: & miſcuit vtile dulci,
  Reddidit & breui, ingenioſus opus.
Scripſit librum, reſpicitur quo littera pulchra:
  Tenens ipſius, nomen & ingenium.
Et cognoſce ſimul, quantos tibi reddidit annos,
  Pone ſupercilium: autor amænus adeſt.
Hic quoq; doctorem, noſtrum luſtrabis amænum:
  Apta q; præclaris, dogmata diſcipulis.
Nec tu propterea ſpr ætis pulcherrimis vndis,
  Vndis Caſtalicis: lector amice fuge.
Syderea ſplendent, per pulchros lumina libros:
  Dantur & ex dulci, mella iucunda fauo.
Ecce fluit nectar, præclara q; dogmata fulgent.
  Sic q; Venus fulget, Mulciber ille tuus.
Atq; vt fulget Titan, clarus & lucet Apollo:
  Lucet ſic ſplendor, maximus iſte libri.
Alta q; quaſati cædunt ſophiſmata mundi:
  Zephirus ac Auſter, principium q; nocens.
Alta q; iam ſurgunt, præclara hæc lumina Cæli:
  Reſplendet q; opera, doctor hac alme tua.

GLYCONICVM CARMEN EIVSDEM.

Gaſſam vomite, & indicum
  aurum, Creſi & Appollinis
  pulchri ſyderis: diuites.
  Iam enim ex Indica fertilis
  meſſe, fructus q; pulchrior,
Pactoli Tagi arena q;:
  ſurgit, quam tulit, clarus hic
  Alphonſus, Heliconis &
  Pindi: prodigus incola.

HABES PIE LECTOR CORRECTORIVM HVIVS

operis:in quo mendas omnes inuenies leuiſsimas , adeo vt non ſit peccatum niſi in litteris ablatis,aut caſu aliquo fortuna ve tranſpoſitis: atq; in hoc inſudatum eſt vt conſumatum tradatur in manus legentium , vbi (ſicut in opere nihil manet indeciſum,aut confuſum,ſed luce clariora appoſita ſunt omnia) ſic & in excudendo quantum ingenium humanum potuit aſſequi curauimus vt vndequaq; edatur circuſpectum.'.

In epiſtola ſecunda linea.29.nunnc,lege nune,
Fo.3.co.3.linea vltima Atiſto. lege Ariſto.
Fo.5.colũna ſecunda linea.29.ſilius,lege filius,
Fo.6.colũna prima linea.11.fide,lege fidei.
Fo eo,co.3.vbi Quæſtio 4 lege Quæſtio prima,
Fo.eo co.4.linea 48,iudiuiduis,lege indiuiduis,
Fo.7.co.prima linea 8 naturaę.abundat.a.
Fo.eo.& eadem co li.12.ſormaliter,lege formaliter.
Fo.eo.& eadem co,linea 17 verum,lege verbum,
Fo,eo & eadem co.linea 22 conmetatore,lege comẽtatore,
Fo eo,& eadem co.linea 33 fingularis, lege ſingularis,
Fo.eo.& eadem co,linea 23 intentionis,lege intentiones,
Fo 8.co.2,vbi Quæſtio quinta,lege Quæſtio ſecunda,
Fo.eo.co,eadem,linea 47 ponetem,lege ponentem,
Fo.9.co.prima linea 30 lege primus conceptus,
Fo.9.ea,co linea 37 refletit, lege reflectit,
Fo.eo.& eadem co,linea 33 lege,ſignificantes,
Fo,10.co,2.linea 4 ſenſerit,lege ſenſerint,
Fo.eo.co.3,linea 28 platonitas,lege platoneitas,
Fo.eo.& eadem co linea 31 nanturis, abundat.n.
Fo.eo.& eadem co,linea 33 naturalitet, lege naturaliter,
Fo.11,co,ſecunda linea 28 ad vnam,lege vnum,
Fo.16.co ſecunda linea 35 quod ſi,lege quod ſit,
Fo,20.co.ſecunda linea 17 prouenies,lege proueniens,
Fo.eo.co.3,linea 14 ſacilius, lege facilius,
Fo,21.co.4 linea penultima,Atiſto,lege Ariſto.
Fo.23.co.ſecunda linea 14 ſumedę, lege ſumendę,
Fo 24.co,prima linea 4 igirur, lege igitur,
Fo.eo,& eadem co,linea 11 concifiunt,lege conficiunt,
Fo.eo.co.2.li,vlti,lege,& ęquę riſibilia,riſibilia,quia deffuit,
Fo,26.co.ſecunda linea 18 proſus,lege prorſus,
Fo.27,co,ſecunda linea 32 continetur, lege continentur,
Fo.30 co,4,linea 10 materię,lege materia,
Fo.31,co,ſecunda linea 46 tenet,lege tenent,
Fo.36.co.3.li,1.Sed vbi genus,lege,Sed vbi neq; gen⁹.
Fo,eo.& ea.co.linea 11 ratione maxime, lege ratio maximę
Fo.39.co.3.linea 20 ſuperficię, lege ſuperficiei,
Fo.40.co.ſecunda linea 35.A ad argumentũ,abundat,a,
Fo.43.co.4.linea prima.Simu,lege Simul,
Fo.45.co,ſecunda linea 20 fit,lege ſit.
Fo.47.co.4.linea 31 diffinire,lege diffiniri,
Fo.49.co,ſecunda linea 19 leue.lege lene,
Fo eo,& eadem co,linea 27 leue,lege lene,
Fo 52 co,prima linea 12 disſtinctum,abundat,ſ.
Fo,52.co.4.linea 46 pettinet, lege pertinet,
Fo,58.co.ſecunda linea 19 & 20 abundat. ſic,
Fo,77,co.3 linea 35 q p,lege, ꝙ,

SEQVITVR VTILE COMPENDIVM, TANtorum quæ ad quinq́ vniuerſalia, & ad antepræedicamenta, prædicamenta, & poſtprædicamenta ſpectant, q́ eorum quæ continentur a primo capitulo libri primi poſteriorũ, vſq́ ad duodecimũ eiuſdẽ, incluſiue.

DE DIALECTICA, AN SIT ſcientia? & an ſpecialis, & quod ſit ſubiectum eius. Fo. 3.

DIALECTICA eſt ſciẽtia, quia eſt habitus concluſionum, habentium ordinem ad vnum ſubiectum.

¶ Dialectica eſt ſpecialis ſcientia, ob ſpeciale ſubiectum ſiue ſit ens rationis, ſiue argumentatio, ſiue ſyllogiſmus.

¶ Dialectica vt vtẽs: poteſt dici communis ſcientia, quia ea vtitur rethoricus, & theologus, & alii, Sed tamen vt docens eſt ſpecialis ſcientia.

¶ Subiectum logicę eſt ens ratiõis, vt ly ens eſt commune ad omnia entia rationis, quia illud eſt proprie ſubiectum: per quod ipſa ab aliis diſtinguitur, ſed hoc eſt ens rationis. Et ſic ſubiectum eius non eſt argumentatio, neq́ ſyllogiſmus, quandoquidem conſiderat dialecticus de diffinitione, & diuiſione, quæ non eſt ſyllogiſmus, neq́ argumentatio.

¶ Subiectũ. Obiectum. Materia circa quã, licet ſint idem re: ratione differunt. Quia inquantum per ſcientiam cognoſcitur, eſt materia, & inquantum diffinitur, obiectum. Et inquantum demonſtratur dicitur ſubiectũ. Quia reſpectu proprię paſsionis in concluſione ſubiitur.

¶ Subiectum proprium libri prædicabiliũ vniuerſale eſt, quia id potiſsimum quod tractatur.

¶ Vniuerſale idẽ eſt quod prædicabile, ſed eſt vniuerſale quia continet ſub ſe plura. Vt animal plures ſpecies. Et homo plura indiuidua. Et eſt prędicabile, quia de eis prædicatur.

¶ Vniuerſale per operationem intellectus cauſatur.

DE INDIVIDVO TAM VAguo, q́ determinato, de q́ vi pronominis deriuatiui. Fo. 4.

¶ Indiuiduum eſt conſtans ex proprietatibus, quarũ collectio nunq́ in alio erit eadẽ.

¶ Indiuiduum quodam eſt determinatum vt Petrus Ioannes. Aliud vagum, vt iſte homo, ille homo.

¶ Pro nomina deriuatiuę ſpeciei nõ poſſunt facere iſta indiuidua.

QVAESTIO TERTIA DE PRAEdicationibus, & de multiplici differentia earum, & de differentia nominalium & realium in prędicationib9, de q́ ſignificatione huius nominis hõ qñ pro filio dei ſumitur. Fo. 4. &. 5.

¶ Nominales a realibus differunt, quia illi principaliter ſubiectionem, & prædicationem tribuunt terminis. Iſti autem terminis ſed tamen principaliter, vt ſignificant res.

¶ Prędicatio eſt quando aliquid de aliquo dicitur, vel aliquid ab aliquo remouetur.

¶ Prędicatio quędam idemptica. Vt homo eſt homo. Diſparata, vt homo eſt lapis.

¶ Alia eſt eſſentialis. Vt homo eſt animal, & album eſt coloratum. Non eſſentialis. Quãtum eſt quale, lineatum eſt coloratum, homo eſt ſapiens.

¶ Directa eſt, quando ſuperius de inferiori: vel ęque cõnotatiuum de ęque cõnotatiuo, vel maius cõnotatiuum de minus. Vt homo eſt animal, comedens eſt cęnans.

¶ Indirecta eſt econtra. Vt animal eſt homo, Cęnans eſt comedens.

✠ ¶ Iſta

¶Iſta. Homo eſt albus: licet ſit accidentalis, per ſe vocatur. Quia directa eſt, eo quod id quod potentia eſt ſubiicitur formæ.

¶Homo eſt abſolutus terminus, vt dicitur de creaturis. Sed tamen vt dicitur de perſona filii Dei, eſt connotatiuus.

A QVO SIT LIBER PRAEDIcabilium editus, quoq́ anno partę ſalutis porphyrius vixit, atq́ de eius vita, Fo. 6.

¶Liber prædicabilium editus eſt a Porphyrio, qui vixit domini anno. 280 Fidei candidatus primo, poſt tamen apoſtata, & blaſphemus fuit.

¶Mutatus eſt peripateticos Platonicos, qa tan Ariſtotelici, quam Platonici tunc ſic vocabantur.

QVAESTIO PRIMA DE MVLtiplici differentia vniuerſalium, & vtrum vniuerſale, in prædicando, ſit etiam in eſſendo, cuius variæ recitãtur opiniones, at per cõcluſiones veritas patefit, demum de diuerſitate conceptuum tractatur. Fo. 6. & .7.

¶Vniuerſale in eſſendo, in cauſando, in prędicando, in repręſentando. In eſſendo qđ eſt a parte rei (ſi datur) In cauſando, vt intelligentiæ, quæ illud cauſant. In prędicando, vt genus, & ſpecies In repręſentando, conceptus intellectus: qui eſt rei ſimilitudo, vel ſpecies intelligibiles.

¶Vtrum vniuerſale in prædicando, ſit etiã in eſſendo, ſunt opiniones variæ.

¶Heraclitus & Cratillus dixerunt, quod in rerum natura præter ſenſibilia quę videbãtur, nil erat. Et ſic negabant omnem ſcientiam.

¶Plato dixit ſcientiam ſolum eſſe rerum, & non indiuiduorum. Ob id ponebat ideas, quas ſeparatas dicebat (vt Ariſto. affirmat) licet pater Auguſtinus, & Faber in bonum interprętentur dicẽtes eſſe, rationes in mente diuina.

¶Prima concluſio. Quidquid eſt in mundo eſt realiter ſingulare, & indiuiduum.

¶2. cõcluſio. Vniuerſalia ſunt in rebꝰ de quibus prædicantur, neq́ diſtinguntur a ſuis ſingularibus re, ſed ſolum ratione. Et ſic dixit Ariſto. vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt.

¶3. Cõ. licet vniuerſalia ſint in rebus, ipſa vniuerſalitas eſt obiectiue in intellectu. Vniuerſale enim & dicit naturam ipſam, & intentionem intellectus, a qua vniuerſale dicitur. Primum vocatur ſubſtratum, ſeu materiale. Et ſecundum formale, ſeu per ſe ſignificatum Primum eſt in rebus. Secũdum eſt obiectiue in intellectu.

¶Conceptus quidam eſt formalis, & eſt, vel ipſe actus intelligendi, vel notitia ipſa. Alius eſt obiectiuus, & eſt: res ipſa quæ intelligitur.

¶Vniuerſalia vt a rebus ſeparata, neq́ ſunt ſubſtantia, neq́ accidens. Prout ſunt in rebus, quædam ſunt ſubſtantia, quædam accidentia.

¶Vniuerſalia pro ſubſtracto & materiali, quædam corporea, alia incorporea. Sed pro formali & principali ſignificato, omnia ſunt incorporea quia abſtracta a materia, & ab omni conditione indiuiduante. Ob quod vocantur incorruptibilia, licet per accidẽs ratione indiuiduorum, in quibus ſunt: ſint corruptibilia.

QVAESTIO SECVNDA vtrum in rebus ante operationem intellectus ſit vniuerſale. Fo. 8.

¶Vniuerſale ante rem nullum eſt, ſed eſt in re, quia natura eſt in ſingularibus. Et poſt rem, quia vniuerſalitas ipſamanet.

¶Scotus dicit. 7. metaphiſicę lectione. 6. & in ſecundo. d. 3. quod ante omnem operationem intellectus datur vniuerſale.

¶De mente. ſ. Tho. Natura ſpeciei, & generis ſecundum ſe conſiderata, nec habet eſſe particulare, neq́ ſingulare, ſed per accidens conuenit per abſtrationem intellectus.

¶Res non eſt vniuerſale actu, niſi quando actu abſtrahitur, licet res ante omnem operationem intellectus ſint ſimpliciter genera & ſpecies, ſed tamen vniuerſalia non dicuntur, quia ſi intellectus agens ſpecies non abſtraheret, neq́ vniuerſale cauſaretur, licet genera & ſpecies in potentia eſſent.

QVAESTIO

QVAESTIO TERTIA DE SEcundis intentionibus, & de ſuppoſitiõne huiuſcemodi nominũ, atq; de modo abſtractionis, & de diuerſo loquẽdi modo in vniuerſalibus, de q; diſtinctiõe reali, formali, & q rationis eſt, quid q; d niq; antiqui de vniuerſalibus ſenſerunt. Fo. 9. & 10.

¶ Nomen ſecundę intentionis vniuerſalis non ſupponit pro ſingulari in quo eſt natura, ſed pro ſola natura ſic abſtracta.

¶ Nomen ſecundę intentionis indiuidui nõ ſupponit pro ſpecie vel genere.

¶ Abſtrahere contingit per modum cõpoſitionis, aut diuiſionis. Et ſic abſtrahere rem a qua ſeparata non eſt, nõ contingit ſine falſitate. Aliquando abſtractio fit per modum ſimplicitatis, vt intelligendo albedinem in lacte, ſine dulcedine. Et hoc fit ſine falſitate & ſic abſtrahentium non eſt mendatium.

¶ Diſtinctio, alia realias, alia rationis, & ſecundum Scotum media inter iſtas quæ formalis vocatur.

¶ De iſtis vniuerſalibus vt reales ſentiunt, ſentit Comẽtator li. 2. Perierme. co. 4. Et Boetius eodem libro & Theophraſt9 Ariſ. diſcipulus.

¶ Vniuerſale pertinet ad Dialectici conſiderationem, non abſolute ſicut in omnibus ſcientiis, ſed in quantum eſt ſubſtractum ſecundis intentionibus.

QVAESTIO QVARTA DE ſubiecto prædicabilium, & de diuerſa acceptione vniuerſalis. Fo. 10. & 11.

¶ Vniuerſale eſt ſubiectum libri prædicabilium, quia illud eſt principale quod ibi tractatur. Et licet ſit idem vniuerſale, & prædicabile. Prædicabile ſubiectum non eſt, quia eſt propria paſsio vniuerſalis.

DE GENERIS DIFFINITIONE & an ſecunda intentio diffiniatur, cuius diuerſorum variæ recitantur opiniones, & vltimo de duplici abſtractione. Fo. 11. 12.

¶ Genus eſt quod de pluribus differentib9 ſpecie predicatur, quę deſcriptio ſeu diffinitio, de ſecundis intentionibus intelligenda eſt, quia generaliter id quod de pluribus ſpecie differentibus prędicatur diffinitur, qđ ſolum ſecunda intentio eſt.

¶ Licet in generis diffinitione ſecunda intẽtio diffiniatur, genus tamen neq; eius diffinitio non ſupponunt pro ſecunda intentione, quia ſi ſecunda intentio diffinitur nõ tãq; id quod prædicatur, ſed tanq; ratio.

¶ Quando dicimus ſecundam intentionẽ diffiniri, licet ſecunda intentio non prædicetur, eſt ſenſus, quod res ipſa quę genus eſt, diffinitur, non tamen abſolute, ſed inquantum ſubſtat ſecundæ intentioni.

¶ Abſtractio eſt duplex, quędam vniuerſalis, quãdo a ſuis ſingularibus natura communis, alia eſt quãdo forma abſtrahitur ab illo cuius eſt, vt albedo ab albo. Vna dicitur vniuerſalis, alia formalis.

¶ Si animal capiatur vt ſignificat ſenſitiuã naturam abſtractam a rationalitatẽ ſic neq; genus eſt de eſſentia differentiæ, neq; econtra. Et ſic non prędicatur vnum de alio. Si vero dicat naturam ſenſitiuam, nil præcindendo, ſic eſt genus Et non dicitur pars, ſed tottum. Ob id de ſpecie prędicatur.

¶ Vniuerſale poteſt dici genus ad quinq; p̄dicabilia, quia vnam rationem communem dicit ad omnia illa abſtrahendo ab hoc qđ eſt prædicari, in quid, vel in quale.

QVID SIT SPECIES, ET de eius diuiſione in ſpecialiſsimam & ſubalternam. Ens autẽ, de creatore creatura q; analogice dicitur. Fo. 15.

¶ Species eſt quę ſub aſsignato genere collocatur, & de qua genus in eo quod quid prędicatur, & quæ de pluribus differentib9 numero p̄dicatur, ſicut ſpecies ſpecialiſsima.

✠ 2 ¶ Species

¶ Species eſt ſpecialiſsima, & ſubalterna. Sicut & genus. Specialiſsima eſt, quæ ſub ſe non habet aliam ſpeciem, & ſic ſpecies eſt, vt non ſit genus, Vt homo. Et ſubalterna q̃ ſic eſt ſpecies quod poteſt eſſe genus. Vt animal ſpecies eſt reſpectu animati, & eſt gen⁹ reſpectu hominis.

¶ Ens licet vnico conceptu ſignificet Deũ & creaturas ſubſtantiam & accidens, nõ tamen vniuoce dicitur de Deo, & creaturis, ſubſtantia, & accidente, ſed analogice. Nam effectus qui cauſę virtutem non euacuant, non vniuoce habent dici. Et licet ens vt ab eſſe, ſubſtantiam, & accidens ſignificet, tamen primo de ſubſtantia, cuius eſt per ſe ſtare, ſecundo de accidente, cuius eſt in alio eſſe.

PENES QVID INDIVIDVAtio fiat. Recitantur opiniones, animæ autem rationales in indiuiduo penes quid etiam diſtinguantur, an deniq; ſolum materia de eſſentia ſit ſpeciei tractatur. Fo. 16. & 17.

¶ Principium indiuiduationis (ſecundũ Scotum & vt videtur ſentire Comentator, & Boetius) eſt ab aliquo poſitiuo intrinſeco. ſ. ab eceitate.

¶ Doctor. S. principium indiuiduationis dicit a materia prouenire, & diuiſio ab alio. ſ. a quantitate. Et Albertus magnus a materia Egidius a quantitate.

¶ Animæ rationales in indiuiduo diſtingũtur penes reſpectus diuerſos quos habẽt ad diuerſa ſubiecta.

¶ Materia eſt de eſſentia ſpeciei, & non ſola forma ſubſtantialis (ſicut ſentit Auicena & doctor. S.) nam res naturales habent in ſua quidditatiua diffinitione materiam. Licet Comentator & Doctor ſub, contrarium ſenſerint.

¶ Compoſitum ex materia & forma ex carnibus & oſsis, non tamen ex hiis in ſingulari dicitur eſſentia & quidditas hominis, & hæc ſunt omnia de ratione ſpeciei, ſed iſtæ carnes, & iſta oſſa ſunt de ratione indiuidui.

A QVO RATIO DIFFERENtię veniat ſumenda, quę ſe habet ad modum formæ, genus autem ad modũ materiæ, & quia diuerſa eſt conſideratio, diuerſe & põt diffiniri. Fo. 17. 18. 19.

¶ Ratio differentię in ſpecie ſumitur (vt ait ſ. Tho. 2. de anima) ab anima rationali, put eſt principium intelligendi, & ab ipſa prout eſt principium ſentiendi, ſumitur ratio generis.

¶ Habet ſe genus ad modum materiæ, & differentia ad modum formæ. Quia ſenſitiuum per rationale determinatur & limitatur: ſicut potentialitas materię per formam ſubſtantialem. Sic Ariſto. 7. meta. tex. 43. ſentit.

¶ Genus & differentia dicuntur principiũ ſpeciei. Quod intelligendum eſt quantum ad modum cognoſcendi: confuſe & diſtincte. Nam genere: confuſe cognoſcitur ſpecies: ſed differentia diſtincte.

¶ Differentia quia multis modis poteſt cõſiderari, poteſt etiã congrue multis modis diffiniri: ſecundum variam conſideratiõe. Quia vt diuiſiua, & vt conſtitutiua, & vt faciẽs differre, & quæ explicite in ſpecie, in genere confuſe.

¶ Licet ratio differentię ſumatur & generis ab eadem anima rationali in homine (ad mentem. ſ. Tho.) tamen ſpecies genus ſuperat differentia: quia in ſpecie diſtincte explicite eſt differẽtia: & in genere, poteſtate ſolũ

¶ Etiamſi genus ſit totum vniuerſale reſpectu ſuarum ſpecierum, ſuperatur ab ſpecie in differentia. Quia ſpecies actu continet differentiam, genus poteſtate.

¶ Genus ſi ordinẽ dicat ad differentiam dicitur continere poteſtate differentiã in genere cauſę materialis Quia ſicut materia recipit formã, ſic animalitas rationalitatem. Si tamẽ genus ordinẽ dicat ad totum compoſitum: continet in genere cauſę formalis. Et in hoc ſenſu ſentit Cõmẽtator, & Albertus, genus continere differentiã in genere cauſę formalis: proquãto eſt in potentia Vt forma cõpoſiti dicitur eſſe in potẽtia materię in genere cauſę formalis. Quia educi põt Ob id dicunt antiqui genus continere differentias: non in potentia ſolum, quę rationẽ

materiæ

materiæ declarat:ſed poteſtate. Vt gen9 cauſę formalis declaretur.

¶ Differentia ſuperior reſpectu inferioris ſecundum aliquos habet rationem generis, quia inferior continet ſuperiorem: ſicut rationale. ſenſibile. Alii tamen negant hoc, vt Capreolus. Qui dicit. Differentia ſuperior non eſt de conceptu quidditatiuo inferioris Ideo non eſt genus reſpectu illius.

¶ Differentia neq́ eſt accidens proprium: neq́ cõmune, ſed poteſt dici ſubſtantia ad modũ quo forma ſubſtantialis ſubſtãtia vocatur. Quia rationale: idẽ eſt quod homo.

DE PROPRIO, AC DE EIVS diuiſione, de q́ eius a ſubiecto diſtinctione. Fo. 20. &.21.

¶ Proprium primo modo vt eſt medicum eſſe. &c dicitur non ſolum vt dicit potentiã ſeu aptitudinem: neq́ ſolum vt habitum dicit, ſed vt vtrũq́, & ſic caneſcere tertio modo proprium eſt.

¶ Proprium quarto modo: licet fluat ab intrinſeco, ab eſſentia: in quo differt ab accidente communi: non tamen eſſentialiter p̃dicatur de ſpecie, neq́ de indiuiduis ſpeciei Quia non eſt proprium de eſſentia ſpeciei. neq́ pars intrinſeca eius, ſicut eſt genus & differentia.

¶ Proprium proprie ponitur in prędicamẽto accidentis & diuerſa propria, in diuerſis prædicamentis. Nec eſt neceſſarium quod vbi ſubiectum, ibi & propria paſsio. Nã habere tres angulos æquales duobus rectis, eſt paſsio trianguli, q̃ ponitur in prędicamento quantitatis, licet triangulus quia figura: ſit in quarta ſpecie qualitatis.

¶ Propria paſsio (ad mentẽ Doctoris ſub.) diſtinguitur formaliter a ſuo ꝓprio ſubiecto Nominales dicunt quod ſolum ratione.

¶ Ad mentem. ſ Tho. aliqua propria paſsio diſtinguitur realiter a ſuo ſubiecto, & aliq̃ ſolũ ratione. Illa q̃ dicit potentiã ad actum vel ad paſsionem, vt ſunt animę potentiæ: & riſibilitas, realiter diſtinguitur: ſed paſsio entis vt eſſe vnũ vel verũ, &c. nõ diſtinguntur realiter ab ente. Quia tales potentiæ nõ ſunt ad actionẽ vel paſsionẽ. Illam q̃ realiter diſtinguitur, poſſet Deus ſeparare a ſuo ſubiecto. Et illa ſeparata adhuc homo diceretur riſibilis: quia haberet aptitudinem ad id, vt ait Doctor ſub.

¶ Hæc prędicatio. Rationale eſt riſibile Animal eſt riſibile. Subſtantia eſt riſibilis: vocantur prædicationes doctrinales In prima cõnotatio ſubiecti pręſupponitur ad connotationẽ prędicati. Et in aliis duobus paſsio prædicatur de ſuperiori ſubiecti.

DE ACCIDENTE, ET DE EIVS a. 4. p̃dicabili diſtinctione. Fo. 22.

¶ Accidens cõmune ſicut & accidens propriũ ſuũ determinatũ habet ſubiectũ inhęſionis, quia nec hoc, neq́ illud poteſt extra ſubiectum reperiri.

¶ Differt accidens propriũ ab accidente cõmuni, quia proprium primo reſpicit ſpeciẽ: quia fluit ab eſſentia, ſed cõe reſpicit primo indiuidua, & mediate ſpeciem.

DE ANTEPRAEDICAMENTIS & de autore prędicamentorum quid q́ principalius prædicetur ſubiicia tur ve, ac demum de vtilitate libri. Fo. 26.

¶ Liber prædicamẽtorum editus ab Ariſ. qui fuit diſcipulus Platonis. 20. annis floruit ante Chriſti aduentum anno. 3 8 0. mortu9 eſt. 6 3. ſuę ætatis anno.

¶ Hic liber tractat & de rebus, & de vocib9 Nã tã res, quã voces dicuntur poni in p̃dicamẽto. Res vt ſignificantur per voces, & voces vt ſignificant ipſas res.

¶ Licet nomina proprius prędicentur quã res, ſed res principalius, quia ſunt velut finis ipſarum vocum. Nam voces propter ipſas res obiectiue.

¶ Etiãſi res hic cõſiderẽtur in ordine ad ſecũdas intẽtiones, qđ eſt p̃dicicari vel ſubiici hic non diffiniũtur, nec in p̃dicamento ponũtur ſecundę intentiones, ſed explicantur naturę rerum. ſ. ſubſtantię, quantitatis, qualitatis, & aliorum prędicamentorum.

¶ Notitia huius libri eſt neceſſaria ad oẽm dialecticã. Nã ſi nõ habeat notitiã ſubſtãtiæ & accidẽtis, nõ põt quis recte diffinire.

DE ANALOGIS, AEQVIVOCIS & denominatiuis, ac de multiplici analogia. Fo. 27. &.28.

¶ æquiuoca ſunt illa quorum nomen commune ſed ratio ſubſtantię diuerſa. Et vniuoca quorum nomen commune, & ratio ſubſtantię eadem. Denominatiua vero, quæ ſolo caſu differunt, & ab aliquo nominis appellationem habẽt.

¶ Ratio diuerſa in ęquocis intelligitur, ideſt diffinitio, ſicut ratio eadem in vniuocis diffinitio eadem.

¶ Analogum quod æquiuocum a conſilio non eodem modo, nam quędam eſt analogia proportionis Alia attributionis, & hæc vel ad eãdem cauſam finalem, vt in ſano, de vrina, medicina, & loco. Vel ad efficiens vt medicinale, de medico, & inſtrumentis eius Vel ad idem ſubiectum, vt ſubſtantia, & accidens. Vel ad eandem formam, vt homo viuus & pictus.

¶ Omne analogum eſt æquiuocum a conſilio, non tamen econtra. Nam ſi quis ob memoriã aui imponat nomen filio ſuo, eſt ęquiuocum a conſilio, & non eſt analogum.

¶ Quæ proprie analoga, differunt ab æquiuocis a caſu, quia illa vna impoſitione illa ſignificat, ſed iſta diuerſis. Riſus primo de homine, & propter proportionem ex conſuetudine ſine alia impoſitione extenſſum eſt ad prati virorem.

¶ Analogum ſemper ſignificat vnum per prius, & principaliter, & aliud minus principaliter.

¶ Omnium analogorum non eſt eadẽ ſignificationis ratio, nam q̃dam vnam ſolam formã, vt illa quę per attributionẽ, vt ſanũ. &c. Alia vt analogum proportionalitatis, vt ridere, de homine & prato, non eandem immediate rationem obiectiuã importat.

¶ æquiuocorum triplex gradus. Primus in genere, nam ibi latẽt ęquiuocationes. Secũdus eſt in ęquiuoco a conſilio. Tertius eſt in ęquiuoco a caſu.

¶ Denominatiua ſolum voce vt homo & humanitas: ſtudioſus ac ſtudium. Re tantum, ſtudioſus & virtus. Voce & re, iuſtus & iuſtitia.

DE COMPLEXIS INCOMPLEXIS QUE, ATQUE DE REGULIS ANTEPRĘDICAMENTALIBUS.

Fo. 29. 30. & 31.

¶ Eorum, quę dicuntur, quędam cum complexione, vt homo currit, quędam ſine, vt homo.

¶ Quædam in ſubiecto non ſunt, & de ſubiecto dicuntur, vt homo & animal. Alia in ſubiecto ſunt & de nullo dicuntur, hęc albedo. Alia in ſubiecto ſunt & de ſubiecto dicũtur vt color & albedo. Alia neq; in ſubiecto ſunt neq; de ſubiecto dicuntur, vt Ioãnes.

¶ Differentia, vt ly rationale poteſt dici vniuerſale, & prędicatum ſubſtantię, quia de Petro eſſentialiter. Vel dicendum non compręhendi in aliquo membro diuiſionis quia ſolum loquitur de illis, quę quidditatiue in quid prędicantur, vel ſubiiciuntur per lineã rectam.

¶ Hic dicitur ſubſtantiã dici de ſubiecto, q\[uia\] prędicatur eſſentialiter de aliquo Et in metaphi. dicit quod non dicitur, quia illic ſolũ fit conſideratio de per ſe ſtare.

¶ Accidens poteſt dici eſſe in eſſentia ſubiecti, ſicut gratia eſt in animę eſſentia, vel dicitur eſſe in eſſentia, quia cum ſubiectetur accidens in ſubiecto dicitur ex conſequẽti eſſe in eſſentia ſubiecti.

¶ Prima regula antepredicamentalis. Quãdo aliquid de aliquo prędicatur ſicut de ſubiecto; quęcunq; de illo prædicato dicuntur dicentur de ſubiecto, vt ſi Ioãnes eſt homo, & homo eſt animal, Ioannes eſt animal.

¶ Iſta regula tenet in virtute illius, de primo ad vltimum. Et quidquid ſequitur ad conſeq̃ns bonę conſeq̃ntię, ſequitur ad antecedẽs

¶ Secunda. Generum non ſubalternatim poſitorum differentię differunt, vt plantę & ſcientię. Si tamen ſint ſubalternatim poſita non inconuenit, vt ſenſibile eſt diuiſiua animati & conſtitutiua animalis, quæ ſunt ſubalternatim poſita.

DE DECEM PRAEDICAMENTIS IN GENERE, & DE DISPUTATIONE, AN ENS SIT AD DECEM GENERA GENUS.

Fo, 32, & 33.

¶ Prædicamenta ſunt decem. Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Ad aliquid Vbi, Quando, Situs, Habitus, Agere. Pati. Hæc ſunt incomplexa, & ſine affirmatione, vel negatione dicta.

¶ Ens

¶ Ens non eſt genus ad decem prædicamẽta, quia illa ſunt generaliſsima, & ſupra ſe nõ habẽt, & quia ens vniuoce non de omnibꝰ illis, ſed analogice.

¶ Licet ens ſit vniuerſale, non tamen ex aliquo quinq; prędicabilium directe & proprie

¶ Ens reductiue ponitur in prędicamento ſubſtantię quia actualitatem ſignificat, ob id dicitur prædicatum ſubſtantiale.

DE PRIMO PRAEDICAMENto, & de eius diuiſione, cp q; Deus non ponitur in prædicamento. Fo. 34.35.36.

¶ Subſtantia quę proprie & maxime ſic dicitur illa eſt, quę nec in ſubiecto eſt, neq; de aliquo ſubiecto dicitur. Vt Petrus. Et hęc vocatur prima ſubſtantia.

¶ Secunda ſubſtãtia eſt, quę de ſubiecto dicitur, licet in ſubiecto non ſit. Vt ſpecies, vel genera ſubſtantię, homo, animal.

¶ Inter ſecundas ſubſtantias, ſpecies eſt magis ſubſtantia, quam genus.

¶ Subſtantia abſolute nõ recipit magis vel minus.

¶ Subſtantia tam prima, quam ſecunda, in ſubiecto non eſt, ſicut neq; differentia ſpecifica.

¶ Subſtantia vniuoce prędicatur, ſicut & differentia, quod intelligitur de ſecũdis ſubſtantiis.

¶ Prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid, ſecunda tamen quale quid.

¶ Subſtantiæ nil eſt contrarium, licet hoc etiam conueniat quantitati

¶ Subſtãtię propriũ ꝓprię, vt ipſa pmanẽs, ſuſceptiua ſit contrariorum, quod nec conuenit orationi, neq; opinioni, quia variatio in ipſis rebus eſt, quia ab eo quod res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa.:

¶ Subſtantia poteſt tripliciter accipi, & pro generaliſsimo ſubſtantię. Secundo modo prout diſtinguitur contra accidens. Tertio pro illo quod eſt in recta linea primi prædicamenti, vt excludit differentias & partes ſubſtantię. Et iſto tertio modo capitur, quãdo diuiditur ſubſtãtia in primã, & ſecundã.

¶ Licet Grabiel, 1. ſenten. d. 8. & Olchot & Grego. Arimi. dicant Deum poni in prædicamento, tenendum eſt cum communi, opinione in nullo poni, quia ſi deberet poni maxime ſub ly ens, cum tamen ens non ſit genus minime ſub genere poneretur. Item quia ſimpliciſsimo repugnat ratio generis, & ſpeciei. ergo, & poni in prędicamento.

¶ Sicut Deus non ponitur in prædicamẽto proprie, ſic neq; prima neq; ſecunda ſubſtãtia debet dici.

¶ Homo prout de nobis & CHRISTO dicitur, vniuoce prędicatur, & eſt indiuiduũ ſpeciei humanę, & eſt quidditatiue inferior ad ly homo, quia prædicatum homo, dicit naturã ſubſtãtialẽ in qua ſuppoſitũ ſubſiſtit.

¶ Prima ſubſtantia & ſecunda, nõ differũt ex natura rei, ſed ſolum per operatione intellectus. Nam quia conſideratur natura in indiuiduo, eſt prima ſubſtantia, quia abſtrahitur ab eo, eſt ſpecies.

¶ Prima ſubſtantia & ſecunda ſunt nomina ſecundę intentionis, & eſt diuiſio illa, nõ generis in ſpecies (cum vna ſpecies non prędicetur de alia) ſed eſt diuiſio eiuſdem naturę prout ſubſtat ſecundis intentionibus. Et poteſt dici Analogi in ſua analogata.

¶ Indiuiduum. Singulare. Et prima ſubſtãtia. Licet idem ſignificant, tamen indiuiduũ dicit reſpectum ad inferiora in quibus non poteſt diuidi. Singulare dicit reſpectum ad ſuum vniuerſale. Et prima ſubſtãtia dicitur per reſpectum ad prędicata tan ſubſtantiæ, quam accidentis.

¶ Vna anima rationalis non eſt alia perfectior eſſentialiter, qa ſic eſſet alia & alia ſpecies. Tamen poteſt dici in hoc ſenſu perfectior, quia organa quibus vtitur in ſuis operationibus in vno ſunt perfectiora, quia meliꝰ diſpoſita, quam in alio. Sic q; CHRISTI anima perfectior omni alia.

¶ Elementa cum ſint ſubſtantię & habeant contrarietatem, non tamen eſt ſecundum ſe, ſed ratione qualitatum, ſecundum quas immediate ſumitur contrarietas.

¶ In accidentibus licet genera, ſpecies, & indiuidua reperiantur, nõ tamen eſt in eis hoc aliquid, & quale quid ſignificare, quia non ſunt entia ſimpliciter, & ſic neq; quidditates quia non per ſe ſed in alio.

DE QVANTITATE, AC EIVS diuiſione, quodq; a re q̃ta non diſtinguatur, probatur. Fo. 38.39.40.41.

¶ Qũtitas eſt ſecundum quam aliquid dicitur quantum. Et eſt duplex, continua ſcilicet & diſcreta. Cõtinua eſt cuius partes terminãtur ad vnum terminum communem, cuius ſunt .5. ſpecies. Linea, Superficies, Corpus, Tempus, Locus.

¶ Diſcreta eſt, cuius partes non terminãtur ad vnum terminum communem, vt numerus & oratio.

¶ Quantitas non recipit magis neq; minus, neq; contrarium. Et ſecundum eam aliquid dicitur æquale vel inæquale. Et hoc tertium eſt proprium proprie.

¶ Licet linea ſit in prædicamento quantitatis, eius paſsiones ſunt in prædicamento qualitatis, in quarta ſpecie.

¶ Secundum vnam ſignificationem & conſiderationem, vna res non ponitur in diuerſis prædicamẽtis. Tamen ſecundum aliam & aliam ſignificationem, non inconuenit, ſicut ſcientia eſt in prędicamento qualitatis, & ad aliquid.

¶ Vnitas prout trãſcendentaliter, de qualibet re mundi dicitur, ſed prout eſt principiũ numeri ſolum vbi eſt quantitas, & ſic quia in Angelis non eſt quantitas molis, ibi neq; vnum iſto modo.

¶ Oratio eſt quantitas diſcreta, non penes numerum ſyllabarum, ſed penes breue, & longum in eis.

¶ Licet omnis quantitas cõtinua per actualem diuiſionem poſsit eſſe diſcreta, diuiſio bene poſita eſt, & continuum non eſt diſcretum.

¶ In ſpeciebus differentibus, eſt inęqualitas ſed tamen illa non dicitur molis, ſed virtutis vel perfectionis.

¶ Quantitas diſtinguitur a re quanta. Nam ſubſtantia ipſa non eſt quantitas, quia ſubſtantia ſecundum ſe non habet rationem extenſsionis, neq; diuiſionis, ſed hoc habet per quantitatem.

¶ Vnum, tranſcendentaliter non dicit aliquam formam ſuperadditam, quia eo quod res eſt, & vna eſt.

¶ Vnum, vt eſt principiũ numeri, & ſimiliter numerus ipſe ternarius vel q̃ternarius, nõ dicũt aliquã formã indiuiſibilẽ diſtinctã ab ipſis vnitatibus in eis ſubiectatã. Ternarius. n. eſt tres vnitates, & ſicut pro formali dicit *tria* prout abſtractũ eſt ab hac vel *illa* materia, pro materiali dicit illa q̃ ſunt nũerata, vt ſi tres homines, ternarius ille eſt, tres hõies, & ſi tres lapides, ſunt tres lapides.

¶ Punctum, licet ſit diſtinctum a linea, non poteſt ſeparari, quia habet ſubiectum inadęquatum ipſam lineam, quia eſt punctum indiuiſibile.

¶ Materia ſecundum ſe eſt indiuiſibilis, ſicut ſpecies, & anima rationalis dicitur indiuiſibilis, non tamen iſta ſunt indiuiſibilia ſicut punctum.

VTRVM MATERIA ABSOluta a quantitate ſit diuiſibilis. Fo. 42.

¶ Materia, licet ſecluſa quantitate ſit actu indiuiſibilis, dicitur potentia diuiſibilis, q̃a per aduẽtum quantitatis eſt diuiſibilis actu.

DE PRAEDICAMENTO AD aliquid, atq; de eius multiplici cõſideratione, ꝙ q̃ a fundamento non diſtinguatur realiter, diſputatur. Fo. 44. 45. 46. 47:

¶ Ad aliquid, eſt prædicamentum, vbi ponuntur illa quę relatiua dicuntur, quorum eſſe eſt aliorum.

¶ Quædam ſunt relatiua ſecundum eſſe, & ſunt, quę non important rem alterius prædicamenti. Vt pater, dominus, &c. Alia ſunt ſecundum dici tantum, & ſunt illa quę primo & principaliter importãt rem alterius prædicamenti. Vt ſcientia, quæ importat qualitatem, & refertur ad ſcibile.

¶ Relatio eſt duplex, realis, & rationis. Illa eſt realis, quæ eſt ſecluſa operatione intellectus inter res realiter diſtinctas. Vt paternitas Rationis eſt, quę eſt vel inter entia quæ non ſunt, vel inter illa quæ non realiter diſtingũtur. Vt idem a ſeipſo. Vel quando ſine operatione intellectus non reperitur diſtinctio, & ordo, vt eſt inter diuina attributa.

¶ In relatiuis quę ſunt ſecundum eſſe, dicũtur ad conuertentiam, per aliquid reale in vtroq; extremo, ſed in illis quę ſunt ſecundũ dici non eſt neceſſarium, nam ſciẽtię ad ſcibile eſt relatio realis, ſed ſcibilis ad ſcientiã ſolum rationis.

¶ Relatio

¶ Relatio realis comproducitur ad productionem fundamenti, id circo Ariſto. dixit, ad relationem non eſſe per ſe motum, quia ſolum eſt ad fundamentum, ex quo conſeqtur relatio. Vt eſt motus per ſe ad quantitatem, ex quo ſequitur æqualitas vel inæqualitas.

¶ Licet ſcientia & ſcibile poſsint dici relatiua quæ ſunt ſimul natura, intelligendo vel vtrūq; in actu, vel vtrūq; in potentia, tamen dicuntur non ſimul natura, ſed prius ſcibile, quia poteſt eſſe ſine hoc quod ſit actu ſcientia, quæ proprie quando actu eſt dicitur.

¶ Scotus diſtinguit inter relationes, aliquā dici intrinſecus aduenientem, aliam extrinſecus aduenientem, & dicit omnia, 6, prædicamenta poſt quatuor de quibus Ariſto. ſpecialiter, dicere relationem extrinſecus aduenientem.

¶ Intrinſecus aduenìens eſt illa, quę neceſſario conſequitur ſuum intrinſecum fundamētum, vt ęquale vel inęquale, quantitatem, & ſimile vel diſsimile, qualitatem.

¶ Extrinſecus aduenìens eſt, quę non conſequitur ſtatin poſito fundamēto, vt eſt, vnio materię & formę, quę non ſequitur, etiamſi materia & forma ſint, ſi non ſint vnita. Sed tamen hæc diuiſio eſt ab eo inuenta, & vnio eſt relatio intrinſecus adueniens, & conſequitur ſuum fundamentum propinquum. ſ. actionem agentis in materiam ad formę vnionem, & introductionem, & in tali vnione non eſt motus ad ipſam, ſed ad ſubſtantiam, ſic in vnione humanitatis in perſona diuina eſt motus ad eſſe ſubſtantię humanitatis.

¶ Contrarietas ineſt relationi, vt virtus vitio. Recipiūt magis & minus, vt ſimile & diſſimile. Dicuntur ad conuertentiam. Sunt ſimul natura. Et qui diffinite nouerit vnū relatiuorum, diffinite noſcet & aliud.

¶ Relatio nō diſtinguitur realiter a ſuo fundamēto, nā cum ad eā nō ſit motus, ſequitur quod non eſt res diſtincta a ſuo fundamēto qa per hoc qđ Petro naſcatur fili9, nil ei aduenit, qđ nō eſſet antequā ei naſceretur.

¶ Licet relatio nō diſtinguatur a ſuo ſubiecto realiter, diſtinguitur formaliter, per hoc quod quantitas non eſt æqualitas, & qualitas non eſt ſimilitudo.

¶ Ad hoc quod ſint diuerſę res in diuerſis p̄dicamentis, ſufficit formaliter diſtinguātur

¶ Albedo quæ eſt in Petro ipſa quæ eſt qualitas abſolute conſiderata, in Petro dicitur ſimilitudo, ſi referatur ad Ioānem album, & deſtructa albedine Ioānis albedo Petri licet ſit albedo, non dicitur ſimilitudo.

¶ Licet in diffinitione relationis, terminus ponatur, non tamen eſt de conceptu quidditatiuo eius. Nam cum relatio non diſtinguatur realiter a ſuo fundamento, ſequitur quod terminus non ſit de eius eſſentia.

¶ Relatio dependet a fundamento entitatiue. quia eſt idem quod fundamentum, ſed a termino dependet ſpecificatiue, quia per terminum declaratur quod ſit relatio, & ad aliud.

¶ Quando in diffinitione relationis ponitur, terminus, nō eſt diffinitio quidditatiua, ſed quæ datur per aditamentum, ſicut ſimitas eſt naſsi curuitas.

DE PRAEDICAMENTO QVAlitatis, & de eius deſcriptiōe, ac de quatuor ſpeciebus. Fo. 49. 50. 51.

¶ Qualitas eſt qua quales eſſe dicimur, cui9 quatuor ſunt ſpecies. Prima habitus & diſpoſitio. Secunda naturalis potentia & impotentia. Tertia paſsio & paſsibilis qualitas Quarta forma & figura.

¶ Habitus eſt qualitas, de difficile mobilis a ſubiecto. Diſpoſitio autem eſt facile mobilis, ita vt ſit habitus imperfectus, & habitus ſit diſpoſitio perfecta.

¶ In hac prima ſpecie ponuntur omnes ſciētię, & omnes virtutes, non ſolum acquiſitæ per actus proprios, ſed etiam infuſę. Et etiā ponuntur ſpecies intelligibiles, quia ſe habēt ad modum habitus.

¶ Si calor & frigus conſiderentur ſolum in ordine ad ſubiectum, quod diſponūt, ponūtur in iſta ſpecie, & vocantur diſpoſitiones. Si tamen conſiderentur vt ſunt obiecta ſenſuum, ſic ſunt paſsibiles qualitates, & pertinēt ad tertiam ſpeciem.

¶ In ſecunda ſpecie ponuntur omnes potētiæ animæ intellectiuę, & ſenſitiuę, & vegetatiuæ, & virtutes naturales herbarum, & virtutes ocultę aſtrorum, quibus influūt, & omnes proprię paſsiones, quia ex natura.

¶In tertia ſpecie omnes tangibiles qualitates primę & ſecundę, & omnia obiecta ſenſuum exteriorum. Et licet durum & mole ponatur in ſecunda ſpecie, inquantum dicit potentiam, vel impotētiam, ponitur etiā in iſta ſpecie, inquantum eſt ſenſu percetibile. Et in hac ponuntur omnes animę paſsiones, Amor, Deſiderium, &c. & omnes actus potentiarum animę, & corporis, intellectiones, volitiones. &c. Paſsio diſtinguitur communiter a paſsibili qualitate, vt illa cito tranſeat, hæc diu permaneat. Licet hoc non placet Fabro, qui putat illā q̄ cito trāſit, nō vocari qualitatem, & ſic non poni in iſto prædicamento, ſed potius ad prędicamentum paſsionis pertinere.

¶In quarta ſpecie forma & figura. Loquēdo de accidentali forma, ſiue forma in naturalibus, & figura in artificialibus, ſiue indifferenter, ſiue forma in numeris, & figura in continua quantitate, (vt placet Clitoueo in introductionibus Fabri). Tandem omnia quę ad formam vel figuram, ad hanc pertinēt ſpeciem. Vt triangulus, quadrangulus, numerus ſuperficialis, numerus cubus. &c.

¶Intenſio maior vel minor in qualitatib⁹ & poteſt ſumi per additionē gradus ad gradum (vt dicit communis opinio, vel penes maiorem radicationem in ſubiecto. Vt ſentit Doctor ſanctus.

DE SEX VLTIMIS PRAEdicamentis generalis conſideratio. Fo. 52. & 53.

Fo. 52. & 53.

¶Alia 6 prędicamenta de quibus Ariſtote. non fecit ſpecialem mentionem ſunt relatiua ſecundum dici tātum, quia importāt res abſolutas, licet cum tali reſpectu

¶Actio & paſsio licet ſint idem realiter, tamen formaliter actio non eſt paſsio. Actio dicitur motus prout procedit ab agente. & paſsio prout recipitur in paſſo.

¶Actio & paſsio & recipit contrarietatem & magis & minus, licet non ſecundum ſe, ſed ratione qualitatum, in quibus actio & paſsio conſideratur.

¶Vbi, prędicamentum eſt diſtinctum a loco, vt ponitur in prędicamento quantitatis. Nam eſſe in loco, abſolute dicitur, in eccleſia, vel in domo, vel in foro. Solum prout locus importat vltimam ſuperficiem corporis continentis, & ſic eſſe in loco, dicit ordinem ad talem ſuperficiem

¶Vbi tamen dicit eſſe in loco, ſed in ordine ad punctum fixum, vel Orientis, aut Ocidentis, ex quo ſumitur longitudo, vel pollorum: aut æquinoctialis, ex quo ſumitur latitudo.

¶Vbi, ponitur ſimplex, & compoſitum. Vt ſimplex ſit, rei indiuiſibilis, vt angeli. &c cō poſiti, rei diuiſibilis.

¶Quando, ſumitur diſtinctum prędicamētum a tempore, prout eſt ſpecies quantitatis continuę, quia tempus vt menſura ibi. Sed quando dicit hodie, vel heri, vel in anno, non quęrētes de duratione.

¶Situs eſt partium poſitio, & a loco diſtinguitur, penes hoc, quod ſitus ſit ipſarū partium diſpoſitio, inter ſe quomodo. ſ. in ordine ad totum, & adinuicem ſint ſituatę. Et locus eſt, penes ordinem quem habet locatum ad locū, & partes locati ad partes loci.

¶Habitus, eſt eſſe armatum, vel veſtitum, diſtinctum ab habitu, vt eſt prima ſpecies qualitatis, quia ille habitus eſt diſpoſitio naturæ, & perfectio eius, & ad operationem ordinatur, ſed habitus prout hic ſumitur nō eſt naturę diſpoſitio nec̄ ad actionem.

¶Habitus, non ſuſcipit contrarietatem, licet poſsit recipere magis vel minus, improprie tamen.

DE OPPOSITIS, CONTRARIE. ſ. contradictorie, priuatiue, & relatiue. Fo: 54. 55. 56.

¶Oppoſita ſunt quędam relatiue, vt pater & filius, alia priuatiue, cęcus, & videns. Alia contrarie, album, & nigrum, contradictorie currit, & non currit.

¶Relatiue, priuatiue, & contrarie ſumūtur in terminis incomplexis, ſine affirmatione & negatione, ſed contradictorie in complexis, & ſecundum negationem & affirmationem.

¶In priuatiue oppoſitis requiritur, quod poſsit eſſe habitus ei de quo dicitur priuatio, & ſecundum tempus a natura determinatum.

¶Contraria, quę ſunt immediata, quę non habēt medium, ſic ſe habent vt vnum in ſit neceſſario

neceſſario, vt ſanum vel ęgrum, in animali. Par vel impar in numero. In aliis non eſt neceſſarium, ſed quod vnum ſucceſiue poſsit eſſe poſt aliud, in eodem, niſi alterum ſit a natura determinatum.

¶In priuatiue oppoſitis, licet ab habitu ad priuationem, non tamen a priuatione ad habitum per naturam.

¶Oppoſita habent fieri circa idem, & licet bono ſolum malum ſit cōtrarium, malo etiā malum eſt, vt id quod per exceſum, ei quod per deffectum.

¶Contraria vel ſunt ſub eodem genere, vel ſunt genera, vt album & nigrum, bonum & malum.

DE MODIS PRIORIS, AC de modis ſimul, atq; de ſpeciebus motus, & deniq; de modis habere. Fo. 56.&.57.

¶Aliquid dicitur alio prius. Tempore, Natura, Ordine, Dignitate. Et ſimul tempore natura.

¶Illud dicitur eſſe alio prius natura, a quo nō conuertitur ſubſiſtēdi conſeq̄ntia, vt animal prius homine.

¶6. ſunt ſpecies motus, Generatio, Corruptio. Augmentatio, Diminutio. Secundum locum latio.

¶In naturalibus non contingit argumentatio, ſine alteratione, ſed bene in mathematicis, vt quadratum Gnomone addito augmentatur, & creſcit, ſed alteratur minime.

¶Habere, dicitur, multipliciter, habere habitum, habere quantitatem, habere qualitatem, habere domum, habere ſeruum, habere vxorem, &c.

DE LIBRO POSTERIORVM.

DE præcognitis. Fo. 58:

OMnis doctrina, omnis q; diſciplina ex præexiſtente fit cognitione. Mathematicus enim dialecticus, atq; rethoricus, ex prius cognitis procedunt.

¶De principio oportet pręcognoſcere qa verum eſt. De propria paſsione, quid nominis ſignificationem. Sed de ſubiecto, quod nomine vnitatis intelligit Ariſto. oportet p̄cognoſcere an eſt? & quod eſt.

¶Contingit ſimul tempore minorem & cōcluſionem capere, licet prius natura ſit minor, quia eſt cauſa, & hoc ſic euenit in mente, quando minor immediata eſt propoſitio vt in exemplo Ariſtote. propoſito. Omnis triangulus habet tres, &c. hic in exedra eſt triangulus, ergo hic habet tres.

¶Concluſionis etiam ante demonſtrationem eſt aliqualis cognitio, in vniuerſali. ſ. & ſecundum quid, & ſic per demonſtrationē cognoſcimus ſimpliciter, quod ante neſciebamus ſimpliciter, ſed ſecundum quid ſolū erat notum.

¶Ex quo eſt verum, quod non diſcimus q̄ omnino ignorabamus, nec diſcimus, quod omnino ſciebam⁹, ſed diſcimus ſimpliciter, quod licet ignorabamus ſimpliciter, ſciebamus ſecundum quid, & in vniuerſali.

¶Non eſt verum quod dicebat Plato, nos non diſcere aliquid de nouo, ſed noſtrū ſcire eſſe reminiſci, neq; eſt verum ab idea hominis ſeparata infundi ſpecies intelligibiles omnium rerum, & ſic habere ſcientiam omnium, & propterea quod inmerſa eſſet in corpore obliuiſceretur, & ſucceſſu temporis recordaretur.

¶Non eſt verum quod Heraclitus & Cratillus affirmabāt, nullo modo poſſe eſſe ſcientiam. Sed eſt verum quod eſt ſcientia, & de nouo homo ſcit, & tamen eſt verum quod omnis talis ſcientia cauſatur ex aliis primo cognitis, & ſic ſcientia velut in ſemine & potentia eſt in principiis, ad modum quo formæ rerum in materia ſunt, in potentia, ſecūdum rationem ſeminalem.

¶Tot ſunt ſcita de aliqua re, quot interrogationes. ſ. an ſit? quid ſit? & hoc eſt illud (quod dicitur quia) & propter quid eſt.

¶De ſubiecto in demonſtratione oportet præcognoſcere, an eſt? & quid eſt? de ꝓpria paſsione, quia ei⁹ eſſe eſt ineſſe. Neq; habet quidditatiuā diffinitionē ſed ſufficit cognoſcere quid nomen ſignificet.

¶Iudicatiua notitia, quę pręſupponit aprętenſiuā, eſt ſimplex qualitas, ex qua ſola cauſatur ſcientia, opinio, vel fides.

¶ Aſſenſus premiſſarum, eſt cauſa efficiens aſſenſus concluſionis, & non ſolum intellectus eſt cauſa, ſed premiſſę cum intellectu.

¶ Illa precognitio, quę habetur, vel principii, vel alicuius particularis ante cognitionem vniuerſalis, non dicitur doctrina, ſed potius ſemē doctrinę, vel ſcientię, quia ex tali precognitione cauſatur ſcientia.

¶ Illa cognitio q̃ eſt præhabita (quia habetur per naturam) non vocatur doctrina, neq̧ diſciplina, & ob id aliam nō preſupponit.

¶ Opinio, licet ex aſſenſu euidenti cauſetur ipſa non eſt euidentia, quia conſequētia eſt ineuidens.

¶ Licet de ſubiecto oportet precognoſcere quid eſt ideſt habere diffinitionem quid rei non obſtat quo minus in ipſa ſcientia habeatur diffinitio.

¶ De principio quid oportet precognoſcere, intelligitur de principio extrinſeco, qđ eſt commune. Nam alia quę ſunt principia intrinſeca, vbi propria paſsio de ſubiecto, & ſimilia probantur in ſcientia, & non præſupponuntur, & ſic aliqua demonſtrantur, & alia explicantur.

¶ Intellectus nr̄ eſt limitatę capacitatis, & quantum ad intenſsionem, & atentionem, quę non eſt aliud quam ipſius notitię productio, & quantum ad numerum notitiarū.

¶ Si intenſsionis capacitas fuerit in termino, habita notitia, & aſſenſu præmiſſarum, non aſſentiet concluſioni, niſi remittat de intenſsione in alia notitia, & ſimiliter ſi numerus finitus eſt in aſſenſu premiſſarum nō poterit habere notititiam concluſionis.

¶ Aſſenſus ſeu notitia in inſtanti non fit, qa applicatio obiecti fit per motum, facta tamē applicatione obiecti omnis ſimplex notitia in inſtanti fit, quia nulla eſt reſiſtentia, & ſicut lumen in inſtanti in medio recipitur, qa vltima diſpoſitione eſt diſpoſitum, contrario carens, ſic notitia, ſic intellectus non intelligit ſucceſionem, ſicut nec voluntas in volendo.

¶ Quando quis habet aſſenſum erroneum cauſato aſſenſu premiſſarum in ſyllogiſmo demonſtratiuo. eſt in inſtanti aſſenſus ver⁹ concluſionis, & corruptio oppoſiti, & in genere cauſæ efficientis prius eſt verus, & in genere cauſæ materialis prius corrumpitur erroneus.

¶ Opinio fuit heracliti & cratilli nil nos poſſe ſcire. Platonis in alio extremo, quod de nouo nullus poteſt. Qua propter noſtrum ſcire vocat reminiſci. Tertia fuit Auicenæ quę concedit de nouo ſcire, ſed non per receptionem a ſenſibilibus, ſed a datore formarum, quē vocabat intelligentiam mouētem orbem Lunæ.

¶ Sicut per trāſmutationem acquiritur forma in materia, ſic per augmentationē ſciētia Et ſicut aliquando motus ad formā ſubſtantialem, aliquando ad accidentalem, ſic in intellectu aliqñ ad ſcientiā, q̃ eſt velut forma ſubſtantialis, aliquando ad opinionem. quæ eſt velut forma accidentalis.

¶ Quia tunc arbitramur nos ſcire cum cauſam rei, & quādo cauſa, ſit & non aliter euenire poſsit cognoſcimus. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire.

¶ Demonſtratio procedit ex veris primis immediatis cauſis concluſionis.

¶ Quod non eſt verum, non ſcitur, ſicut diametrum eſſe coſtę cōmenſurabilem.

¶ Ex cauſis concluſionis dicitur procedere demonſtratio, quia. Etiam in demonſtratione, quia, quæ eſt ab effectu ad cauſam, præmiſſę dicuntur cauſa concluſionis, nō eſſendi, ſed cognoſcendi. In demonſtratione ꝓpter quid ſunt cauſa eſſendi ſimul & cognoſcendi.

¶ Illa ſunt ſimpliciter priora ſecundum naturam quę vniuerſaliora, & magis a ſenſu remota. Et illa nobis notiora & minus nota in natura, quæ ſunt ſingularia, & nota ſecundum ſenſum.

¶ Enunciatio eſt vtraq̧ pars contradictionis, quando aliquid de aliquo dicitur vocatur affirmatio, & ſi aliquid ab aliquo remouetur, dicitur negatio.

¶ Propoſitio dicitur enunciatio, quando ſumitur ad probandum. Dialecticus ſumit indifferenter alteram partem cōtradictionis, ſed qui demonſtrat ſolum determinate veram.

¶ Principia medio vacantia, quędam ſunt quæ neceſſe eſt diſcentem habere, & vocantur dignitates. Vt omne totum eſt mai⁹ ſua parte.

parte. Alia ſunt quę non eſt neceſſe diſcentem habere, ſed poteſt habere a magiſtro. Vt a puncto in punctum lineam ducere. &c & vocantur poſitiones.

¶ Poſitio ſi aliquid affirmet eſſe, vel remouetur, dicitur ſuppoſitio, & ſi non, vocatur diffinitio.

¶ Oportet principia & p̄miſſas pręcognoſcere, & ſcire ante concluſionem, & magis præcognoſcere, propter vnumquodq; tale & illud magis.

¶ Reſpectu principiorum (licet non ſit ſciēcia quia non demonſtrantur) eſt intellectus quę eſt melior diſpoſitio, quam ſit ſcientia.

¶ Oportet vt ille qui habet ſcientiam & demonſtrationem, non ſolum habeat principiorum cognitionem quod ſunt vera, ſed oportet cognoſcat euidenter quod oppoſita eorum ſunt manifeſte falſa.

QVOD NON OMNIVM SIT demonſtratio, ipſam q; non eſſe circularem, quid q; ſequatur ſi circulatio contingeret (quando non in prima figura) ac demum de fide ſcientia, atq; opinione, de q; demonſtrationequia. Fo. 64.65.66.

¶ Vera eſt ſcientia, & non omnium eſt demonſtratio, quia principiorum non eſt demonſtratio, ſed habetur ex cognitione terminorum.

¶ Non eſt circularis demonſtratio, ſ quod præmiſſę probent concluſionem, & rurſus concluſio pręmiſſas, quia ſic idem eſſe pri⁹ & poſterius, quod non contingit in demonſtratione ſimpliciter.

¶ Si eſſet circulatio in demonſtratione perinde eſſet ac dicere hoc eſt, quia hoc eſt, nam ſi quia a. eſt. b. eſt & quia. b. eſt. c. eſt, de primo ad vltimū bene ſequitur, quia. a. eſt. c eſt. Rurſus quia. c. eſt. b eſt, & quia. b. eſt. a. eſt. Tunc incipiendo a. b. quia b eſt. c eſt, & quia. c. eſt. a. eſt: ergo quia. a eſt. b eſt, & quia b. eſt. a. eſt: ergo de primo ad vltimū quia a. eſt. a. eſt.

¶ Circulatio non cōtingit niſi in primo modo primę figurę, & quādo propoſitio ex terminis conuertibilibus conſtat, nam alias nō poteſt fieri conuerſio ſimplex. In ſecunda figura non poteſt concluſio eſſe vniuerſalis affirmatiua, cum altera præmiſſarum ſit negatiua Et in tertia figura concluſio eſt particularis. Ergo non poteſt eſſe perfecta circulatio. Et eadem ratione neq; in prima figura in aliis modis.

¶ Fides eſt aſſenſus firmus, certus, ſed ineuidens, in quo differt a ſcientia, quę eſt aſſenſus euidēs & certus. Opinio eſt aſſenſus ineuidens & formidoloſus Intellectus eſt habitus principiorum. Sapientia eſt aſſenſus pręmiſſarum, & concluſionis. Et ſic comprehēdit ſcientiam, & intellectum.

¶ Demonſtratio, quia, procedens ab effectu ad cauſam, non cauſat ſcientiam proprie

¶ Propter vnumquodq; tale & illud magis, ſi aſſentimus cōcluſioni propter præmiſſas, magis aſſentimus pręmiſſis, ideſt clarius, q̄a per habitum intellectus. Non tamen requiritur quod magis ideſt intenſius.

¶ Non eſt vniuerſaliter verum, propter vnumquodq; tale & illud magis. Nam ſi ſanguis minuitur propter ſanitatem, non magis minuitur ipſa ſanitas. Imo magis augetur. Si homo eſt propter ſolem: ergo magis ſol eſt homo. Nix eſt alba propter albedinē ergo ipſa albedo eſt magis alba.

QVAE SIT PROPOSITIO PER ſe nota, & de eius diuiſione, quid q; ſit dici de omni & quot contingat modis. Fo. 67. &. 68.

¶ Propoſitio per ſe nota illa dicitur, quę cōpoſita eſt ex talibus terminis, qui termini in quocunq; intellectu talem euidentiam cauſabant. Et hoc contingit quando pręidicatū eſt de eſſentia ſubiecti, vt iſta, homo eſt rationalis.

¶ Propoſitio neceſſaria. non poteſt demonſtrari niſi ex neceſſaria, licet vera concluſio poſſit inferri ex falſa. Vt hic. Omne animal eſt non videns, Talpa eſt animal ergo Talpa eſt non videns.

¶ Duplex eſt dici de omni, prioriſticum, & poſterioriſticū. Prioriſticum eſt, (vt dictū ē in tractatu ſyllogiſmorum) quando nihil eſt ſubſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum, ſiue hoc ſit in aliquo tempore accidentaliter

accidentaliter,ſiue eſſentialiter. Vt hæc. Omnis homo currit, eſt dici de omni poriſticum.

¶ Poſterioriſticum eſt,quando prędicatum conuenit ſubiecto pro omnibus eius ſuppoſitis,& pro omni tempore. Vt homo eſt animal,quia ſi homo eſt,animal eſt. Et ſemper eſt verum,ſi homo eſt,animal eſt.

¶ Dici de per ſe quatuor modis contingit. De per ſe primo modo, ſeu in primo modo dicendi de per ſe, eſt quando prædicatũ eſt diffinitio ſubiecti,vel pars eius, Vt homo eſt animal,homo eſt rationalis.

¶ In ſecundo modo dicendi de per ſe, eſt ꝓpoſitio in qua prædicatum eſt propria paſſio de ſuo ſubiecto. Vt numerus eſt par, vel impar, homo eſt riſibilis.

¶ In tertio modo,ſubſtãtia quę nõ eſt in ſubiecto,dicitur de per ſe.

¶ In quarto modo dicendi de per ſe,eſt q̃ndo effectus prędicatur de ſua cauſa. Vt iugulatus interiit, & ſic in iſta demonſtratione. Omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale. ergo omnis homo eſt riſibilis. Concluſio eſt in ſecũdo modo dicendi de per ſe,& minor eſt in primo modo,quia diffinitio prędicatur de diffinito,& maior eſt in quarto modo, quia cauſa riſibilitatis eſt,eſſe animal rationale.

¶ Vniuerſaliter dici prædicatum de ſubiecto eſt quod prędicatum conueniat ſubiecto de per ſe primo. Vt homo eſt animal. Vnde in hac,omnis homo eſt ſenſibilis,licet, prædicatum dicatur de omni & de per ſe, non tamen vniuerſaliter, quia licet ſenſibile conueniat homini non de per ſe primo, ſed in quantum animal eſt, quia rationale primo conuenit.quia hõ eſt, & tandẽ id vniuerſale quando non ad plura ſe extendit ſubiectũ, quam prędicatum,nec̄ econtra.

¶ Itaq̄ requiritur ad vniuerſale mutua conuertentia, vel ſaltin prædicatum ſit proximum genus proprię ſpeciei.

¶ Vniuerſaliter eſt quod de omni & de per ſe dicitur, & ſic omnes propoſitiones ſunt neceſſarię vbi prædicatum dicitur de omni & de per ſe, & vniuerſaliter.

¶ Ad concluſionem demonſtratiuam concurrunt prim⁹ & ſecundus & quartus mod⁹ dicendi de per ſe.

¶ Vbi ſecunda paſsio probatur per primã, vt in hac,omne admiratiuũ eſt riſibile, omnis homo eſt admiratiu⁹:ergo omnis homo eſt riſibilis,minor & concluſio ſunt in ſecundo modo,& maior eſt in quarto modo.

¶ Vbi diffinitio materialis probatur ꝑ formalem,minor & cõcluſio ſunt in primo modo,& maior eſt in quarto modo. Vt ſic,omne appetens vindictam, accenſionem ſanguinis patitur circa cor, iratus vindictã appetit: ergo patitur accenſionem ſanguinis circa cor.

¶ Iſta, Iſocheles habet tres angulos æquales.&c.licet ſit de per ſe, & de omni,non tamen vniuerſaliter,quia prædicatum non de per ſe primo conuenit ſubiecto.

¶ Quidquid vniuerſaliter dicitur, dicitur đ omni,& de per ſe,non tamen econtra,quidquid dicitur de per ſe, dicitur de omni,non tamen econtra. Hęc eſt de omni. Omnis coruus eſt niger, & tamen non eſt de per ſe.

DE DECOEPTIONE CIRCA vniuerſale, & quot modis contingat. Fo. 69.&.70.

¶ Allucinari contingit circa vniuerſale tripliciter, primo mõ q̃ndo quod vniuerſali, tribuitur particulari,quia vnum ſit. Vt ſi ſenſibile quod conuenit animali, demus homini,ſi ſolum homo ſit.

¶ Secundo modo contingit, quando quod eſt commune,non habet nomen, & damus affectionem cognito ſub illo contento. Vt ſi neſciamus nomẽ commune homini,& leoni,quod eſt eſſe animal. Et ob id quod conuenit communi, demus homini, vel leoni.

¶ Tertio modo eſt, qñ qđ conuenit toto, parti tribuimus,quę habet ſimilitudinem cũ toto, Vt ſi lineas dicamus paralellas,quia recta ſuper eas angulos facit rectos. Cum tamen non ideo paralellę, ſed quia ſemper linea ſuper ipſas facit angulos rectos,vel ęquiualentes duobus rectis.

¶ Id ergo dicetur vere vniuerſaliter, quo ſublato alia tolluntur ideſt propria paſsio. Et quando ablato alio,non tollitur propria paſſio. Allucinatio eſt in vniuerſali. Ablato Iſochele, ſeu ęquipede eſt verum triangulum habere tres angulos.&c. tamen ſi ab Iſochele tollas triangulum, non habebit tres æquales,&c.ergo habere tres ęquales, vniuerſaliter

liter triangulo & non æquipede conueniebat,ſicut figuræ non conuenit habere tres, quia poſito ſit figura,non habet tres, vt quadratum. Si tamen ponatur quod ſit triangulus,ſequitur quod habeat tres, ergo habere tres,vniuerſaliter triangulo, & nõ figurę

¶Iſtę propoſitiones, Homo eſt animal. Homo eſt rationalis,&c, ſunt neceſſarię, etiam antequam homo eſſet, quia ſupponunt termini naturaliter.

¶Iſtę. Animal eſt homo, Riſibile eſt homo, non ſunt proprie in primo modo dicendi ꝑ ſe,quia non ſunt prędicationes directę. Aliqui dicũt quod tales debent poni in illo modo reductiue, in quo ſua directa.

¶Accidens cõmune(quia eius natura eſt in eſſe,non ſibi determinat ſubiectum)non diffinitur per ſubiectum ,ſed per ſuum genus & differentiam,inquãtum qualitas eſt. Sed accidens proprium quod ſubiectum determinat, diffinitur per proprium ſubiectum.

¶Iſtæ prædicationes, Iugulatus interiit. Domificator domificat, &c ſunt in quarto modo dicendi per ſe non vt dicunt modum per ſe prædicationis,cum ſint accidẽtia,ſed vt dicunt modum per ſe cauſandi,& hoc ſufficit ad hoc quod dicantur de per ſe.

¶In illis quatuor modis Ariſto ſolum vult includere propoſitiões quę ſunt neceſſarię, & de per ſe abſolute, ex intrinſeca ratiõe extremorum,& non ex conditione vel ſuppoſitione. Quam ob rem iſta, Si equus eſt, homo eſt rationalis,non ponitur in aliquo modo eſſendi per ſe.

QVOD DEMONSTRATIO eſt ex neceſſariis, & per ſe propoſitionibus, Fo. 71.

¶Demonſtratio, quia ex neceſſariis & per ſe:ſcientiam cauſat,& concluſio(licet neceſſaria)aliquando ex veris, aliquando ex falſis. Si tamẽ non ſit ex neceſſariis, nunq̃ erit ſcita,quia ſi medium poteſt aliter eſſe,cõcluſionis non eſt ſcientia.

¶Qui ſcit per medium non neceſſarium, nunq̃ ſciuit. Nam ſine ſubiecti corruptione vel medii,vel obiecti,vel quia oblitus eſt, dicitur non ſcire:ergo nunq̃ ſciuit.

¶Licet dialecticus inquirat de altera parte concluſionis, non inquirit vt demonſtret. ſed vt probet. Si antecedens detur verum, & conſequẽs erit. Ob id dialecticus probat ex neceſsitate conſequẽtię, ſed demonſtrator,& ex neceſsitate conſeq̃ntię,& ex neceſſitate extremorum.

QVOMODO IN DEMONSTRATIONE non contingit tranſitus de ſcientia in ſcientiã,& qñ fieri id poteſt tractatur. Fo. 73. & 74.

¶In demonſtratione non poteſt fieri tranſitus ex vno genere in aliud genus. Et ſic non demonſtrat Geometra quę pertinent ad Arithmeticam,nec econtra. Sed quando ſit talis tranſitus oportet quod vna ſcientia, vel vnum ſubiectum ſit pars alterius, vel cõtineatur ſub eo. Vt eſt in arithmetica,& muſica.

¶Tripliciter ſe poſſunt habere duę ſcinetię adinuicem. Nam vel ſubiecta ex æquo diuidunt genus,& ſic non eſt tranſitus. Vel vnũ eſt alteri inferius directe. Vt in ſcientia de homine,& animali. Et tunc fit deſcẽſus. Vel eſt vnum alteri accidentaliter inferius, vt in ſubalternãte & ſubalternata. Et tunc fit trãſitus, vt numerus ſonorus, Primum eſt ſubiectum Arithmeticę. Secundum eſt Muſicę Primo modo non contingit tranſitus de genere in genus, ideſt de ſubiecto in ſubiectũ.

¶Non eſt Geometrię probare duos cubos facere cubum,quia hoc Arithmeticę eſt Nã cubus multiplicatus per cubum facit cubũ. Vt, 8. per. 27. facit. 216. qui eſt cubus,cuius radix eſt, 6.

¶Numerus cubus dicitur qui reſultat ex ſe ipſo multiplicato,per ſe ipſum. Et rurſus totum. Vt ter ter faciunt. 9. Et rurſus ter. 9. faciunt. 27. Dicitur, 27. numerus cubus,ſicut in quantitate continua cubum corpus dicitur,quod omnem habet dimenſionem.

¶Nulla ſcientia probat ſua propria principia,ſed hoc ſpectat ad ſuperiorem ſcientiã, ſcilicet ad metaphiſicam.

¶Metaphiſica(quia habet pro ſubiecto ens quod eſt cauſa formalis vniuerſalis & d omnibus prædicatur) poterit cognoſcere de principiis omnium aliarum ſcientiarũ; quia continẽtur ſubiecta aliarum ſub iſtius ſubiecto. Et quia de Deo & intelligentiis, quæ in genere cauſæ efficientis primum tenẽt locum.

locum. Poterit etiam de omni alia inferiori cauſa cognoſcere.

CIRCA QVID DEMONSTRAtio verſetur, qualiter ꝗ differant ſuppoſitio, Dignitas, Petitio, Diffinitio, ac de duobus principiis, negatiuo. ſ. & affirmatiuo. Fo. 75. 76. 77.

¶ Omnis demonſtratio circa tria verſatur ſcilicet circa ſubiectum, & circa propriam paſsionem, & circa principia ex quibus concludit & probat.

¶ Dignitas differt a ſuppuſitione poſtulatione & diffinitione in hoc, quod dignitas eſt propoſitio per ſe nota ſimpliciter, cætera, licet ſint principia & poſsint eſſe ſecundum ſe euidentia, non tamen quoad nos, quia termini non ſunt omnibus noti, & ſic demonſtrator debet exponere illa.

¶ Suppoſitio differt a poſtulatione, quia reſpondēti verum apparet, aut quia ita eſt, aut quia reſpondenti. Vt triangulum eſſe figuram rectilineam trium angulorum. Poſtulatio eſt, quando hoc petit demonſtrator a reſpondente. Vt ſi quis petat vacuum eſſe ab Ariſto. & ſic probet motum non eſſe.

¶ Diffinitio tamen non eſt propoſitio, ideo non dicitur ſuppoſitio, ſed poſitio.

¶ Duo ſunt principia communia. Negatiuū de nullo affirmare & negare ſimul. Affirmatiuum, de quolibet affirmare vel negare.

¶ Principium negatiuum formaliter non intrat demonſtrationem, niſi ſit neceſſarium. Et tunc ſub iſtis terminis affirmare verum, & negare verum non eſſe. Vt ſic, ex parte maioris extremitatis Omnis homo eſt animal, & non eſt non animal, Calias eſt homo ergo Calias eſt animal, & non eſt non animal.

¶ Non eſt neceſſarium ſumere ex parte medii, & ex parte minoris extremitatis. Quia ſi maior extremitas ſuperior ſit, concluſio ſequetur eodem modo. Nam ſi fiat ſic ex parte medii. Omnis homo & non homo eſt animal, & non eſt non animal, Optime ſeq̄tur concluſio, Et ſi ex parte minoris, etiam ſimiliter. Calias & non Calias eſt homo, & non eſt non homo, ergo Calias & non Calias eſt animal, & non eſt non animal.

¶ Principium affirmatiuum deſeruit ad reducendum ad impoſsibile ſic, Vt ſi quis neget iſtam, aliquod animal non eſt homo, fiat ſic argumentum. Omne animal eſt homo, equus eſt animal, ergo equus eſt homo. Cōſequētia eſt bona, in darii, conſequēs eſt falſum, ergo antecedens, & non minor: ergo maior, & eſt contradictoria alterius, ergo altera erat vera, quia de quolibet affirmare vel negare. &c. iſte eſt modus reducēdi per impoſsibile poſterioriſtice.

¶ Dialectica cōuenit cum methaphiſica in aliquo, & differt. Conuenit, quia ſicut metaphiſica habet ſubiectum ens commune non limitatum, dialectica ens rationis non limitatum, ad hoc vel illud. Differunt quia metaphiſica & ſcientia demonſtrans, alterā partem contradictionis ſumit ſcilicet determinate veram, diſerendi facultas tamē indifferenter, nunc hanc, nunc illam.

¶ Licet omnes ſcientię conueniāt in cōmunibus principiis, non tamen conueniunt in ſubiecto, neq̄ in propria paſsione quæ de ſubiecto demonſtratur in ſcientia.

DE PROPRIIS CVIVSꝗ INterrogationibus: & de differentia & cōuenientia horum, concluſio, propoſitio, interrogatio, ac đ duplici ignorantia, quādo ꝗ cōtingit accretio, & đ excellētia mathematicæ ſciētię. Fo. 78. 79. & 80.

¶ Secundum diuerſitatem ſcientiarum diuerſitas interrogationum.

¶ Interrogatio, concluſio, propoſitio, idem re, ſed differunt ratione. Nam ſi quis in queſtiōe ponat, animam rationalem eſſe immortalē? eſt interrogatio. Et ſi inferatur ex hac, quia omne quod habet operationem extra corpus eſt immortale, eſt cōcluſio. Et ſi fiat conſequētia. Omne quod immortale eſt, debet ſuas operationes dirigere in finem vltimum, anima rationalis eſt huiuſmodi, ergo Eſt propoſitio.

¶ Duplex ignoratio, ſ. praue diſpoſitionis, & pure negationis Prima eſt, q̄ndo quis errorem habet. Et ſecūda quando neſcit.

¶ In

¶In mathematicis ſcientiis ſeu demonſtrationis non contingit parallogiſmus ex in diſtributione medii, vel ex æquiuocatione, ſed bene in arte diſerendi. Ratio eſt, quia in demonſtratiuis, propoſitiones ſunt de per ſe, & neceſſarię.

¶Accretio contingit in ſcientiis demõſtratiuis, quia prędicatum probatur, ſeu propria paſsio de ſubſumpto ſub ſubiecto. Vt homo eſt riſibilis, & Petrus eſt homo, Petrus eſt riſibilis.

¶Fit accretio ſcientiarum ad latus, quando in ſpeciebus quæ ex ęquo diuidunt genus. Vt ſic, quia omnis impar numerus, eſt nũerus, ternarius eſt impar, ergo ternarius eſt numerus. Et quia omnis numer⁹ par eſt numerus, quaternarius eſt numerus, ergo quaternarius eſt numerus.

¶Demonſtrantur in phiſica diſciplina illa quæ ad impręſionem metheorologicã ſpectant quæ licet videatur non eſſe neceſſaria, tamen conſiderata illa, prout ex ſua cauſa pendent, neceſſaria ſunt.

¶Probat Ariſto. & demõſtrat caſum, & fortunã, quæ tamen non ſunt cauſa per ſe. Sed tamen quia prout non pendet ex particulari cauſa neceſſario probatur caſum & fortunam eſſe.

¶Mathematicus probat omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, eo quod angulus extrinſecus æquiualeat duobus intrinſecis ſibi oppoſitis. Et hoc nõ eſt probare ab extrinſeco, ſed ex paſsione vna figurę probat aliam.

¶Vna & eadem concluſio poteſt ad diuerſas ſcientias pertinere, ſecundum quod per diuerſa media probatur. Vt aſtrologus probat terram rotundam, quia omnes lineę deductę a centro vſq; ad circunferentiã ſunt æquales Et naturalis ꝓbat, quia omnes partes tendunt ad centrum, quia omne graue appetit centrum.

¶Principia vniuerſalia licet demonſtrationem intrent ad explicandam contradictionem in aliqua particulari materia, nõ tamẽ intrant ad probandam concluſionem particularem alicuius ſcientiæ. Primum patet ſic omne ſimul eſſe & non eſſe eſt impoſsibile, aliquod moueri, & non moueri, eſt ſimul eſſe, & nõ eſſe, ergo aliquid moueri, & nõ moueri, eſt impoſsibile.

¶Sicut in re naturali dãtur principia intrĩſeca conſtituentia rem, & principia vniuerſalia quæ ſunt cauſæ vniuerſales, ſic in demonſtratiõe, prę miſſę ſunt principia intrĩſeca. Et illa particularia principia probãtur per vniuerſalia.

DE DVPLICI DEMONSTRATIONE, quia. ſ. & propter quid, quod ꝙ de demonſtratione, quia, fit propter quid, & ecõtra, & quomodo ſpecie differant, ac demũ ꝙ prima figura ſit ad demõſtrandum aptiſsima. Fo. 81. 82. &. 83.

¶Demonſtratio duplex, quia, & propter qd Quia illa eſt, quæ procedit ab effectu ad cauſam, vel a cauſa non immediata ad effectũ. Vt omne quod non ſcintillat, eſt prope nos, planetæ non ſcintillat, ergo ſunt prope. Exẽplum ſecundi Omne quod reſpirat, animal eſt, ſed homo animal eſt, ergo homo reſpirat. Licet hęc demonſtratio a cauſa procedat, non eſt propter quid, ſed, quia, eo quod a cauſa mediata, qa cã immediata reſpirationis non eſt eſſe animal, ſed pulmonem habere

¶Demonſtratio propter quid eſt, quando eſt proceſſus ab immediata cauſa ad ſuum effectum ſic. Omne quod prope nos eſt, nõ ſcintillat, planetę ſunt prope nos, ergo non ſcintillat. Omne quod habet pulmonem reſpirat, homo habet pulmonem, ergo homo reſpirat.

¶Demonſtratio ꝓpter quid fit, quia, &, qa, fit propter quid, q̃ndo effect⁹ cauſam ſuam adęquãt. Vt ſcintillare, & prope eſſe, pulmonem habere, & reſpirare. Si tamen cauſam excedat, quia, non fit propter quid. Vt omne quod habet motum progreſiuum eſt animal, homo habet motum progreſsiuum, ergo eſt animal. Non tamen erit propter qd, quia non ſequitur. Omne animal habet motum progreſsiuum, homo eſt animal, ergo homo habet motum progreſsiuum. Maior eſt falſa, quia Oſtra non mouetur.

¶Quando effectus cauſam excedit poteſt eſſe propter quid, & non quia Vt ſic, omne quod eſt animal, viuit. Homo eſt animal: ergo homo viuit. Eſt propter quid. Et non po-

teſt

teſt fieri,quia. Non ſequitur. Omne quod viuit,animal eſt,ſed homo viuit, ergo homo animal eſt. Maior eſt falſa. Et huius eſt ratio, quia iſte effectus viuere,ad plura ſe ſe extẽdit, quam animal, quod videtur eſſe cauſa vitæ.

¶ In diuerſis ſcientiis differt demonſtratio quia,& propter quid. Vt ſi ſe habeāt tales vt ſubalternās & ſubalternata. Vt Arithmetica ad Muſicam,Geometria ad perſpectiuā. Tunc propter quid erit ſubalternātis, & qa ſubalternatæ.

¶ Iſtę ſcientię ſunt fere idem nomine,& ratione,quia ipſa Muſica quæ eſt ſcientia ſenſualis,quia per ſenſum percipitur, velut numeri ſonori Arithmetica dici poteſt, & ſic perſpectiua Geometria.

¶ Etiam eſt verum,quod muſica ſpeculatiua,habet propter quid ,ſed muſica practica ſolum habet vſum vel exercitium.

¶ Sępe in ſciētia ſuperiori habetur propter quid,& tamen,quia,ſcilicet effectum ipſum non habet,quia non aduertit,nec curat.

¶ Etiam in ſcientiis quarum vna ſubaltera non collocatur,contingit vt in vna ſit,quia, & in alia ꝑpter quid. Vt in medicina & geometria. Nam ſcire quod vulnera quæ orbis habēt formam tardius curentur, medic⁹ habet, ſed tamen propter quid Geometra, qa latera circuli magis diſtant.

¶ Prima figura eſt ad demonſtrandum aptiſsima, tun quia in ipſa propter quid, tun quia vniuerſaliter affirmatiue concludit tū quia non indiget alia figura ad ſui probationem.

¶ In tertia figura non poteſt eſſe demōſtratio,quia non concludit vniuerſaliter.

DE IMMEDIATORVM IGnorantia. Fo. 84. 85. &. 86.

¶ Sicut datur propoſitio affirmatiua immediata, ſic & dari poteſt negatiua immediata,& illa erit, vbi vnum generaliſsimum de alio negatur, vt ſubſtantia non eſt quātitas, qualitas non eſt quantitas.

¶ Siue maior extremitas ſiue minor ſub aliquo contineantur, ſiue vtrūq; ſub vno, non poteſt eſſe negatiua immediata. Vt hęc nō eſt immediata,nullus homo eſt qualitas, qa homo ſub animali, neq; hæc. Nulla quātitas eſt equus,neq; hęc. Nullus homo eſt equus, quia omnes tales poſſunt demonſtrari. Prima ſic in Celarent. Nullum animal eſt qualitas,omnis homo eſt animal,ergo,null⁹ homo eſt qualitas. Secunda probatur in ſecunda figura,in Cameſtres ſic. Omnis equus eſt animal,nulla quantitas eſt animal,ergo nulla quantitas eſt equus. Tertia in Ceſare ſic. Nullus equus eſt rationalis,omnis homo eſt rationalis,ergo nullus homo eſt equus.

¶ Si nulla extremitatum continetur ſub aliquo toto,eſt propoſitio immediata, non.n. poteſt demōſtrari,neq; in prima figura,nec in ſecunda. Non in prima, quia tunc minor debet eſſe vniuerſalis affirmatiua, & ſic minor extremitas erit in aliquo toto, quia vel genus pr̨dicabitur de ſpecie, vel diffinitio de diffinito.

¶ Non poteſt probari in ſecunda, quia neceſſario altera premiſſarum affirmatiua erit & tunc neceſſario altera extremitatum erit ſub toto,ſi fiat demonſtratio. Obid nunq̃ demonſtrabitur illa in qua generaliſsimum de generaliſsimo negatur.

¶ Ignorantia praue diſpoſitionis contingit quando quis aſſentit propoſitiōi falſę,& talis ignorantia error vocatur, qui poteſt eſſe ſine ſyllogiſmo,& cum ſyllogiſmo. Primo, vt ſi quis aſſentiat huic,quod ſol non ſit maior molari lapide,cum ſyllogiſmo probatur Vt ſi fiat ſic conſequētia. Omnis quantitas eſt ſubſtantia, omnis qualitas eſt quantitas, ergo omnis qualitas eſt ſubſtantia.

¶ Quando quis habet ignorantiā per ſyllogiſmū,magis errat, qa eſt error in cōcluſiōe & in altera,vel vtraq; præmiſſarum.

¶ In affirmatiuis contingit ſolum in prima figura,& aliqñ vtraq; pr̨miſſarum eſt falſa, vt in exēplo ꝓpoſito. Aliqñ ſolū vna,vt hic. Oīs angelus eſt ſubſtātia, oīs q̄litas eſt angelus, ergo omnis qualitas eſt ſubſtantia.

¶ In negatiuis contingit error,in prima figura,& in ſecunda. In prima, quādo vtraq; pr̨miſſarum falſa eſt ſic,in Celarent. Nulla ſubſtantia ſpiritualis eſt ſubſtantia, omnis ſubſtantia corporea eſt ſubſtātia ſpiritualis, ergo nulla ſubſtantia corporea eſt ſubſtātia

¶ Aliquando altera p̄miſſarum ſolū eſt falſa. Vt ſic,nulla qualitas eſt ſubſtantia,omnis angelus eſt qualitas, ergo nullus angelus eſt ſubſtantia. Hic,minor eſt falſa,& maior erit ſic,

ſic Nullũ corpus eſt ſubſtãtia, oẽ animal eſt corpus ergo nullum animal eſt ſubſtantia.

¶ In ſecunda figura contingere poteſt. Sed tamen non poteſt eſſe vtraꝗ; pręmiſſarum ex toto falſa, quia tunc non poſſet ſequi. Nã cum vna ſit affirmatiua & alia negatiua, nõ ſeqtur falſum, quia ſi nullum.a.eſt.c & omne.b.eſt.c. vt in Ceſare, non erit falſum, nullum.b.eſt a quia ſequitur, nullum.a eſt.c. ergo nullum.c.eſt.a per conuerſionem. Tũc ſic, nullũ.c.eſt.a.& omne.b.eſt.c. ergo nullum.b.eſt.a.& clarius ſic, quia ſi pręmiſſę de Ceſare ſunt totaliter falſę, contrariæ erunt totaliter verę, & in Cameſtres inferent eandem concluſionem. & ſic cum pręmiſſę ſint verę, concluſio non eſſet falſa. Vt ſic, nullus color eſt.c, omnis albedo eſt, c, ergo nulla albedo eſt color. Si vtraꝗ; iſtarum eſt falſa, cõtrarię erunt verę, ſ omnis color eſt, c, nulla albedo eſt, c, in Cameſtres, & inferunt, nulla albedo eſt color, & ſic conſequẽs eſſet verũ, quia antecedens eſt verum.

¶ Si tamen ex parte ſint falſę, contingit ſic in Cameſtres. Omne animal eſt rationale, nullus homo eſt rationalis: ergo nullus homo eſt animal. Et in Ceſare, nullum animal eſt irrationale, omnis homo eſt irrationalis: ergo nullus homo eſt animal. Quia ex parte pręmiſſę ſunt verę & ex parte falſę, nam aliquod animal eſt rationale, & aliquod irrationale, ſaltin maior.

¶ Poteſt tamen maior eſſe vera, & minor falſa, in Cameſtres. Omne animal eſt corp⁹ nullus homo eſt corpus, ergo nullus homo eſt animal. Et poteſt eſſe maior falſa. & minor vera, vt in Ceſare ſic. Nullum animal eſt irrationale, omnis homo eſt irrationalis, ergo nullus homo eſt animal.

¶ Illa dicitur eſſe demonſtratio, quia, quæ procedit a cauſa mediata, ſic ad ipſam non eſt immediata cauſa concluſionis inferendę, vt quod reſpirat animal eſt, lapis non eſt animal, ergo non reſpirat.

¶ Quando demonſtratio procedit a cauſa mediata reſpectu effectus, quia inter ipſam & effectum mediant alii effectus, non dicitur, quia, ſed propter quid. Vt hæc eſt propter quid. Omne animal rationale eſt riſibile omnis homo eſt animal ratiõale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Licet inter animal rationale & riſibile mediat ratiocinatiuum, & admiratiuum.

¶ Non omnis ſyllogiſmus ab effectu ad cauſam vocatur demonſtratio, quia, ſi non ſit ab effectu adęquato, non enim ſequitur. Omne quod viuit, eſt animal, planta viuit, ergo planta eſt animal. Quia licet viuere ſit effectus animalis, tamen non adęquatus, quia ad plura ſe extendit quam animal.

¶ Licet vnus & idem ſit aſſenſus concluſionis habitus per demonſtrationem, quia, & propter quid, tamen demonſtratio, quia & propter quid ſpecie differunt, ſicut idem effectus poteſt manare a ſole & igne, quę ſunt cauſæ diuerſę.

¶ Eſt pulſus agitatio, ergo eſt fębris, non eſt quia, eo quod cauſa remota ſit fœbris: pulſus agitationis. Nam poteſt ab alia cauſa euenire, & non ſemper quod ſit fœbris eſt huiuſmodi agitatio. Vt patet in illo qui eſt prope mortem.

FINIS.

HEXASTICHON.

Reddit Chriſte tibi hæc æternas littera laudes.
Reddes tu ingenium fęlix ꝙ ad phiſica promptum.

LIBER HIC FINITVS FVIT AD DEI omnipotentis gloriam, Nonis Octobris, anno vero partæ ſalutis. 1554.

ageno
ueno
dudo
siento
Callo.

March, 1942

PHISICA, SPECV-
latio, Ædita per R.

P. F. ALPHONSVM A VERA CRVCE, AV-
guſtinianæ familiæ Prouintialē, artiū, & ſacrę Theologiæ Doctorem, atq̃
cathedræ primæ in Academia Mexicana in noua Hiſpania moderatorē nuc 2° ab eodē autore edita et inmultis correcta et addita



¶ Acceſſit cōpendium ſpheræ Cāpani ad complementū tractatus de cœlo.
¶ Excudebat Mexici Ioā. Pau. Briſſē. Anno Dñicę incarnationis, 1557

D 554
A49r
1-size